

R. 29925 Be

PHRASES

SCRIPTURAE

SACRAE, OMNIBVS QVI

SACRAS SCRIPTVRAS IN PVBLI-

CIS SCHOLIS PROFITENTVR, VEL

priuatim intelligere optant, vel in Ecclesijs inter-

concionandum populis eas interpre-

tantur, admodum vtilis

ac necessaria:

COLLECTAE PER FRATREM LAVREN-

sum à Villauicentio Xeraphanum Augustinianum Eremitam,

Doctorem Theologum Louaniensem, & Philippi Hispaniarum

Regis Maximi Ecclesiastem.

*Nihil inuentum
à quo deus
expulset &
vultum Exp.
an 1707. Gra.
nay & Mazzy
an. 1744.*



*Por comision de los
señores inquisidores de
Granada correjo un libro
conforme al indice de 1619.*

Miguel Valera


*Por comision de los
señores inquisidores
correjo este libro
conforme al indice
nuevo de 1620. En Gran.
1620.*

ANTVERPIAE,

In Aedibus Viduae & Haredum Ioannis Stelfij,

ANNO M.D. LXXI.

Del collegio de la comp. de Jesus de Granada



BIBLIOTECA HOSPITAL
GRANADA

Sala:

A

Folio:

39

622



R. 29925 Be

PHRASES

SCRIPTURAE

SACRAE, OMNIBVS QVI

SACRAS SCRIPTVRAS IN PVBLI-

CIS SCHOLIS PROFITENTVR, VEL

priuatum intelligere optant, vel in Ecclesijs inter

concionandum populis eas interpre-

tantur, admodum vtilis

ac necessaria:

COLLECTAE PER FRATREM LAVREN-

sum à Villauicentio Xeraphantum Augustinianum Eremitam,

Doctorem Theologum Louaniensem, & Philippi Hispaniarum

Regis Maximi Ecclesiastem.

*Nihil inuentum
à quo deus
exurgit &
criticam Ex.
an 1707. Gra.
may & Mazby
an. 1711.*



*Por comision de los
senores inquisidores de
Granada con el libro
conforme al indice de
ano de 1619.*

Miguel Valera

*Por comision de los
senores Inquisidores
corregido este libro
conforme al indice
de 1619. En Gran.
1630.*

ANTVERPIAE,

In Aedibus Viduae & Haredum Ioannis Stelfij,

ANNO M.D. LXXI.

Del collegio de la comp. de Jesus de Granada

Regia Maiestas permisit viduæ Iohannis Stelfij, vt Diuinæ scripturæ Phrases ex sanctis & orthodoxis scriptoribus, in ordinem alphabeticum congestas, & per Fratrem Laurentium à Villauicentio Xeraphanum iam restitutas, impudè imprimat, perque omnes hæreditarias suas regiones distrabat, veluti latius patet in literis eidem concessis & subsignatis. Datum Bruxellis 26. Septembris, Anno Domini M.lxix.

De Perre.

ORNATISSIMO VIRO

GABRIELI A CAYAS PHILIPPO

HISPANIARVM REGI MAXIMO A SE-

cretis status frater Laurentius à Villauicentio Xeraphanus, sacra Theologia professor Louanenſis Auguſtianus Eremita.

S. D.



RES virtutes excellentes admodum in te Cayas ornatissime, eminere maxime conſpiciuntur, quæ te vniuerſis eas contemplantibus (contemplantur verò multi) amabilem & ſuſcipiendum faciunt. Pietas nimirum in Deum: obſequium erga Regem, & beneuolentia in amicos. Quæ enim virtutes, vt verè Heroicæ ſunt, ita à paucis admodum cultæ. Tu verò in earum cultu ita verſatus es, vt in illis progreſſus admirabiles incredibili laude ſemper feceris, Nam etſi exiguæ tuæ pietatis qua ſingulari ardore Dei optimi maximi pluſquam diuinam maiestatem perpetuo es veneratus, nec pauca nec exigua adducere poſſem argumenta, duo tamen in primis quæ dignitate & excellentia (tam ſunt inclita) cætera ſuperant, hic placet commemorare. Primum eſt: quod cum Philippus Rex maximus apud ſe conſtituiſſet, quædam religioſorum inſtituta quæ in Hiſpania propter temporum iniurias primæui ſui rigoris ſeueritatem relaxauerant, in fluxosque mores non nihil dilapſa videbantur, anti- quæ ſuæ religionis puritati reſtituere, te elegit, cuius fidei, & conſcientiæ negotia illa reſeruanda committerentur. Quæ ſane in te ſuſcepta ea reuerentia & conſideratione tractaſti, vt facile omnes animaduertent, te rerum & perſonarum ſacrarum exiſtimationem tuendam non euertendam ſuſcepſiſſe. Anxius enim ſemper animo reputabas, quo pacto, quæ in ſanctis illis inſtitutis ſanctitatis officia elanguiſſent, denuo incenderentur, erigerentur collapſa, et quæ inclinata ruina minabantur, ruruſus confirmarentur: quæ verò ſtabant & flore- bant, vt maiora indes totius pietatis caperent incrementa pro- curabas. Alterum, quod ad tuum ſempiternum decus tuæque pie- tatis illuſtriſſimum teſtimonium hic commemoratum ad poſteros (vti dignum eſt) tranſmittendum ſcribere volui, eſt: quod cum Bene- dictus Arias Montanus, vir eruditione & pietate inſignis, iam pri- dem de iuuanda Eccleſia ſolicitus cogitaſſet: ſe opere pretium factu- rum exiſtimauit, ſi ſacrorum Bibliorum editionem quandam ex He- braicis, Chaldaicis, Syriacis, Græcis & Latinis linguis conſtatam in Theologorum vſum rotiusque Eccleſiæ commodum adornaſſet. E

cum illam singulari sua eruditione atque labore apparatus penes se retineret, nec propter tenuiorem fortunam in opus perducere posset, tuam amicitiam nactus, rem tibi communicauit, & animi sui sanctissimum votum aperuit. Quod ita tibi probatum est, vt mox regem nostrum Catholicum (apud quem multa vales gratia) eius rei certiorerem feceris, tuisque grauissimis rationibus in eam sententiam ipsum deflexeris, vt suum Regium fauorem tanto operi conficiendo maxime necessarium vltro pientissimus Rex se largiturum fuerit pollicitus. Nec fuit vana illa promissio. Siquidem illorum laborum pulcherrima quaedam initiata pignora ad catholicam maiestatem ex Belgio & quidem cum iocunditate iam vidimus typis mandata fuisse transmissa. Hæc duo meo quidem iudicio, illustrissima sunt tuæ in Deum singularis pietatis argumenta. Ad quæ præstanda, non enim a lijs stimulis exagitat us nihil videris, præter quam studio sanctissimo iuuantis Ecclesiam Dei vini sponfam preciosissimam. Cuius amplitudo ac dignitas ita omnium animis excussa nunc passim videtur, vt iure optimo de illis hominibus magnifice prædicare debeamus, penes quos Ecclesiæ, rerumque sacrarum amorem & recordationem adhuc resistere videmus. De obsequio tuo erga regiam maiestatem, retulerunt mihi viri admodum graues tuarum actionum partim testes oculari, partim etiam diligentes obseruatores, te res maximas (ad quas tractandas natus videris) tuæ dispositioni commissas, tanta industria & dexteritate perficere atque disponere, vt quæ semel feceris aut scripseris, melius nec fieri nec scribi vnquam possint. Quæ item in mandatis à sua maiestate acceperis, ea diligentia & sceleritate exequeris, vt in tuorum laborum admirationem multos commoueas. Quæ omnia officia cum ad Reipublicæ incolumitatem continendam, & ad existimationem regiam tuendam & amplificandam multum habeant momenti, non mirabitur inuidus, nec indignaberis tu laudis impatiens, quod tui, tuæque dignitatis amantes illa, tam honorifica commendatione celebrata extollamus. De beneuolentia autem qua vniuersos, quibus vlla tecum intercessit consuetudo, non solum complecteris verum etiam beneficijs tibi deuincis, non statui quicquam nunc scribere. Satis enim existimaui rumores constantissimos in vulgus sparsos, qui eam summam esse testantur, & ipsos amicos multis beneficijs à te affectos & auctos testes proferre, quàm mea simplici commemorazione eam celebrare. Nullum enim in Europa regnum esse arbitror, in quo homines tuæ dignitatis studiosi, tui honoris amantes, tuorum denique beneficiorum expertes, non inueniantur. Nunc igitur si diuinitus à prisca illis legis latotibus institutum legimus, vt in quocunque hominum genere virtus eluxisset, multis insignibus atque titulis ornaretur, contra verò turpitudine & ignauia omni dedecore & publica contumelia afficeretur, quid enim esset indignius quàm nullum præmium præ-

propter magna merita tibi de Ecclesia, de Rege, de Republica, ac denique de amicis optime merito non esse constitutum. Certe Cayas ornatissime, non dubites, propter illa sancta tua officia, quæ cum pietate in Ecclesiam contulisti, Deum optimū tam esse iustum, vt mercedem aternam suo tempore tibi sit retributurus. Nec est, quo verearis te operam & oleum in seruicio tanti regis consumpturū. Habes enim eius diuinum animum longa experientia perspectum. Intelligis etiam quantam cum sua satisfactione, quæ præstas, seruicia ipse grata habeat. Non ergo est tibi metuendum, quod tuorum laborum, tuorumque meritorum non sit eam habiturus rationem, quæ tibi præmia digna statuat atque discernat. Ab amicis verò tibi expectanda sunt, gratitudo, amor, animi propensio & obsequium. Qui si nullum præmium, quo tantis tuis virtutibus & beneficijs satisfacere aliqua ex parte possint, habeant, certe nihil magis regium, magisque magnificū effecerint, quàm & tuæ virtuti debitū dare testimonium, & se tibi deuinctos fateri. Quod quidem non solum honestum est, & rationi consentaneum, sed ita omni viro bono necessarium, vt ea in re, bonorum hominum integritatem & probitatem consistere audeam affirmare. Ego verò qui semper tuæ dignitati studui, quique vehementer præclara tui animi ornamenta sum veneratus, cum alia maiora non haberem, hunc librum emissurus in lucem, tibi dedicare volui: tum vt eius occasione cunctis legentibus tuas excellentes virtutes admirandas & imitandas proponerem: tum etiam vt mei animi in te propensionem & gratitudinem ob beneficia accepta, hoc publico testimonio cunctis etiam legentibus contestarer. Vale vir ornatissime, & me vt soles, amabis. Ex meo Museo, & Conuentu Eremitarum Augustinensium Madrisij, Fride Calendæ Augusti: Anni 1569.




Pportunissime quidem dixit Augustinus quæcun-
que bene ac sapienter hærenti vel gentiles dixis-
sent, nostra esse, non sua. Proinde nos ea quasi no-
bis furto sublata, ab illis iure optimo in vulgum no-
strum reperere posse. Collegit Bartholomæus Bestha-
merus phrasas quasdam sacris scripturæ tam fa-
miliates & communes, ut in sanctis libræ tertio quoque verbo multa
intercidant, quæ ægre admodum aut minime sine earum subsidio
intelliguntur: ignorantur tamē cum magno Ecclesie & animarum
detrimento. Quorum intelligentiæ inde fit difficilior, quo sortu my-
steriorum quæ in sanctis libræ continentur, noticia, ex Hebraicæ lin-
guæ exacta cognitione in qua prius scripta sunt, maxime depende-
re videatur. Cum vero inter catholicos theologos plerique in-
veniuntur Hebraici sermonis & idiomatis imperiti, indeque non
raro in multis scripturæ Sacræ sententijs intelligendis vel alluci-
nentur, aut penitus fallantur, adeo, ut cum magna sacrarum scri-
pturarum iniuria interdum falsos earum sensus pro veris, insulsos
pro germanis cum magno eruditorum hominum dolore, atque cum
hæreticorum irrisione vel ad populum è suggestu dicentes, aut in ca-
thedris sacros libros interpretantes auditoribus proponant, non potius
non grauius tantum malum & tam perniciosum dolere: utque de
aliquo remedio pro mea tenuitate si possem, adhibendo cæpi cogita-
re. Obiuit se tunc mihi præter spem libellus hic sacræ scripturæ ali-
quos phrasas continentem, & quidem cum magno iudicio ac diligen-
tia selectus. Sæa quæ hæc sœon sordibus erant inspersæ & commacul-
atæ. Tunc animo cæpi agitare, num opera pretium essem facturus,
si librum hunc à tantis pestibus vindicatum, & catholicum factum
in lucem emitterem. Zolærum audax & impudens reprehensio hoc
vetabat. Est enim quoddam genus hominum, qui præstare nihil, car-
pere vero cuncta didiscerunt. Sed hanc difficultatem eruditorum
hominum sanctissima vici exactio. Multi enim viri doctrina & pie-
tate celebres instabant, librum hunc sacræ doctrinæ restitutum in lu-
cem esse proferendum. Animum ad eum laborem adieci: & grauioribus
meis occupationibus atque studijs aliquot horas suffragatis huic
studio impendere apud me consiui. Absolutum opus edendum ty-
pogra-

pographis dedi: & ut ad omnium theologorum manus in publicam
utilitatem perueniret, euulgandum procuravi: Nunc igitur superest,
ut vniuersas theologiæ candidatos admoneam & exhorter, quate-
nus ad eius necessariam lectionem serio se componant. Illi præsertim
qui libros sanctos in publicis scholis interpretantur: & concionato-
res doctrinæ Christi & Apostolorum, quibus populari institutio in-
cumbit, hunc librum familiarem & manibus frequenter terere de-
bent: sine cuius subsidio, & operæ vix aut minime multa & summa
nostræ religionis sacramenta in sanctis libræ clausa, nisi in Hebraicis
& Græcis literis sint versati, intelligere poterunt. Nam præter Apo-
stolicum illud Petri testimonium, quod nobis testatur in omnibus epi-
stolis Pauli multa esse intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles
deprauant, sciunt etiam omnes viri eruditi scripturas sanctas esse
difficiles, tum propter tropos Hebraicæ linguæ peculiare, tum prop-
ter antiquitatem linguæ, vel ob id maxime quod aliena & peregrina
lingua nimirum sancta illa Hebraica, cuius nos ignorantés sumus,
scriptæ sunt. Hæreticorum pugna atque dissidia circa sancta-
rum scripturarum intelligentiam, sanctorum doctorum Ecclesie la-
bores in ipsis interpretandis, mysteria in ipsis clausa, antiquitas, tro-
pi, phrasas Hebraicæ linguæ peculiare, apparet quorundam scri-
pturarum repugnantia & pleraque alia quæ ex parte nostra inter-
cidere solent, faciunt sacras scripturas difficiles intellectu, & non fa-
ciles ut hæretici falso affirmant. Ut igitur pius concionator siue san-
ctorum librorum interpretes omnes has difficultates partim superare
valeat, erit è re sua, huius libri lectionem familiarem habere. Nam
sacræ scripturæ professor hoc libro consulto admirabili veritate &
facilitate, verum & germanum sensum sacrarum scripturarum
quas proficitur, percipiet. Concionator autem si literales sensus euân-
geliorum aut epistolarum & aliarum scripturarum sanctarum, eruerit
atque percipere, semel didicerit, mirabitur quam graues & quam
fructuosas conciones instituet, quam salutare & quam robore do-
ctrinas ex illis exhauriet. Admirabitur etiam quam solida & quam
firma fundamenta pro nostræ fidei dogmatibus astringendis ex literali
sensu deducta in suis concionibus iacere possit. Auditores vero genus
illud prædicandi viti grauissimum admirabuntur etiam & cū sum-
ma iocunditate ac reuerētia quæ sibi proposita fuerint percipient, &
ad ea præstanda non est dubium, quin maxime veniant inflammandi
Hæretici tantis doctrinis detrudere aut contradicere formidabunt:

PRAEFATIO.

*nec audebunt tam eruditus concionatoribus insultare. Unde fiet, ut
sanctarum scripturarum semina in fidelium cordibus iacta ad lucu-
lentas fruges cum amplissima Dei gloria, totius Ecclesiae pace, & a-
nimarum salute perueniant. Vale pie & catholice Lector. Et si haec
tibi leuia videntur, tu maiora praestabis, prius quam hunc nostrum
laborem improbes aut carpas. Verum si neutrum potes, fileas: & a-
liorum labores disce imitari si possis: si non, admirari.*



D I V I N A E
S C R I P T V R A E P H R A -
S E S, E X S A N C T I S E T O R -
t h o d o x i s s c r i p t o r i b u s, i n o r d i n e m
a l p h a b e t i c u m c o n g e s t a, & r e s t i -
t u t a p e r F. L a u r e n t i u m à
V i l l a u i c e n t i o, D. T h e o l o -
g u m A u g u s t i n i a n u m
H e r e m i t a m.

AB, 12.



Hebraeis mos est, praepositionem א, quae significat
ab, positivis adiunctam facere comparativos: neque
alia comparativorum forma apud eos reperitur. Nō
enim dicerent: melior sum te, sed bonus pra te, mi-
nor te, sed parvus pra te. Ex quo genere sunt & illae:
Quia multae filiae deserta, hoc est, plures. Et illud:
Bonum est confidere, hoc est, melius est. Et alia innumera passim sa-
era legenti obuia. 2 Ad haec א inter alia significata, quae quam
plurima habet, aliquando ad significat, vt Genes. 13. Et profectus est
Lot ab oriente ארם, id est, ad eam regionem, quae illi vnde solue-
bat, orientalis erat, vt sit sensus: Profectus est Lot à Betel Sodomam,
versus orientem.

A D O M I N O P L U E R E.

1. A Domino, pro caelitus accipitur, vt Genes. 19. Et pluit Domi-
nus super Sodomam sulphur & ignem à Domino. 2 Figura ora-
tionis consideranda hic est: Pluit Dominus à Domino, est quidem em-
phatica repetitio, pro Deus emisit è caelo pluuiam. Sic veteres loquuti
sunt. Ad consulis, scilicet domum, Ad Iunonis, scilicet templum. Ea-
mus ad me, id est, ad domum meam. Econtra. Venimus à Consule, à
me, pro à domo vel Consulis vel mea. Sic à Domino, hoc est, caelitus
pluit Dominus.



à vitra

1. Hebraei schemate hoc intelligunt quicquid est à capite ad pedes usque, totum scilicet à maximo ad minimum, exemplum est vbi Abraham regi Sodomorum dicit, *Genes. 14. A lio subtegmis usque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus qua: tua sunt. q. d. Nihil omnino capiam, siue magnum sit siue paruum, & c. Item 2. Reg. 2. Nunquid nosti quod hodie Dominus tollet dominum tuum à capite tuo? pro à te vel à praesentia tua. Et Genes. 31. Cave ne loquaris cum Iacob à bono ad malum, pro caue ne aliud quippiam loquaris cum eo nisi quod bonum est.*

AD.

1. Hebraei accusatiuis locorum creberrimè non adponunt prepositiones, vt videlicet in Propheta, praesertim in *Esa. 16. Nunquid gloriosus est Elongasti omnes terminos terrae. i. ad omnes terminos terrae.* 2. Romani sicut in proprijs et appellatiuis paucis tantummodo seruant. Romam peruenit illius fama quidem dicunt, sed non dicunt: Omnes fines terrae peruenit fama eius, sed ad omnes peruenit. 3. Habent & illum Hebraicum: Ad caelum. i. in altum. *Genes. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum.* 4. Item pro de, *Esa. 5. ad terram longinquam.*

ADORARE.

1. Aduertendum est frequentissimam esse apud Hebraeos illam differentiam, vt alia adorari dicatur secundum latrariam, alia secundum duliam. Nam in sacris literis adorare nunc propriè cultum significat, què Deo soli & tantum debemus ac exhibemus: aliàs verò reuerentiam illam, quam corpore exhibemus, quum (incuruamus) nos. Quod obseruantiae genus solemus & hominibus excellentibus exhibere.

2. Inuenias tamen adorationis vocabulum significans cultum, timorem integramque religionem Dei, id quod circumstantiè facillimè declarabunt. Sic sanè non nisi vnus Deus adorari debet. Ita 1. Samuel. 1. de Elcana Samuelis matre: Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Siloe hoc est, vt solemnem cultum Deo exhiberet, & pietatem pietatis opere testaretur. Sic mulier illa Sicharites Ioan. 4. dicebat Christo: Patres nostri in monte hoc adorauerunt: Quo nihil aliud voluit dicere, quàm in monte hoc patres nostri Deum solemniter coluerunt. Vnde Christus illi respondebat: venit hora cum veri adoratores. i. veri cultores patrem in spiritu & veritate adorabunt, hoc est, colent. Eodem significato scribit Lucas venisse Eunuchum illum Aethiopem Hierusalem adoratam. i. exhibiturum cultum Deo viuo. Erat igitur secundum hanc significationem, reuerendum, honorandum & glorificandum propter eminentiam omnipotentiae & sanctitatis Deum colere: &

ipso.

ipso, omnia alia spe humana seposita, se totum subijcere: quod soli Deo conuenit. Et vocatur hæc apud Theologos, adoratio latraria, vt quæ sola Deo debeat, cui ex toto corde se subijcere debent Christiani, tanquam primæ veritatis adhærendo in credendis, & in agendis se prorsus eidem tradendo.

3. Hæc adoratio in se continet seruitutem & timorem Dei: quod inde probatur, quo scriptura Deuterono. 6. & 10. legimus Dominum populo suo dixisse, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruius, ac pro nomine illius iurabis. Quod Christus dum diabolo seruantanti respondit, ira est interpretatus: Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruius. Matth. 4.

4. Hanc adorationem Dominus Exod. 20. prohibuit ne imaginibus neque Dijs sculptilibus exhiberemus, quando dixit: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in caelo desuper, & quæ in terra deorsum, & c. non adorabis ea. Hanc adorationem noluit sibi Angelus exhiberi, quando ad Ioannem ad suos pedes cadentem vt ipsum adoraret, dixit: Vide ne feceris, conseruus tuus sum. Apocalip. 19. & 22. Petrus etiã Cornelio sibi obuiò, ad suos pedes prostrato, vt ipsum adoraret, vbi prius ipsum eleuasset, dixit: Surge, & ego ipse homo sum. Act. 10. Paulus etiam & Barnabas, turbam ipsos adorare volentem atque sacrificijs colere meditantem ita represserunt, clamantes & in ipsas turbas exilientes, conscientis tunicis suis. Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, & c. Act. 14. Hunc adorationis cultum exhibuit Salomon impiè Astarthen Deæ Sidoniorum. Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabant Dijs suis, 3. Reg. 11. Plerisque alios locos diligens Theologus his consonos planè, in quibus vocabulum adorare pro cultu religionis accipitur, in vtroque testamento, inuenitur: quod genus adorationis latrariam vocamus.

5. Frequenter etiam vocabulum adorare in scriptura sacra vsurpatur pro reuerentia illa quam corpore exhibemus incuruantes nos, quod genus obseruantiae viris etiã excellentibus solemus exhibere. Sic Genes. 18. de Abraham legimus: & incuruatus est coram eis. Dicitur enim adorare in hoc loco incuruor aut inclinor. Nam & Loth Angelos adorauit, hoc est, incuruauit se ante illos, exhibendo eis honorem quandam ac peculiarem reuerentiam. Hoc genus adorationis regibus & principibus in Orientalibus regionibus, & vbique terrarum solet exhiberi, quando aliquid supplicaturi ipsos subdiri accedunt. Accedere ad genua aut in faciem cadere, est incuruare, caput flectere, manum osculari, & prosternere se reuerentiæ exhibendæ supplicandique causâ, Exigit namque Deus in Principe vel Rege aut alius ex suo dono eximios homines coli. Quare in sacris literis Reges & praestantes viros

adoratos, hoc est, prostratione corporis veneratos, & honorem summis & nominatis viris exhibitum sæpe legimus. Vt 1. Reg. 20. & 2. Re. 9. Sic & patriarcha Abraham adoravit populum terræ, id est, gratias egit, sed cum geniculatione & gestu corporis honesto. Genes. 27. 6 Adoratio latria, hoc etiam reuerentiæ genus exigit: quæ cum seruitutem, adorationem, honorem, ac reuerentiam soli Deo debitam & exhibendam significet, est nobis præstanda coram per fidem, spem & charitatem summam in Deum. Et corpore etiã per adorationem exteriorem, quæ fit per inclinationem capitis, manuum complausus, genuum flexionem, pectoris tensionem, laudem Dei vocalem, aurium ad laudem Dei arrectionem, carnis macerationem, & per similes actiones, quas omnes ad cultum diuinum spectare scriptura tam vetus quam noua docet. Hac adoratione latriæ adoramus sanctam & indiuiduam Trinitatem: Iesum Christum: Sacrosanctam Eucharistiã. Virginem autẽ Mariam honore hyperdulix: crucem etiã adorare & venerari honore latriæ iubemur, quatenus nobis Christum Deum. verum nobis representat.

7 Adoramus & Angelos vniuersosque alios sanctos, & eorum reliquias: verum honore dulix: hoc est, non collocantes in ipsis primarias partes nostræ spei. Cũ scriptura sacra & Ecclesia nos doceant in Deo nos facere virtutem ipsiũque esse fontem & authorẽ totius boni. Verum sanctos adoramus & veneramus, tanquam Dei amicos, filios per gratiam, templã viuã spiritus sancti, hæredesque vitæ æternæ. In quorum intercessione licet Christianis confidere. Nam vt docet Augustinus, multa Deus christianis intercessionibus sanctorum largiri ab æterno constituit, alioqui non largiturus. Proinde docet Ecclesia, sanctos adorare non vti authores nostræ salutis, sed vt intercessores.

8 Adoratio externa, quæ interiorem insinuat, non semper eadem, sed diuersa secundum temporum & regionum diuersitatem. Olim ex diuina authoritate quibusdã locis sanctis illa reuerentia exhibebatur, vt non nisi nudis pedibus viris etiam sanctissimis liceret Deo Maximo inhibente ipsa accedere. Quod Moyse Exod. 3. & Iosue. 5. contigit: quando diuina voce vtrique fuit mandatum, vt calciamenta suis extollerent pedibus: siquidem terra in qua starent sancta esset. Quod nunc nobis christianis sacra templa inuisentibus summæ reuerentiæ exhibenda: Christo in Sacramento Eucharistiæ præsentem, sanctorum reliquijs & eorum imaginibus, exemplo esse debet: & cum exterioribus corporis signis pariter adoramus Deum & sanctos. Verum ne latriæ adorationem confundamus adoratione dulix facit mentis intentio. Quæ diuinitus per fidem illustrata nouit discernere, quid honoris Deo summo bono, & quid creaturis sanctis Dei amicis debeatur. Ac docet quod genus adorationis Deo, & quod hominibus veniat exhibendum.

AMEN,

1 Amen vox Hebraica est, quæ apud Hebræos eum habet usum, vt per eã confirmemus quæ antè dicta sunt. 2 Tres enim voces quibus precantur rebus suis sollicitatẽ ac successum, Selah. i. semper, & Schalom, hoc est pax, & Amen. i. fiat. Atque hæ frequentes in sacris literis inueniuntur, præsertim in Psalmis, in quorum fine aliquando est Amen, amen, aliquando Selah. i. semper: quo dicto optatur successus & adimpletio antedictarum rerum.

3 Igitur Amen vox est dicta ab אָמֵן, credidit, firmavit, asseruit. Venit enim à אָמֵן, quod firmum esse ac solidum significat. Amen & amen verò, firmum ac firmum, vel fiat & fiat. Inde & אָמֵן, id est, veritas, & אָמֵן, id est, fides deducitur.

4 Hac voce vt dictum est, optatur omnium quæ dicuntur successus ac perfectio, præclareque hoc verterunt Septuaginta γένοιτο γένοιτο, id est, fiat fiat. Sic approbantes, acclamantes, & confirmantes audium sermonem, ea voce apud Hebræos utebantur.

5 Similiter, quum imprecatio esset lecta in mulierem adulterij infamata: Lex cogebat ipsam respondere: Amen. Num. 5. 6 Item quum recitabantur deuotiones contra transgressores legis Dei, respondere debet idẽ populus: Amen. Deut. 27. Idem respondebat Benaiahu princeps Davidis regis, sermonem ratum fore precans, quum ille dixisset Shlomo filium suum pro se regnaturum.

7 Eodem significatione voce hac vsa est scriptura. 1. Par. 16. Nehe. 8. & Psal. 72. & 89. & 41. claudit: Laudetur Dominus in sæculum, Amen & amen, i. fiat, & ita fiat. Sicque geminatio hæc confirmationem intendit. Apud nos quoque acclamationis loco in fine precationum ea vox ab Ecclesia vsurpata, Rom. 1.

ANNUNCIARE.

1. Respit hoc verbum Annuntiare Hebraicum ingenium. Hebræi enim annunciandi verbo creberrimè vtuntur pro collaudandi ac proficendi. Deut. 26. sic legimus: Accedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. Eo loci nos profiteor. Hebræi verò אָנֹכִי habet, Græci autem ἀγγελία, quod est annuncio, in vtraque lingua. Hoc sensus Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram, quam iurauit Dominus daturum patribus. Professio ergo ista gratiarum actio, agnitio & collaudatio pro datis beneficijs.

2 Sic annunciandi verbo & Prophetæ & Apostoli vtuntur pro laudandi & gratias agendi. Idque frequentissimum in Psalmis. Paulus 1. Cor. 11. Mortem Domini καταγγέλλει (est enim translaticum Hebræis imperatiuis vti pro futuris, & contra) hoc est, collaudabitis, gratias agētis, agnoscetis, confitemini, pro eo gratias & hymnos referetis.

DIVINAE SCRIPTURAE

tis, celebretis. Sic, 1. Pet. 2. Vt virtutes eius annuncietis, qui ex tenebris vocavit nos in admirabile lumen suum: idem quod confiteri, agnoscere, gratulari, laetari.

AIT DOMINVS.

1 Hanc orationem plerumque ad finem alicuius sermonis vel sententiae prophetae adponunt & ad fastidium inculcant, sed sedulitas est non otiositas. Ait Dominus vel dixit, vt precedentibus fidem ab autoritate domini mittentis & mandatis conciliant. Congruet igitur vt huiusmodi Epilogos ita exponamus vel intelligamus, vt pateat propter superiorum fidem positos. Sic, inquam, loquutus est Dominus. Hec mandavit dominus. Hec praecepit, aut consimili auctario.

AQUA.

1 Aqua, in scripturis persecutiones & angustias mortis, denique negotia secularia significat, vt Psalmo. 17. Et assumpsit me ex aquis multis. Et illic: Saluum me fac Deus, quoniam intraverunt aquae vsque ad animam meam, Et Psal. 67. Transiimus per ignem et aquam, hoc est, per varia pericula mortis & peccatorum. 2 Hinc oriuntur duplices aquae, suffocationis, de quibus Psal. 23. In diluuium aquarum multrari in tribulationum, tentationum, Et Psal. 17. & 143. Altere refectiois, unde sitim leues ne pereas: quarum meminit Psal. 22. & Esa. 8.

3 Et sunt Aquae salutares, nimirum verbum Dei, doctrina Evangelica & promissiones Christi, quibus animae aestuantes adhaerent; conscientiae multo desiderio refrigerantur. Est enim doctrina eiusmodi quae cor hominis simul à cupiditatibus seculi refrigerat, & amore Dei inflamat. Salutares dictae, quia vne ipse salutem prestare possunt. unde Petrus apostolus aiebat: Domine ad quem ibimus, verba vitae aeternae habes? De quibus Esa. 2. 4 Item, accipitur aliquoties pro doctrina caelesti, vt: Qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus, 1. Ioan. 5. hic pro doctrina. Sic per aquam intelligimus caelestem doctrinam & sapientiam, idque ob puritatem, & quod reficiat ac fluat.

5 Verum, quemadmodum sunt quaedam aquae Evangelicae quas dicit spiritus sanctus, unde & spiritus vel spirituales vocentur: Ita sunt & Aquae turbidae Aegypti, hoc est, secularium disciplinarum, & humanae traditionis: verbo Dei repugnantis: quarum mentionem facit Esaias cap. 19. Et deficient aquae. Praedicat enim aquae carnis vel carnalis satisfactionis, imò perituras hominum doctrinas impias, vdi auditum fuerit verbum Dei. 6 Aquam vero turbare, est omnia inquietare inanis bellis. Ezech. 32. Et conturbabas aquas pedibus &c. Hec turbatio aquarum significat bellorum motus. 7 Est etiam aqua baptismi. munda Ezech. 36. Aspergam vel effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus sordibus vestris. 8 Aquas Siloah autem vocat Esa. 8 regnum Davidis, secundum quod regnum Christi spirituale ac aeternum abunantur. Nam istiusmodi aquae lento

curso

PHRASES.

curso, fluentes, optime quadrant Christo, qui mitis ac humilis apparuit. Marc. 11. Et mansuetus venit in carne, Zach. 9.

9 Sunt & aquae furruae, in libr. Proverb. Salomonis cap. 9. Quae opera furrua & abicondita adumbrat, sicut & mendacium & fornicatio, quia quos Deus aliud proposuerit, caro hoc arripit, quicquid sibi iucundum est, nec vidit iudicium ac voluntatem Dei. Sic ait Salomon. Aquae furruae dulciores sunt, &c.

10 Nonnunquam aquae etiam populos significant. Vnde Esa. 2. Fluunt ad eam omnes gentes. Vbi imaginari licet populum quasi flumem accedere. Sic Esa. 8. cap. Adducet aquas multas, regem Assur et omnia gloria eius, Et Apoc. 17. Aquae quae vidisti, populi sunt & gentes.

21 Item: Aqua pro lacte & lactine. Esa. Audite nos domus Iacob, qui de aquis Iuda exitis, id est, de lactine vel stirpe Iudae.

22 Significat & copiam, & copia symbolon est aqua, vt alibi: Scientia Domini oppletit terram sicut aquae &c.

23 Aquarum inundationi, sicut aquis inundantibus passim scripturis sacris infortunia & prementia pericula assimilantur, quae mortem & mortem homini intentant, cum videat se non posse illas euadere, iam ingruentes, examinant. 14 Graphice vero admodum, ea similitudo descripta legitur, ab initio Psal. 69, & Psal. 124. vita hostium David, quae alibi per torrentes Belial significat, et pericula quae intentabant, aquis amplissime inundantibus, & suam ab illis liberationem, aquarum depulsioni similem facit. Psal. 124. Memorat se torrentibus Belial fuisse examinatum, & postea creptum ex aquis validis. Vide et Psal. 40. 69.

Act. 2. 15 Sic Aqua effusa & decursus, quae nihil aliud est nisi inuasiatio, in sacris licet admittatur, interitum & rei vilitate sonat vt patet Iosue. 7. 1. Samuel. 14. Psal. 21. & 37. Ad nihilum deveniet tanquam aqua decurrens. 16 Item hostes per insectam aquarum vim significari, vt Psal. 17. 21. 17 Item, Aquarum appellatione eorum & alia tenuia elementa quoque contineri. Gen. 1. Congregentur aquae.

18 Aquae infideles, sunt deficientes, Vbi enim solatio hominibus esse deberent, esse solis pressis deficiunt. Hier. 13. 19 Aquae abscondi, in scripturis dicuntur, quando in glaciam induriscunt, & aquae amittunt liquiditatem Iob. 48. 20 Aqua frigida Iordanis, qua Ioannes baptizare solitus est, & legem & doctrinam legis significat: quae legis doctrina hominem non inflamat, nec amorem cordis operatur: sed vt illa corpus, ita lex animum facit horrere, ita plane dilectionem ac voluntatem Dei, & eorum quae precipit, extinguit, facitque manifestum nobis, quam pugnet cor nostrum, primum ad omne malum ab adolescentia sua, cum omni iure bono & honesto. Sic Ioannes baptizavit aqua, & populo indicavit cor frigidum, vt ad mandata Dei instrueret.

21 Aquae viuae nomine spiritus sanctus in scriptura designatur, 22 Aqua fellis, tribulationem & amaritudinem significat,

Hier. 8. Et potavit nos aqua fellis, quia peccavimus Domino. Omnes potantur aqua fellis, quibus Evangelij gratia non innovuit. Hinc aqua fellis & absinthium, Hier. 9. supplicium significant, quæ amaritudo nimirum in circuitu conscientiae cognoscitur, aliàs dicitur vermis & ignis, attestante Esa. 66.

ANGELVS.

ἄγγελος commune vocabulum omnibus qui mandata Dei perferunt, & à Deo mittuntur, siue spiritus illi cœlestes sint, siue Prophetæ, aut apostoli in terra Malac. 2. de officio sacerdotis scribitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & ex ore eius requirunt legem Dei, quia angelus Domini exercituum. Et Hag. 1. Dixit Haggæus, Angelus Domini populo dixit: Ecce ego ero vobiscum &c. Et Luc. 9. Iesus mittebat angelos ante faciem suam in vicis Samaritanorum. Ita quicumque mandata Domini perferunt, et verbum eius annunciantes, Angeli etiam sunt & legati. Vnde & Euangelion bonum nuncium dicitur.

2 Spiritus quoque illi cœlestes ideo Angeli vocantur, quod nunciorum Dei supremi sint, & præstantissimi. 3 Ad hunc modum Ioannes nuncius & legatus Dei dicitur, Malach. 3. Matth. 1.

4 Vocatus est filius Dei Angelus. 5 Et in summa, Angeli nomine, scriptura ministros publicos siue nuncios illos Dei intelligit, ut patet. 1. Cor. 11. Ideo debet mulier velamē habere super caput suum, propter angelos. 6 Act. 12. generaliter pro spiritu capitur. Et Matth. 18. Dico enim vobis &c. pro spiritu hominis bono videas sepiissime vsurpari hoc nomen Angeli, pro hominis deuotione, pro spiritu hominis sancto. 7 Item per Angelum Satanæ, 2. Cor. 12. (persona pro re vsurpata) omnes aduersitates, & omnia mala quæ nobis accidunt D. Paulus intelligit: communem nimirum modum sequutus, quicquid aduersitatum & periculorū accidit, aut diabolum vocant, aut ex diabo lo esse existimant. 8 Denique Angeli etiam dicuntur filij Dei, iuxta Bernardum, vt diuinæ gloriæ participes & expressiorem imaginis Dei similitudinē in se habentes, Iob. 1. Et erat dies, veniebantque filij Dei. Alij reddūt, ministri Dei, sicut etiam Prophetarū ministri dicti sunt: vt infra latius in litera F de nomine filij patebit. 9 Sicque & Vigiles apud Danielem cap. 9. dicitur, ad significandum quod singula facta explorent, ac cognoscant. 10 Angelis tribuuntur facies, alæ ac pedes, quauis re ipsa incorporei sunt. Atque faciei & oculis vim cognitiuam. Pedibus sedulū ministeriū, & alacrem obedientiam. Alis, in cuncta discursum velocissimū capimus, quomodo & Poëtæ suo Mercurio tribuunt. Vide Esa. 6.

A LAE.

1 Alæ duæ in Cherubim super propitiatorium sese respicientibus aduerso vultu: vel duo Cherubim sese superne contingentibus cum alis suis, & propitiatorium operientibus, in propitiatorium murus vultibus prospicientes, duo sunt testamēta, vel verba vtriusque testamenti.

Quorum

Quorum alterum est verbum legis, alterum verbum gratiæ, quæ inter sese etiam aduersa videntur, dum lex peccatum auget, gratia tollit, tamē in Christo cōueniunt. Quia quod erat impossibile legi, Deus impletur in nobis. Umbra vero, fides ipsa verbi Dei, caligo spiritu alis animæ, in qua tuto later, à facie vulturum & rapientium luporū. 2 Cherubim dicti sunt quasi alaræ aues. Nam ita כרובים Hebraice dicunt aues, vel venti: vt cognoscamus, ex ipso nomine diligentiam angelici ministerij, Psalmo. 17. Hebr. 1.

3 Alarum vero nomine, nonnunquam vel eas quæ sub humeris latent accipit scriptura, vel pro defensione, aut propugnacione. Sic Hie. 2. vel. 3. cap. Et sub alis tuis inuentus sit sanguis.

4 Hinc alas extendere, pro defendere, protegere.

5 Similiter Psalmo. 16. pro diuina protectione & tutela, vt Sub umbra alarum tuarum protege me. Sic & Christus Matthi. 23. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alis suis. 6 Ceterum sub alas Christi nos abscondimus, quando toto pectore, mente & gratia ipsius confidimus, atque inde quam proxime nos sincera charitate fratribus nostris adiungimus, vt in ipso & inter nos vnum simus. 7 Item, Alæ terræ, pro extremitate terminis terræ seu orbis, Iob 38. cap. Vt apprehendas alas terre extrema orbis. Ezech. 7. cap. Finis super quatuor alas, id est, terminos terræ, hoc est, super omnem terram. Ira Esa. 24. cap. Domine, ab alis terræ laudes audiimus, gloria iusto. 8 Denique & in malam partem accipitur, vt Hie. 49. Expandet alas suas. 9 Alarum extensio nonnunquam populum & exercitum ipsum significat. Sic Esa. 8. cap. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ, i. exercitus regis totam terram occupabit. Ita & Ezech. 17. Describitur rex per aquilam alis grandibus. Et Danie. 7. & sic militare vocabulum est, vt in Liuiana historia sepius cernitur. 10 Alarum strepitus, apud Ezech. 3. Pœnam accelerandam, simulque horrendam significant.

APPARERE.

1 Apparere, hoc verbū specialiter aut de angelis aut de Deo scriptura diuina tenere consuevit, vt quod non potest videri, apparere dicatur. Sic enim habes: Apparuit Deus Abrahæ ad illicē Mambre. Nā qui ante non præsentatur, sed repentino videri aspectu, apparere memoratur, Hæc Augustinus Paulinæ de videndo Deo. 2 Apparere in conspectu Dei. Talibus loquendi modis infirmitati nostræ consulitur, qui diffidit admodum cœlestia capimus. Hebr. 9. cap. Apparere. i. incarnari. 3 Apparere denique & respondere (apud Iob cap. 40. ex turbine quid sit, variant Theologi. Alij turbinem, magnam vocem dicunt, vt vocem aquarum multarum, quæ ex turbine processerit: & turbinem tempestatem dicunt, sicut tonitruum factum est Christo, Ioan. 12. ita &

A 5

Iob

Job vocem audiuit, capite trigesimo nono.

APOSTOLI.

1 Apostoli nomine scriptura illum intelligit, qui ore negotium agit, quod in mandatis accepit, & ore aliquid nunciat. Non tabellionem, sed legatum Graeci intelligunt, & qui rem verbis proponat & agat, latine Oratores vocantur. Idcirco Petrus in sua prima epistola ait: Apostolus sum Iesu Christi, id est, in mandatis habeo à Iesu Christo, ut de hoc eodem Christo praedicem. 2 Varia autem apostolorum sunt nomina. Aliquando enim dicuntur Ecclesiae principes. Psalm. 44. Pro patribus nati sunt tibi filij, Constitues eos principes super omnem terram. Matt. 9. Vos qui sequuti estis me, & reliquistis omnia, sedetis iudicantes duodecim tribus Israel. De quibus Esa. 1. Et redire faciam iudices tuos, sicut in principio, & consiliarios, sicut in initio.

3 Aliquando Ecclesiae Architecti, aedificantesque, ut quorum doctrina divina, populus in fide Christi & dilectione proximi aedificatur & crescit. Sic. 1. Cor. 3. Dei aedificatio estis, unusquisque videat quomodo superaedificet. 1. Cor. 10. Non omnia aedificant. Et eadem. 14. Qui propheta, hominibus loquitur ad aedificationem.

4 Et ita è regione Destructores sunt, qui pravis traditionibus divinis doctrinis contrarijs corda hominum corrumpunt. Esa. 60. Veniunt destructores tui, destruentes & dissipantes à te exibant. Esa. 49.

5 Nubes verò dicuntur, quia pluunt hymbrem eloquiorum Dei. Nubes etiam ideo, quod tristitia mundo annunciantes, omnes per legis verbum sub peccato includunt. Sicut & de Prophetis dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluant desuper. Esa. 19. in sensu abstractiore. Ecce Dominus equitat super nubem leuem. Clarius eiusdem.

6 Piscatores quoque hominum, Matth. 4. Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Quibus verbis ad vaticinium Hierem. 16. allusum est: Ecce mitto piscatores multos, & piscabuntur eos. Quae Metaphora diligens & indefessum lucrandi quamplurimos studium commendatur, ex quo Paulus omnibus omnia fiebat, ut saltem aliquos lucraretur. 1. Corinth. 9.

7 Boves, bouis enim nomine praedicatoria labor effertur, ut. 1. Corinth. 9. Non obligabis os boui trituranti, & Proverb. 14. Vbi non boves, praesepe vacuum est. Nam actum est de Ecclesia Dei, quum defuerint doctores. 8 Sal terrae, Matth. 5. Vos estis sal terrae. Quasi dicat: Elegi vos, ut vice salis sitis toti terrae, id est, vniuersis hominibus, quos per annunciatum eis Euangelium reddatis vitae sapidos, id est, fide solida & viua imbutos, qua per dilectionem effacaci gustui Dei bonorumque omnium adproberetur.

9 Ibidem & Lux mundi appellatur: lucent enim in nocte, id est, in medio nationis pravae ac tortuosae tanquam luminaria. Philip. 2. cap.

10 Arietes gregis Domini, quorum discipuli filij arietum vocantur. Psalm. 28. Adferre Domino filios arietum, Licet in alio significatus

scatu principes etiam arietibus comparentur, Thre. 1. Facti sunt principes eius veluti arietes non inuenientes pascea, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenter. Verum de arietibus, gregis Domini ducibus exemplum est Psalmus. 64. Induti sunt arietes ouium. 11 Custodes, ut Esaia. 42. Agricola. Vide parabolam de homine plantante vineam suam. 12 Docti, non ad mundum, sed ad regnum caelorum. Doctus scriba profert de thesauro suo noua & vetera.

13 Vox Dei ut Ioannes de seipso testatur: Vox clamantis in deserto, 14 Columbae. Esaia. 60. 15 Columnae Ecclesiae. Galar. 2.

16 Seminantes. Esaia. 32. 17 Speculatores, Ezechiel. 3.

18 Prophetarum, 1. Corinth. 14. capit. 19 Dispensatores mysteriorum Dei, & ministri, 1. Corinth. 4. 20 Dilecti multum. 21 Adiutores in Christo, 1. Corinth. 3. & 1. Thess. 5. 22 Laborantes in Domino

1. Timotheu. 5. 23 Insignes inter Apostolos. 24 Probati in Christo, 1. Thessalonic. 2. 25 Nuncij, 26 Clangor tubae. 27 Ministri Ecclesiae. 28 Vinitores, 1. Corinth. 9. 29 Deuoratores apud Esaia.

30 Legati, id est, missi Dei. Psalm. 5. Exod. 22. 1. Corinth. 8. 31 Pedes & Euangelizantes apud Esaiaem & Paulum: apud Dauidem. 32 Reges, Principes populorum. Psalm. sexagesimo septimo.

33 Mustum, Esaia. 63. 34 Victores. 35 Anguli, Clauij, Arcus belij. 36 Exactores, Concordes, & Gigantes, Tauri, Calcantes in torculari. Esa. 5. 36 Montes & Colles. 37 Ecclesiastes, id est, concionator, Eccl. 1. Ecclesia enim congregatio est, ideo qui illi in verbo praest, recte Ecclesiastes dicitur. 38 Presbyter, id est, senior. 1. Timot. 5. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Et iterum: Aduersus presbyterum &c Sic Petrus in sua prima canonica epistola dicit: Seniores ergo qui in vobis sunt, obsecro consenior. Nam Graeco πρεσβύτερος, seniore[m] latine significat, eo significatu, quo & senatores appellati sunt, id est, viri qui aetate & prudentia & dignitate polleant, nimirum multa experti, & diuinitus in dignitatem constituti.

39 Ad hunc ergo modum Christus suos ministros, suumque senatum, quorum interest spirituale imperium administrare, hoc est, praedicare, & Christianam Ecclesiam, gubernare, regere, & curare, appellat seniores.

40 Et Episcopus, id est, super intendens. 1. Corinth. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Et ad Titum. 1. Oportet Episcopum sine crimine esse. Acto. quoque 20. cap. Spiritus sanctus vos Episcopos posuit.

41 Apostolus nuncius est & missus, ab ἀποστέλλω, quod mittere & legare significat, ut supra patuit. Verbi autem Dei ministros eius Apostolos esse, id est, ab eo mitti necesse est. Roma 10. Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?

42 Verum alij sunt magni Apostoli. 2. Corinth. 2. alij. minores.

43 Denique scias, idem esse Apostolatam & Episcopatum, quum Petrus Acto. 1. diceret aliquem subrogandum in ministerium & apostolatam, de quo

de quo praevaticatus erat Iudas, adlegavit hunc Davidis locum: Et Episcopatum eius accipiat alter. 44. Dicuntur etiam puri praecones Christi Angeli, de quo Malach. 2. Hagg. 1. Esa. 33. Math. 11. & Mar. 1. Quemadmodum & Prophetarum ac Apostolorum ad divulganda Dei oracula, diuinitus vocati & missi. *אγγελ* enim Graece, Hebraice Malach, latine dicitur nuncius, non qui absentis literas adferat, sed qui ore, eius cuius est nuncius, negotium agit. 45. Angelos autem fuisse etiam homines Dei nuncupatos, scriptura locupletissima testis est. Nam & de Ioanne scriptum est Mat. 11. Ecce mitto angelum meum. 46. Et Malachias Propheta quadam gratia dictus est Angelus, Malac. 3. Sic loquitur. Gen. 6. Videares Angeli Dei filias hominum. Hæc Augusti de ciuit. Dei lib. 15. capi. 21.

ADVOCARE.

1. Advocare, Hebræi vtuntur interdum pro consulere, iuuare, & defendere, quemadmodum & Latini. Advocandi verbum in foro, pro defendendi, consulendi, iuuandi. Esa. 59. Non est qui advocet iustitiam,

ARCANA VERBA.

1. *מבטן* more Hebraico significant ineffabiles & sublimes res, videlicet visiones & reuelationes. 2. Cor. 12. Et scio huiuscemodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio: Quoniam raptus est in tertium caelum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

ABSTRACTVM, pro concreto,

1. Tropus est in sacris, quo malitia pro malo, & scelus pro scelerato, ita etiam venter pro ventri dedito, guttur pro gutturis studioso, voracitas pro vorace accipitur. Sic Paulus ad Titum impios doctores, ventres pigros appellat, cap. 1. Ita scelera vocantur scelerati homines, Gen. 19. Ne tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Sic abominatio, est homo abominabilis, Esaie. 14. Abominatio eliget vos.

VERBA ABSOLUTA.

1. Idiotissimus Hebraicorum verborum est, vt sapius absolute ponantur, & sui nominis accusatiuum abstractum includant, vel in nomen suum verbale resoluantur, vt Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi, id est, latitudinem fecisti mihi. Fuiſti dilator meus, hoc est, consolationem mihi fecisti, quoties inuocaui in tribulationibus meis.

AVRVM, ARGENTVM.

1. Argento passim in scripturis vtuntur diuini homines, pro verbo Dei & fidei, doctrinae sinceritate. Nam sicut argentum purissimum, quod et veteres purum putum nominarunt, defecatum, probatum, & sepius purificatum est. Ita verbum Domini omnis vanitatis expertus, purissima, imo ipsissima veritas corda credentium probat, purificat, consolidat, sibi que similia reddit, vt non nisi purissima quæque; & quæ sunt in caelis, sapiant ac desiderent. Sic Psal. 18. Lex Domini immaculata, conuertens animas. Clarius Psal. 11. Eloquia Domini casta, argentum

gentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Ec Psal. 67. obscurius. Pennæ de argentæ, columbæ istius mysticæ. Et in eodẽ, impios moliri, ait, vt excludant & reijciant eos qui Deo probantur argẽto, id est, verbo diuino. Nam argenti cadõr & puritas pulchre cum diuino eloquio conuenit. 2. Item per aurum & argentum, & æs & ferrum regna insinuantur, vt Danielis. 7. cap. Nam hæc metalla in magna hominum æstimatione sunt, eod scriptura potentiam regnorum lubentius huiusmodi materijs comparat & adsimilat.

3. Aurum verò citra fidei nostræ discrimen, in scripturis non inepte charitati comparatur, seu adsimilatur. Ipsa enim (teste Paulo in Corinthijs) omnia suffert, quemadmodum & aurum pluribus incommodis dispar est; multo magis quàm cætera metalla: De quo Psalmo. 67. Et scapulæ eius in pallore auri. Illic enim portat hæc columba spiritalis onera fratrum, peccata, miserias, ignominiam, infirmitates, & quæcunque non sunt in Spiritum sanctum, vt sic adimpleat legem Christi, Galat. 6. 4. Aurum etiam diuinæ sapientiæ præstantiam & æternitatem denorat. Item iustos ipsos, & fidei opera durantia, vt ita loquar. 5. Auro etiam purioris fidei homines & constantes notantur, vt. 1. Corinth. tertio cap. 6. Quemadmodum & Argenti vocabulo pij cum eorum operibus constantibus significantur. E contra etiam impij, de quibus &c. 7. Argentum reprobum vocat eos.

Quorum omnium meminit Rabanus in libris de Sermonibus proprietate. 8. Item Argento aliquando significatur gratia, Prouerb. 10. Argentum electum lingua iusta. Nonnunquam pro pecunia accipitur, vt Esa. 55. testatur. Omnes sitientes venite ad aquas, & emite absque omni argento &c. Et. 52. Gratia vendituri estis, & non cum argento redimemini, hoc est, nulla pecunia.

9. Hinc Hebræi dicunt, plenum argentum, pro digno argento, pro precij pondere ac mensura. Gene. 23. Pecunia digna, vel plenum argentum tradat mihi coram vobis in possessionem sepulchri. 10. Argentum in scoria vertere, & vino aquam admiscere, est deprauare celeste verbum, atque eos impostores significat, qui iudicij puritatem auaritiæ adfectu adulterant. Esaia. 1. Argentum tuum est scoria factum. Caupones tui miscent vino aquam, id est, adulterant verbum Dei.

ANIMA.

1. Sæpenumero in sacris literis capitur pro ipsa vita, seu anima ipsa, in quantum corpus viuificat, atque vegetat, Hiob. 11. Animam eius non tangas, id est vitam. Gene. 37. Non interficiam animam eius. Matthæi. 10. Animam occidere non possunt: & illud. Qui amat animam suam, pro amore vitæ capi debet. Et Matthæi 6. Ne sitis animæ vestræ solliciti, id est, ne curetis pro vita vestra, quid manducetis aut bibatis. Item: Nonne anima plus est quàm esca? id est, nonne anima corpus ipsum vegetans præstat escæ? Sic Gene. 19. Salua animam tuam.

Psal.

Psal. 40. Qui quærent animam meam, id est, qui inuestigant me interficere. Et Deutero. 12. Hoc solum caue ne sanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima est, ubi anima vitam naturalem significat, quæ est in sanguine, quo effuso vel infecto, moritur.

2 Hinc & Anima in sacris literis frequenter dicitur homo viuens, edens, bibens, dormiens, faciens aliquid. Vnde Paulus vocat hunc animalem hominem. Item Deuter. 24. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam, qui animam apposuit tibi, id est, vitam, hoc est, illud vnde sibi quærit victum quotidianum.

3 Item, Anima viuens non semper pro humano spiritu accipitur, sed etiam brutis attribuitur, quæ vegetantur & enutriuntur.

4 Nomine Animæ & Vitæ in hoc mundo, comprehenduntur omnia desideria carnis, vt sunt gloria, voluptas, quies, & id genus alia.

5 Vnde inuenire animam est cordis, desiderio satisfacere, & frui bonis desideratis. Quod fit non acquirendo, sed abnegando. Proinde inuenitur anima, non quærendo, sed perdendo.

6 Sicque Heb. Anima, pro cupiditate aut propensione vtuntur. Quo modo Latini quoque Ingluuiem nonnunquam accipiunt pro edendi & vorandi cupiditate. Esa. 5. Dilatauit animam suam infernus.

7 Item pro voluntate vel animo capitur. Psalm. 105. versu. 22. Vt erudiret principes suos in anima sua, id est, pro voluntate sua, & Psalm.

11. Odit anima eius, pro animi affectu, Gene. 23. Si placet animæ vestræ. Hebræus dicit: Si placet in animabus vestris, valet ac si diceret: Si placet vobis, si vobis est in animo, si vobis cordi est. Sic Gene. 27. Et benedicat mihi anima tua, id est, vt tibi ex animo benedicam, quemadmodum tibi ex animo bene volo accipio, ita tibi beneficiam. Gene. 27. Vt benedicat mihi anima tua, id est, vt ex animo, quemadmodum concepisti, bona mihi impreceris. Et Gen. 32. Salua facta est anima mea. Anima Hebræus pro animo legit, hoc est, iam quieto & pacato sum animo, iam omnibus curis, omnium metu liberatus est animus meus. Genes. 27. **8** Sic egredi animam, vel Cor exire, Schema est Hebraicum, pro cõcidere, examinari, Ges. 24. Et exiit cor eorum, & obstupuerunt. Hinc est quod in sacra scriptura tribuitur animæ appetitus & nausea, iuxta illud Num. 21. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Et Leui. 26. Abominabitur vos anima mea. Item Ges. 49. In secretum eorum non ingreditur anima mea, id est, mens mea abhorret ab eorum cõctu. Et. 1. Pet. 2. Pro mente religiosa & illuminata à Deo. **9** Interdum Anima pro pecoribus & iumentis Ges. 12. Et animas quas fecerant in Haram, id est, quæ adquisiuerat Abram in Haram. Nam liberos adhuc non habebat. Hinc anima vitæ, pro animalibus viuus accipitur. Et generaliter tam ad bestias quàm ad feras atque iumenta refertur, Genesis. 1. Producat terra animam vitam, quod viuat in sensibus, vt etiam animantia, quod corporaliter viuat

viuit cum tota substantia, &c. **10** Item anima pro persona hominis Hebræo tropo, Rom. 13. Omnis anima potestatibus sit subiecta, id est, Quisquis vitam habuerit, & animam super terram, subditus sit potestatibus, Ezech. cap. 4. Ecce anima mea non est polluta, id est, ego non sum pollutus. Item pro corpore humano, haud raro in scripturis: vt Esa. 49. ad contemptibilem animam. Homo pollutus anima, id est, polluto corpore. Et Psalmo sexto: Anima mea mœsta est vsque ad mortem. Anima mortua, id est, homo mortuus. Et Psalmo. 7. 27. & 41. Job. 33. Extrahat animam.

11 Anima quoque Hebræorum more, homines viuentes significabat, Gene. 14. Da mihi animas, id est, homines, qui mihi captiui ducti sunt. Et Gene. 37. Non interficiamus hominem. Nam ex anima & corpore constat homo. Sic corpus rursus totum appellare hominem consuevit. **12** Sunt autem multa nomina animæ ita connexa, quod alterum pro altero saepe vsurperur. Id enim varijs nominibus, ob alios & alios respectus, solitum est nuncupari.

13 Sic anima dicitur ab animando viuificandoque. Mens, pro vt medietur & recordatur, vide & memoriam significare solet. Animus à voluntate. Ratio, dum discernit. Spiritus à vento & spirando & spiraculo. Sensus à sentiendo & probando.

14 In quo anima, spiritus & corpus differunt, explicant nonnulli Theologi in hunc modum. **15** Anima significat vitam naturalem, naturales motus, & vires omnes in vniuersum.

16 Rursus Spiritus significat quicquid spiritu Dei vegetatur, & spiritualibus motionibus & affectibus trahitur.

17 Hinc corpus spirituale significat, quicquid spiritu Dei vegetatur, & spiritualibus motionibus trahitur. Corpus animæ vel spiritus instrumentum, vt Rom. 9. & 8. **18** Caterum vtur vocabulo spiritus scriptura generaliter pro impetu, impulsu, vt ex circumstantijs locorum satis appareat, quando de spiritu iustitia loquatur. De his alibi dicemus. **19** Differunt item anima, vita & spiritus in hoc, Nam Anima significat ipsam substantialem vitam, qua corpus subsistit in rerum natura. **20** Vita verò conuersationem, seu res gestas in corpore per animam. Quemadmodum & in nostra vernacula, licet eodem vocabulo Leuen, tamen multum discreto sensu vrimur, quando de naturali vita & operibus eius loquimur, vt Psalmo septimo: Persequatur inimicus animam, id est, occidat Absolon & Achitophel animam meam, nec fit qui me saluet à persequente. Sequitur: Et comprehendat & conculcet me in terra vitam meam, id est, vniuersa quæ vixi, seu viuendo aut vita mea gessi, conculcet in terram, id est, destruat & deiciat, conturbet, despectui habeat, vt non sim vltra aliquid in oculis & auribus ac memoria hominum.

21 Spiritus vero hominis est, qui potest separari, & à corpore & à sanguine,

sanguine, ut illic: In manus tuas commendo spiritum meum.
 21 Item anime sunt, quae ad naturam pertinent. Spiritus vero ea quae supra naturam, Esa. 26. Anima mea desiderat te in nocte &c. Sed & in spiritu meo in precordijs meis &c. Spiritus quandoque idem est quod ventus Ioan. 3. Vide autem latius in litera S. de Spiritus vocabulo.
 22 Et quia anima hanc vitam significat, fit, ut nonnunquam pro vita spiritus accipiat, sed Metaphorice, ut videre licet in Psalmis.
 23 Animam effundere, est laxatis dolori habenis omnes simul affectus, & omnem animi aestum, & quasi ipsum cor querendo effundere. Sic animam suam effundebat Hannah mater Samuelis quando oppressa ægritudine ob sterilitatem & amulæ insultationem, cum lacrymis suam miseriam Domino quereretur, eaque leuari, oraret. 1. Samue. 1. & Psalm. 62. Hæc recordatus sum, & effudi in animam meam, quod est dilatare intus cor, angustiam animi depellere, capere consolationem, &c. Et Psalm. 62. Effundite coram illo cor vestrum, hoc est, omnem animi vestri aestum ipsi laxatis dolori habenis quaerimini, unde certa consolatio petitur.
 24 Animam suam in vano accipere, est apud semetipsum gloriarı, & sua iustitia fidere, seque putare aliquid esse, cum nihil sit, vnde Psalm. 13. Qui non accepit in vano animam suam.
 25 Animam ampliari, est corpus amplum habere, & absque lege, hoc est, absque termino capax esse, Esa. 5. Ampliavit inferas animam, & aperuit os suum absque lege. Quo tropo multitudinem indicat morientium. 26 Animas humiliare, est castigare corpus, iuxta tropum Hebraicum, Esa. 59. Quare ieiunauimus, & non vidisti, humiliauimus animas nostras, & non aspexisti: &c. 38. Iudith 4. & 8.
 27 Animam in limum deprimerere, est morti proximam esse, similitudine murata ab homine in terram prostrato, cuius venter terræ iam hæret. Sic ait Regius Propheta Dauid Psalm. 44. Depressa est anima nostra humi, id est, morti proxima, terræ affixus est venter noster.
 28 Animam autem in manum ponere, Hebraicis est, significans vitam in discrimen adducere, & varia discrimina subire, tentare multa, & omnem mouere (vt aiunt) lapidem, Hiob. 3. Quare animam meam &c. 29 Porro habere aut gestare animam semper in manibus, pro continuo illam vitæ periculis esse expositã. 1. Samuelis, 28. dixit Phitonissa ad Saul. Posui animam meam in manu, id est, propter te subij vitæ periculis. Et Psalm. 118. Anima mea in manibus meis semper. i. semper periclitor, & vitam periculis expono, quia posuerunt peccatores laqueum mihi. Süt enim Hebraici. 30 Sic & Lacerare carnes dentibus, est seipsum adfigere, dolore ingemiscere, et corde angı. Iob decimo tertio. 31 Animam ex inferno exaltare, & in foueam descendere, vulgares admodum hi modi loquendi sunt in Psalmis, vt decimo octauo 32. 23. 28. & 39. canit Dauid exaltationem sui, subductionem ab inferis, &

& viuificationem à descendentes in foueam, vocat, indicans se morti fuisse vicinum, & iam inter sepeliendos quos appellat, descendentes in foueam numeratũ. 32 Animam meam dicere autem, idem est apud Dauid, quod de anima mea. Sic Gene. 12. dicebat Sara vxor Abraham. Dic mihi frater meus est, id est, de me ita dic. Et eodem lib. cap. 26. Interrogauerunt viri vxori eius, id est, de vxore eius. 33 Animam odi in Euangelio, est abnegare semetipsum, non presumere de iustitia propria, renuciare omnibus, quæ nos reuocant à regno cælorum & secundum verbũ Dei, scriptam vel traditam, operari; & diuinæ misericordiæ inniti, & ferre crucem propter Euangelion &c. Et istud est animam odisse & perdere, pietatis causa. 34 Animam vero mori semper intelligit scriptura mortali peccato & æternæ damnationis esse obnoxiam. Ezechi. 18. 35 Animam amare vero, est sua querere, gloriam, honorem, diuitias, cordis desiderio acquiescentes, crucem fugientes, ea quæ in mundo sunt sectantes &c. Hi perdituri sunt animam suam, damnabuntur &c. 36 Animam quaerere, est in sectari vitam ad perdendum. Hierem. 11. Quærentes animam meam dicendo. Non prophetabis. 37 Animam inquirere, interdum est animam seruare, vt Psalm. 142. Alioqui inquirere animam, pro venari ad mortem.

ARBOR.

1 Parabola arboris in nouo ac veteri testamẽto admodum frequens. Nam vix alia re natura & ingenium, siue bonorũ, siue malorum, æque luculenter atque perspicue exprimitur. 2 Boni siquidem omnibus fructuosi sunt, fructiferis igitur arboribus persimiles. 3 Mali sibi tantum viuũt & sua ferẽ commoda, non nisi aliorum parat in commodis; interim tamẽ plus alijs in hoc seculo valere purantur, eoquẽ non modo sterilibus, verumetiam pungentibus spinis. sæpe autem grandioribus quoque, sed infrugiferis arboribus, vt quercubus atque abietibus assimilantur. Malorum fugacem, & inanem foelicitatem, quæ in speciem multo maxima atque diuturna videtur, Psalm. 37. exprimit imagine arboris altæ radicatæ atque frondosæ, sed quæ illico euauerit. 4 Potentiam malorum scriptura passim similitudine cedrorum exprimit: maliciam vero & nocendi studium, spinarum atque tribulorum: sterilitatem vero, vineæ post diligentem cultum ferenti lubrascas. 5 Contra, vitis, oliuæ, & palmæ imaginibus, sanctorum fertilitatẽ, hoc est, benemerendi de omnibus studiũ & successum, modumque summam suauitatem, cedrorum altitudine, certam eorum foelicitatem & gloriam, rosarum & liliorum, doctrinam & falsitatem famæ odorem, deprædicat, De hac parabola arboris habes Num. 24. Psalm. 92. Hierem. 17. Ezechiel. 47. cap. In Genesi autem legimus Deum creasse lignum, non arborem & Hebræorum consuetudo est lignũ pro ipsa ponere, Gene. 1. & 2. Et in eadem lingua pro fructu ponitur. Arbor vitæ pro vitalis, Gene. 2.

DI VINAE SCRIPTURAE

ABYSSVS.

1 Abyssus nomine non solum maria, sed etiam alta flumina, atque lacus intelligit scriptura, ut in Psal. 71. dicuntur abyssus terrae, profunditates, & Psal. 135. Item pro inferis poni solet, ut Rom. 10. & Ionæ. 2. sic legis. Ad extrema montium descendi, terrae vestes concluserunt me in interitum, Abyssus vallauit me, & pelagus operuit caput meum. Et Psal. 17. 2 Abyssus abyssum inuocat, hoc est, calamitas calamitatem inuitat, adducitque, ut Psal. 71. Item scriptura Abyssum appellat immensam vastitatem, teste Hilario, Tomo. 2. Basilius magnus contra Manichæos. Vastissima aqua abyssus dicitur, & quæ tota transmitti non possit, Gene. 7. Abyssus magnæ, id est, copiosæ aquæ. 3 Abyssus quoque inexhaustam felicitatem, & rerum affluentiam significat, ut Ezech. 31. Aquæ nutrierunt eam, & abyssus exaltauit eam, Hæc copiosa affluentia Assyrio euenit.

A V V S.

1 Mos Hebræorum, qui auum etiam patrem appellant, propter rectam lineam sanguinis, ut patet Gene. 29. Vocat Labā filium Nachor, quum esset filius non Nachor, sed Bathuelis, & Nachor auus erat Laban, non pater. Et apud Daniele cap. 5. vocatur Nabuchodonosor pater, quum uisus fuisset Balzasar: neque id rarum in scriptura.

A D E P S.

1 Solet scriptura, pinguis & adipea vocare, qui intelligit opima, felicitia, bonis omnibus referta. 2 Adipem & pinguedinem pro summis sed spiritualibus delicijs, Psal. 63. Sic Psal. 17. Adipem suum concluserunt, pro eo, Opes & copias suas sibi reposerunt, inde ira superbiunt, & fastuosa contra Deum & homines loquuntur. Et Psal. 81. Per adipem frumenti, id est, medullam & delicatissimum frumenti, atque mel de perra, omnis rerum delicatarum abundantia significatur. Magnam siquidem soli felicitatem esse, ubi apes in petris mellificent. Simile autem est Deuter. 32. Sugeret mel de perra, & oleum de scopulo rupis, Hyperbole est, in comparabilis fecunditatis. De nomine & trope pinguis, in litera P, infra patebit.

A M B U L A R E.

1 Ambulare sicut & ingredi, notum est more scripturae Metaphoricos, idem esse quod viuere seu conuersari, ut Psal. 14. Qui ingreditur sine macula, id est, qui conuersatur absque omni dolo, siue innocenter et iuste uiuit, Psalmo octuagesimo tertio. Qui ambulat innocenter. Et Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Romano 8. Nihil damnationis his, qui non secundum carnem ambulant, id est, non carnaliter secundum concupiscentiam, & iuxta præscriptum carnis uiuunt. 2 Hinc est quod Via in scripturis dicitur, quicquid agimus, quicquid uiuimus, & quoquo modo conuersamur. Denique omnia quibus studemus, siue bona, siue mala. Psalmo primo. Quoniam nouit

PHRASES.

10

nouit Dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit. 3 Ambulare, agere, seu conuersari coram Deo vel in conspectu eius, est uelle placere ei, innocenter viuere, ad nutum & uoluntatem Dei agere. Et ut certo Dei fauore gaudere, ita uicissim flagranti eius studio teneri. Quemadmodum Enoch & Abraham ambulauerunt. Id quod solum petit Deus à nobis. Gene. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei. Est enim idiotissimus Hebraicus, significans sese diuinæ uoluntati adtemperare. Sic Gene. 17. Ambula coram me, id est, integer esto. Conuersatio tua sit uoluntati meæ consona, stude ut mihi placeas. Genesis. 24. Ambula coram me, & esto perfectus, id est, integer et iustus. Et hi soli qui ita coram Deo agunt, ueram uitæ lucem obtinent. 4 Idem cum Deo currere, est eum timere, ac sincere colere, & iuste viuere, sicut scriptum est de Enoch, Gene. 5. Ambulauit Enoch cum Deo. Septuaginta: Placuit Enoch Deo. Et Hiob. 24. Dixit enim: Non placebit uir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. Aliàs currere, annunciantium Euangelij munus denotat, ut: Psal. 141. Eia: 5. 4. Ephesio. 6. Ezechiel. 1. Aliàs fidei progressum ipsaque opera. Sic currite, ut comprehendatis. Verum de hoc tropo infra suo loco latius dicemus. 5 Ambulare in ueritate literæ: de quibus loquitur Paulus Roma. 7. quorum corda spiritus sanctus non animauit amore legis. Sunt autem duplices, qui in ueritate literæ uersantes, Alij hypocritæ nondum onus conscientia sentientes, qualis illi Luc. 18. 6 Ambulare post desideria carnis, est perinde atque solent bestia, secundum proprium sensum, ac libidinem viuere. Sic enim ait Petrus: Maxime uero ambulantes post impura carnis desideria. Et in Epist. Iudæ. 7 Ambulare in portis inferni, est uersari in latibulis sepulchri cum mortuis, Eia: 38.

APPONI AD PATRES.

1 Ire, colligi, aut apponi ad populum, ad patres. Hebraismus est perquam elegans: hoc enim schemate frequenter utitur Hebræi, non semper pro morte corporis, aut sepultura: nam hoc per mori significant. Neque credentium corpora in unum locum semper comportari potuerunt: sed adponi ad patres uel populū, ipsis significat potissimum in fide & religione parentum decedere, morique in ea fiducia, quam patres & maiores ipsi habuerunt. 2 De fide ergo & religione patrum loquitur hoc schemate, in qua animæ piorum requiescunt & gaudent, in sinu Abrahamæ collectæ, quemadmodum Christus uocat hunc locum Luc. 16. 3 De hac collectione siue adpositione Hebræorum, passim in libris Mosaicis. Regumque, ut Gene. 25. Tu ibis ad patres &c.

ANTICHRITVS.

1 Antichristi nomine, hominem quendam singularem in nouissimis temporibus, appetente die iudicij, proditurum intelligit sacra scriptura: totam illam congregationem mala docentium, ac con-

+ nunt

+ nunt

B 2 tra uer-

tra verbum Dei sub prætectu Christi plebem, gregem, exercitumque Dei seducendum. Denique quisquis sapientiae, iustitiae, sanctificationi, doctrinae, & verbo Christi resistit verbo vel opere, velut ipse Dominus Matt. 12. Et Lucæ. 11. exposuit. Nihil enim aliud est Antichristus, quam aduersarius Christi, Christus omnia ad gloriam patris facit & veritate amplexatur. Antichristus sua quarit, contempta gloria Dei, mendacisque suum imperium statuit, pollicetur sanè spiritualia, sed tantum externa docet, & ad hypocrisis facientia. Character Antichristi verissimus est, quarere libertatem carnis, & sectari comoda, propria, sub Christi & Euangelij prætectu.

ANTICHRISTI ET PSEUDOCHRISTI DISCRIMEN.

1. Aliud est esse Pseudochristum, & aliud Antichristum. Antichristi multi ab initio regni Christi, vsque in hunc diem fuere, nempe quotquot vnquam docuerunt, quo abduci homines ab eo poterint.
2. Pseudochristi autem proprie fuerunt, qui seiplos pro Christo venditarunt, vt ex Iudeis aliquot venerunt, ceteri qui fuerunt errorum autores, rectius pseudoprophetae quam pseudochristi vocantur.
3. Antichristum scriptura diuina multiphariam nominat: iam enim abominationem desolationis, Matth. 24. iam dicitur Aper de sylua, Psalmo. 79. Alienus, Ioann. 10. Amans fomina, Esaias. 16. Aduersarius, 2. Thessalonic. 2. Bestia, Apoc. 16. 17. 19. Behemoth. Hiob. 40. Beel, Hiere. 5. Belial, 2. Corinth. 6. Coluber, Hiob. 26. Cauda, Esaias. 9. Cetus in mari, Esa. 27. Clibanus, Osee. 7. Culmus inanis, Osee. 8. Cedrus, Ezech. 27. trigesimo primo, Canis nesciens saturitatem, Esa. 56. Canis mutus, Ibidem. Contemptibilis, Abdia. 1. Canis, Psalm. 21. Draco, Apoc. 12. Ezechiel, 26. Decore perfectus, Ezechiel. 28. Dux & notus proditor, Psalm. 54. Diabolus incarnatus, excelsus, Esaias. 2. Exactor, Hiob. 39. Exprobrans & obloquens, Psalm. 43. Fur, Ioann. 10. Filius perditionis, & Abominatio, Iniquus. Homo peccati, 2. Thessalonic. 2. Fera singularis, Psalm. 79. Filius sapientum, Esaias. 19. Pastor stultus, & Idolum, Zachari. 11. Fraudulentus, Homo iniquus, & dolosus, Psalm. 42. Herodes, Acto. 8. Impudens facie. Danie. 8. Insuperbus, Psalm. 13. Inimicus manus dei, Psalm. 16. Iniustus, Psalm. 35. Inimicus & persequens, Psalm. 43. Inimicus in sancto, Psalm. 73. Incircuncisus, Inmundus, Esaias. 52. Lupus, Ioann. 10. Matth. 7. Ezechiel. 22. Acto. 20. Larro, Ioann. 10. Hier. 2. Leuiathan, Serpens tortuosus, Esaias. 27. Lucifer, Esaias. 19. Leo rugiens, 1. Pet. 5. Meretrix Babylo-nica, Apoc. 17. 19. Hierem. 3. Ezechiel. 16. Mercenarius, Mendax, Ioan. 8. & 10. Miser, Esaias. 16. Nesciens & indoctus, nesciens saturitatem, nesciens latrare, Esaias. 57. Perdens multos in mendacio, Esaias. 22. Percussor, Esaias. 14. Pastor dispergens. Hier. 2. Pseudopropheta. Apoc. 16. 19. Puluis, Esaias. 16. Rex filiorum superbiae, Ibidem. Superbus,

bus, Hierem. 5. Sobna, Esaias. 22. Superbus & impius, Psalm. 9. Speculator caecus, Esaias. 56. Semen pessimum, Esaias. 22. Simon, Acto. 12. Virga dominantium videns vana. Quanquam optime Lector, nonnulla nomina Allegorica sint, & translaticia, aliqua etiam, quod Antichristo cum capite suo diabolo, & membris eius omnibus impie & iniquis fiat communia boni, & quique consulas, velim.

ARCUS.

1. Arcus idem est quod gladius, framea, id est, aeterni iudicij, & aeternae mortis, & seueritatis diuinae verbum & sententia: vt Psalm. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum terendit, & parauit illum. Quibus verbis iram, vindictam, ac punishmentem Dei impijs proximam, pulchre depingit: iuxta illud Ecclesi. 4. Ne dixeris impijs proximam, pulchre depingit: iuxta illud Ecclesi. 4. Ne dixeris peccati, & mihi accidit triste. Misericordia enim & ira ab illo cito proxima, & in peccatores respicit ira eius. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit & ira illius, & in die vindictae disperdet te. De tropo gladij alibi dicemus.
2. Porro Arcus aliquando astutiae & fraus, Gladius vero aperta inuasio ac persequutio: vt Psalm. 11. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum. Et Psalm. 64. Intenderunt arcum suum rem amaram, Psalm. 36. Intenderunt arcum suum, id est, aperta Marte, & insidijs impetunt pauperem. Enimvero qui gladio pugnat, vi manifesta inuadit.
3. Est autem ista arcus & sagittarum (de quo tropo in litera S. audiemus) Allegoria creberrima, non modo in sacris Biblijs, sed & quotidianis vulgi sermonibus atque sententijs, Arcum, scilicet esse linguam, oratorem, aut orandi artificium. Sagittas vero suggestiones, et similia. Exemplum superius adductum est ex Psalm. 10. Nam verbo intendendi, parandi et dirigendi, exprimitur nimia inferiorum doctorum diligentia, qua verba sua adornant, ita magnificat, instrunt, dirigunt & dilatant, vt impossibile sit, simplicem animam his non capi & persuaderi. Quod autem pro sagittis impiae doctrinae accipi possunt, constat ex Esaias. 39. Sagittando & meditando a corde verba mendacij.
4. Arcus pro viribus plerumque accipi solet: vt Psalm. 10. Posuisti vt arcum aereum brachia mea. Et Psalm. 43. & 45. Sic & Ezechiel. 34. pro potentia vsus est. Et percutiam vel confringam arcum tuum. Porro eos qui languent, & degenerant a viribus maioribus, arcum prauum appellat scriptura, ceu infirmiore quam vt possit sagittas excutere, vt Psalm. dicitur de Iudejs. Sic Hierem. 51.
5. Item Arcus populum significat, sumus enim arcus Domini quando incedimus pura fide & verbum habemus. Quando ergo per nos pugnat contra impios, vel infideles, tunc sumus ei arcus & sagitta, Osee. 7. Facti sunt quasi arcus dolosus, hoc est, prorsus abalienauit se a me populus, vt non possim eis vti contra impios. Sed ipsi iam impij expijs facti, adeo vt opus esset alijs quibus pro arcu vterer.

DIVINAE SCRIPTURAE

6 Interdum Arcus, pro fortitudine & robore sumitur, ut apud Oseam: Arcus Israel, & Ionathas robur virorum belli arcum nominat: ad stipulatur Hierem. his verbis, cap. 51. Apprehensi sunt fortes eius, elanguit eorum arcus. 7 Item Arcus dolosus, significat minantem iaculum, sed non torquentem: ut Proverb. 13, & Osee. 7. 8 Arcus autem iridis est misericordiae symbolum, ut Gene. 9.

ATRAMENTVM.

1 Atramentum vocat Paulus 2. Corin. 3. literam, non humanas tantum traditiones, sed legem diuinam, planeque omnem doctrinam, qua tenus auditur, cognoscitur, tentatur à ratione sine spiritu viuificante. Sic enim dicit Paulus. Non atramento, sed spiritu Dei viuentis. Est igitur hæc sententia. Vos ipsi estis epistola, id est, mihi testes eritis, quod meo ministerio non acceperitis tantam doctrinam, sed & spiritum sanctum, ut iustificati sitis. Commendatio nostri vos estis, quod meum ministerium in vobis efficax fuerit, adeoque à Deo quidem fuit. Et sicut comparat atramentum & spiritum, ita comparat tabulas saxæ & carneas. 1. Corin. 3. 2 Tabulæ faxæ sunt humanæ vires, sine spiritu Dei viuificante. Atramentum enim est quod illinitur faxo, cogitatio vel simulatio boni operis. 3 Tabulæ cordis carneæ, sunt receptacula viua spiritus sancti, infusi intra vires cordis, & vegetantis omnes vires humanas. Estque accepta hæc collatio ex Ezech. decimo. De tropo fusius suo loco dicemus.

AH.

1 Ah verbum angustia, qualis affectus ferme omnium sanctorum est, qui nihil de suis viribus confidunt, Hiere. Et dixi, Ah Domine.

ACCEDERE.

1 Accedere, significat credere & sese Deo dedicare. Sic & Paulus per metaphoram accedendi verbo vitur, ad Hebr. 11. Oportet accedentem ad Deum &c. pro credere. Neque enim pedibus accedimus ad Deum, sed animo, & 1. Petri. 2. cap. Ad quem accedentes.

AFFLIGERE.

1 Affligere, pro abstinere sumitur: & afflictio, pœnitentia, quæ maxime fit per ieiunium, Gene. 36. Per ieiunium affligat animam. 2 Pertinet enim hoc verbum Hebraicum ad omnem humiliationem mentisque superbæ depressionem: ut nitidæ vestes deponantur, ut de eccis dematur, ut omnes prælatæ ac superbæ actiones deprimentur. 3 Item, Afflictiones frequenter vocari morbos, & plagas.

AQUILO.

1 Aquilonem frigidum ventum & siccum, & impetu quodam ac strepitu insolentem, ac frugibus infestum, perspicuum est malum significare. Ideo quum spiritus sanctus initia Ecclesiæ Christianæ turbulentos quosdam hostes habitura indicat, qui orientem curent opprimere: Hierosolymam & montem Sion ait esse latera Aquilonis.

PHRASES.

1 nis, in quæ videlicet ille potenter impingat. Leguntur hæc Psalm. 47. Hierem. cap. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. Ezechiel. 1. Et vidi, & ecce ventus turbini venit ab Aquilone nubes magna. Propheta indicat se terribile iudicium domini aduersus Hierosalem cognouisse. 2 Aquilonares venti cœlum serenare, frigusque asperius inuhere, solent propheterico more dicit: Ecce quàm turbulenta tempora aduerunt &c. Per Aquilonem captiuitatem, Hierem. 3. Et ibunt simul de terra Aquilonis, id est, à captiuitate. Aquilonares enim sunt gentium typus generalis.

ANATHEMA.

1 Diuus Hieronymus ait Iudæis hæc vocem peculiarem esse, & extremam detestationem significare. Vide Budæum in Comment. linguæ græcæ. Et homines sacri, quorum capita dijs inferis deuota erant, dicti sunt ἀναθίματα. 2 Apud Hebræos ab exterminio nomen habet אָנָתָהּ, quasi dicas excidium & παραλειψίς, aut si malis interitio, nostri excommunicationem, maledictionem, execrationem dixerunt: atque hodie apud Hebræos excommunicatio vocatur אָנָתָהּ. 3 In Galatis posuit eandem vocem pro deuoto & execrabili. Illud (inquit) deuotum sit & execrabile, & 1. Corin. vlt. cap. Qui non diligit Dominum Iesum sit anathema, maranatha, execrationis ultimæ nomen. 4 Huius verbi vsus frequens est in Mose. Inuenies namque quod dicitur contra Hiericho. Et anathematizabis totam ciuitatem CHRISTO Deo tuo. Vocantur enim eo nomine apud Hebræos, quæ ex aliqua maxima causâ Deo deuotentur, neque licebat cuiquam ea contingere, Nume. 18. Et inualuit apud nos omnis consuetudo, quæ in hodiernum diem durat, ut anathema dicatur, quod certo loco suspensum, & hoc plerunque in bonum sonat, & est interdum oblatum Deo. Sic interdum qui oblati sunt diabolo, nec ultra regionem salutis inhabitat, sed alienus à Christo, &c.

ACCELERARE.

1 Accelerandi verbo vsus est propheta Psalm. 15. dum homines perditæ & extremæ impietatis, nihil cunctari ait, aut deliberare secum in turpi proposito: sed velis remisque (quod aiunt) ruere in malefacta. Nam hoc est quod indicare voluit his verbis. Multiplicatæ sunt infirmitates, postea accelerauerunt.

ADVENA.

1 Aptissima metaphora est quæ competat in credentes verbi, advena. Nam quum cuncta deo committunt, animæ salutem, vitam, alimoniam, amictum, & omnia quibus necessario indigent: nihil est quod de patria se velint magnopere iactitare: sed magis exultare se factentur à regno cœlesti, cuius ciues sibi esse videntur, & domestici

DIVINAE SCRIPTURAE

Dei, vt ait apostolus Ephe. 2. De hoc tropo habes Gene. 47. Paralip. 29. Psalm. 118. et. 38. Petri. 2.

AFFLVERE DIVITIAS.

1 Affluere opes dicuntur, dum præter nostram sollicitudinem obueniunt, id quod ferè sit hæreditatum accessione, & munificentiã amicorum. Nam ad summas diuitias citra malas artes euehi quempiam, hoc non videtur verisimile D. Hier. ait enim: Omnis diues iniquus est, aut hæres iniqui. Psalm. 61. Item Psalm. 143. non reprobat opes sed oris vanitatem damnat, & dextram iniquitatis, quia qui hæc possident, beatos se prædicant, & non abstinent à malis artibus, quæ alibi prohibentur, Psalm. 53.

APER.

1 D. Hieronymus scribens in Daniele, ait Hebræos, quicquid ferocius cogitatur in bestijs, per hoc Romanos velle intelligi, bestiam nimirum omnium maxime formidolosam, Vnde est & illud. Ne forte veniant Romani. In Psalm. igitur. 79. Vbi scribitur de vinea Domini ab impijs prophananda. Quibus verbis ferocem & inamitem populum significari consentaneum est, qui potentia & opibus præstat: vt olim populus ille Romanus nulli in his rebus secundus.

ARDENTES.

1 Spiritus sanctus Psalm. 7. vocat impios ardentes, nimirum quia odio, liuore, & malevolentia in bonorum perniciem perpetuo flagrât. Sagittas suas (inquit) ardentibus effecit.

ANNVS.

1 Annus, pro tempore, sed certo ac destinato frequenter apud Hebræos accipitur. Sic & Hier. 23. Annus visitationis, istud tempus constitutum significat, quo illos vltio diuina affligere stituerat.

2 Annus autem Domini acceptabilis, tempus hoc, in quo vocantur ab eo hi, qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo, hoc est, omne ab aduentu eius tempus vsque ad consummationem, in quo vt fructus eos qui saluantur acquirit, Hæc Ireneus aduersus Hæreses Valent. & similibus Lib. 2, cap. 28.

3 Atqui nomine Anni breue tempus quoque significatur, & comparatur, seu assimilatur annis mercenarij, Esaias. 21. Intra annum sicut annos mercenarij, &c.

4 Nam Annus mercenarij, est breue temporis spacium. Annus enim mercenarij prolongationem non admittit, sed mox finito anno, eijcitur mercenarius, Esaias. 16.

5 Interdum pro gratiæ tempore: vt Esaias. 61. Vt prædicarem annum placabilem Domino, id est, gratiæ tempus, peccatorum remissionem annunciare. 6 Annum ad annum colligere aut addere, est obseruare certos annos: Sed est loquutio Hebraica hic consideranda, hoc schemate vsus est Esaias vigesimo nono capit. Væ qui additis annum

PHRASES.

annum ad annum. Hebræus dicit colligitis, q. d. obseruatis adhuc certos annos.

ALMA.

1 אַלְמָה non quamlibet adolescentulam sed incorruptam, seu iuuenulam partui idoneam, verum innuptam adhuc, ac velut domi absconditam, vt virgines solent, antequam nuptum elocetur, significat qualis Rebecca erat, cum Isaac sponsa peteretur. Ea tum alma dicebatur, Gene. 24. & ea quæ violata est in campo. Ita vocatam Mariam sororem Moïsi, legimus. Nam אַלְמָה significat adolescentem, & aditione א adolescentulam. Sic & Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Hebræus almam vocat. Sic & Matthæus hac voce vsus est cap. 1. Hebræi in vno loco de corrupta exponunt, Prouerb. trigesimo sap. vbi legitur de via viri in adolescentula.

ARCA.

1 Arca fortitudo & gloria Dei dicebatur, propterea, quæ ex ea sua, per caliginem, nonnumquam & per responsa, virtutè & magnificentiam præfenter exhibebat. De quo Psalm. 3. versu. 5. & versu. 7. Psalm. 24. & alibi. 2 Arca fœderis Dei nomine appellata. 3 Regum nono. Ingrederetur rex ille gloriosus. Sic arcam vocauit, eò quod Dominus promississet se inter Cherubim habitare, hoc est, præces orantium audire, et optata respondere. Hinc & Esa. 3. eadem vocatur. Dominus vniuersæ terræ &c. Et 2. Reg. 16. de ea scribitur: Cuius nomen vocatur: Nomen Domini Zebaoth, habitat inter Cherubim super eam, Num. 1. Cum Arca proficiscebatur dicebat Moïses: Exurge Domine & disijciantur hostes tui, fugentur abs te osores tui. Et quum reponeretur, dicebat: Reuertere Domine ad myriades millium Israël. Vt hic ergo Moïses Dominum velut Arcae insidentem, cum illa exurgeret, & rursus resideret, alloquutus fuit, ita Dauid Psal. 24. quum inferendam templo Arcam dicere veller, vt plenius Dei beneficium exprimeret, dixit ipsum Dominum illud ingressurum. Erat siquidem Dominus pollicitus populo dignationis suæ præsentiam peculiariter super illa se exhibiturum. 3 Arca Noë autem designat fœdus bonæ conscientiæ cum Deo, etenim olim Deus per Arcum càm Noë fœdus percussit, se illi placaturum Deum fore. Gen. 6. & 1. Pet. 3. Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, quum fabricaretur Arca &c.

ADSERERE.

1 Hebræi verbo Adserendi ferè vtuntur, pro possidendi, comparandi, adquirendi. Eò enim ferè vtuntur quum loquuntur de restitutione in libertatem, quum statum & caput defendunt Iurisperiti. Esa. 12.

ABSCONDERE.

1 Abscondere, pro auferre, auelli, recedere. Hoc schemate vtuntur Hebræi, sicut Latini & Græci, Auferri insulam aut regionem, pro recessi ab ea: vt Gene. 31. Speculetur Dominus inter me & te, quum ab-

conscinditur alter ab altero, id est, postquam alter ab altero recesserit.
 2 Abscondere, Hebraeis quoque est servare, 1. Per. 1. Emortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, id est servata.
 3 Item abscondere faciem, pro non exaudire, & auferre iudicia benevolentiae, hoc est, quam Deus non exaudit nos, vel etiam orationes nostras, nec ullum benevolentiae signum exhibet, sed meras afflictiones & mortes ob oculos ponit, Hiob. 13. Quare faciem tuam abscondis? Mich. 3. Sicut audire & aspicere faciem, idem sunt (Psalm. 3. Aspice in faciem Christi tui: & Num. 6.) sic Suscipere & non suscipere faciem, pro exaudire aut negare. Hebraei dicunt: Tuli faciem. Gen. 19. Etiam in hoc suscepi preces tuas. Hinc in sacris illa vultus sui illuminatio, qua consolamur, ubi remissa ira sentimus refrigerium, crucis sentimus exonerationem.

AVERTERE.

1 Est enim auertere, seducere & velut perdere cor, ut quum quis amentia fertur. Sic auerfarrix Israel subinde vocatur, quod labefactato profligatoque corde sit. Et Esaiæ, 57. Et iuit auersus à via cordis sui. Ezech. 38. Id verbum ad cor attinet.
 2 Auertere faciem, idem est quasi abscondere siue conturbare. Nam sicut non potest non laetificare facies Domini, dum respicit nos. Psalm. 4. Signatum est lumen vultus tui super nos, & sciat & alibi: Illuminet vultum suum super nos. Ita rursus non potest non conturbare auersa à nobis, ut Psalm. 19. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. 3 Atqui auertere vultum, & firmare aut intendere in loco, idem pollent, quum utrunque fit per indignationem. Hiere. capit. 3. Non enim auertam vultum meum, &c.

ASPICERE.

1 Aspicere, verbum est, quo declaramus fauorē, gratiam aut beneficium, quasi indignis nobis contigisse. Gracis est *επιθεωρειν*, aspicere, inaspicere, ut Lucæ, 1. Sic fecit mihi Dominus in his diebus, quando me aspexit, &c. Psalm. 137. Humilem aspiciet, excelsum à longe cognoscer, id est, pauperum miseretur, superbiorum non item, exprimit gestum miserentis, neque multum differt à vocabulo misericordiae. Sic etiam promissit Dominus se vultum suum conuersurum ad Israelitas, si legis suae obseruantes fuissent, Leuiti. 26.
 2 In vultu voluntatis iudicium est. Vide & Latini beneuolo aspicere vultu, pro fauere & approbare dicunt. Verg.
*Olli subridens hominum fator atque deorum,
 Vultu quo caelum, tempestatesque serenat, &c.*
 Sic & Psalmo 11. Vultus eius aspiciunt, id est, fauent, Cuius contrarium est auersari, auertere oculos, faciem, ut supra satis declaratum est.
 3 Interdum Hebraei verbo aspiciendi vtuntur, pro fruendi & conuersandi, Esa. 29. Ultra non aspiciam homines,

APERIRE.

APERIRE.

1 Aperire os, apud Ezech. cap. 3. est libere agere, & velut autoritatem habere. 2 Aperitio oris est diserte quod sentias dicere, nihil obticere.
 3 Aperire os, pro petere & accipere, Psalm. 81. Sicque ait: Dilata (Hebraeus dicit aperi) os tuum, quod idem est ac pete quidvis & accipies: namque honorum possunt inopia laborare, dediti Deo.
 4 Item pro extrema pericula minari: ut apud Hiob. 16. & Psalm. 21. Aperuerunt os super me 5 Aperire lacum & effodere, est innocentem perdere, sanguinem effundere proximi, ut Iudaei Christo fecerunt. De his impij. Psalm. 7. & Prouerb. 1.
 6 Aperire vuluam, membra genitalia, Rumpere rupturam, Hebraismi sunt: Nam Aperire vuluam est facere mulierem foecundam, & parere Sic Gene. 29. Videns autem Dominus quod despiceret Liam, aperuit vuluam eius, id est, fecit eam grauidam, dedit ei liberos.
 7 Rumpere rupturam, & aperire secundinam. Vtuntur etiam hoc schemate, pro primogenitum esse & nasci: ut Gen. 38. Quare rupisti super te rupturam? quasi dicat, gratulando: Tu rupisti claustra, tu aperuisti porta prior. 8 Atqui Aperire os & linguam in gutture, loquutio meditata, & non tumultuaria, in labijsque natam orationem significat. Sapientum enim est aperire os: stultorum & imprudentum os semper patulum habere: nam sine iudicio omnia nugantur & effuriunt. Iob est vsus hac loquutione capite. 32.

AEMVLARI.

1 Aemulari verbum quanquam frequenter idem sit, quod imitari. Apostolus tamen familiarem eius habet vsus, pro inuidere, ambire, laborare zelotypia, cum amore, seu alicuius amore contendere, & conitari. & est duplex. 1 Aemulatio Dei, id est, quae secundum Deum est, odium in re amata, seu amor boni, & odium mali, in re amata, secundum veritatem. Altera hominum est, odium mali, in re amata, seu amor boni, & odium mali, in re amata, sed secundum speciem, Gal. 4. Aemulantur vos non bene, id est, excludere vos volunt, scilicet à Christo & fiducia eius in fiduciam legis, incarcerandos, ut ipsos aemulemini Sic 2. Cori. 11. Aemulor enim vos Dei aemulatione.
 2 Item aemulari pro vlcione capitur, vlciscitur enim qui aemulatur. Num. 1. Deus aemulator et vlciscens Dominus, Nolens enim suos offendit aemulatur, & offendentes vlciscitur: vltus autem est vincendo mundum. Sic Esa. 42. Sicut vir belli excitabit aemulationem, &c.

ABNEGARE semetipsum.

1 Abnegare semetipsum, est totam naturam, vitam, energiam carnis abnegare, & emundare manus, & purificare, humiliari in conspectu Dei, Mar. 16. Qui vult post me sequi, abneget semetipsum. Nam nomine ani me seu vitæ comprehenduntur (ut supra declarati est) omnia desideria carnis. 2 Et odisse animam seu vitam carnis, est omnia quae querit caro,

DIVINAE SCRIPTURAE

evacuare, imo omnia in quibus est huius carnis vita, gloriam, voluptatem, & opes contemnere, vt Ioan. 12. 3 Item, Abnegare Christum, est suis proprijs operibus, & non Christi misericordię & sanguini salutem suam tribuere, vt Ioannes ait.

ADULTERIVM.

1 Adulterij & fornicationis, siue *scortationis* nomine solet creberrime sacra scriptura idololatriam siue cultum idolorum significare, vt est cernere, Ezech. 16. & 23. & Esa. 57. Dilatasti cubile tuum. Nam Hieremias cultum, quem dijs impendebant in montibus, syluis, vallibus, agris, speluncis, & ad quercus, adulterium vocat. Sic cap. 3. Per scortationem nihil quàm idololatriam intelligi vult.

2 Adulterari & scortari, cui sunt similia quàm idolorum cultui, luxurique? Deserto marito novos concubitus quærit adultera. Relicto vero Deo, noui quærentur perfidis, Concultatis honestate ac pudore omne cum omnibus libidinis genus peruatit scortum. Qui iustitiam prodiderunt, per omne luxurię genus impudenter grassantur, Hinc etiam pro omni scelere scriptura vititur, quando & Latini adulteratum dicunt, quicquid vitiatum & corruptum est.

ARGVI ET CORRIPRI DIFFERUNT.

1 Simul componuntur hæc duo verba nonnunquam in sacris literis: vt Apoc. 3. Ego quem amo, arguo & corripio, siue castigo, vt corripri sit castigare, siue disciplinare. 2 Et quod argui sit reprehendi: corripri sit reprehensum percuti, pater Psalmo. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. 3 Argui in furore Dei, nihil aliud est, quàm irascere, confundi, & ream inueniri coram æterno iudicio Dei conscientiam hominis, Psalmo eodem.

4 Corripri in ira quoque nihil aliud est quàm conturbari, intentari scilicet, mortem & infernum, Psal. 2. Tunc loquetur ad eos in ira sua, id est, arguet & reprehendet, & in furore suo conturbabit eos, id est, corripiet. Et 1. Regum 2. Dominum formidabunt. Et multa similia in scripturis habemus, quibus ista vehemens confusio & conturbatio cordis, tam in sanctis describitur, quam super impios prædicitur, vt illi humiliati consolentur & exaltentur, hi verò humiliati affligantur & deprimantur. Et sic vult Deus vt omnes homines salui fiant.

AEDIFICARE.

1 Aedificandi verbo, pro instaurandi, conseruandi, locupletandi, dilatandi verbis vtuntur impensè Hebræi. Metaphora sunt pro ab extructione domorum, Domus est familia, quæ non nisi liberis aedificatur & instauratur & dilatur. Sic Dauid. 50. Psalmo: Vt aedificentur muri Hierusalem, inquit, pro seruentur ac sustineantur, reaedificentur prius enim aedificata Hierusalem erat. Et Gen. tricésimo capi. Et vt aedificet etiam ego ex ea.

2 Hinc

PHRASES.

15

1 Hinc aedificare domum, pro locupletare, & dilatare familiam vt, Exod. 1. Aedificauit Dominus obstetricibus domos. Ad eundem modum & Nathan dicebat Dauidi: Adnunciat tibi Dominus, quod sit tibi facturus domum, id est, stabilem & perpetuam familiam, 2. Re. 7.

3 Fuit aedificans, Gen. 4. Hebraismus est, pro, aedificauit.

4 Aedificare, & non destruere, interdum est in tam absolutam dignitatem prouehere, feliciterq; iuuare oneratos, ne pœnitudo vlla laboris vnquam incidere queat, quemadmodum fit in his que infeliciter contingunt, vbi quæ aedificata sunt displicent, & rursus destruantur. Hier. 42. 5 Aedificare in harenam, est in falsis spebus conniti, Mat. 1. & Ezech. 13. Ad insulsum quod cader, ad parietem ruinosum. Vtrobique enim spectatur spei vanitas, siue in arenam aedificas, siue struis parietem sibi male coherentem ac futilem. 6 Obliniri parietem יִתְּרֵא est partes infirmus & nihili, qui sua mole in se subsidet.

7 Item Aedificare, pro docere & prodesse, Rom. 14. Etiam legibus verboque Euangelij conscientias hominum extruere siue erigere: vt Mat. 7. de aedificanda domo supra petram, Et Psalmo. 127. Nisi Dominus aedificauerit, &c. 8 Aedificare autem Hierusalem in iniquitate, vt est apud Micheam. 3. cap. significat contemptrum legis & Euangelij, ex quo fit vt Hierusalem, id est, populus Dei, violentia, cædibus, & tyrannide administratur. Quomodo autem Sion in sanguine aedificata fuerit, habes regem Ahas. Vide 4. Regum 19. & 2. Paral. 28.

9 Destruere, est contra docere, Galat. 2. Si enim quæ destruxi, hæc reaedifico. 10 Hinc destructores, qui prauis doctrinis & opinionibus homines corrumpunt, Esa. 49. Venerunt destructores tui, destruentes te, & dissipantes à te exhibunt. 11 E contra verò Aedificantes dicuntur hi, qui bona & salutari doctrina populum informant, docent, aedificantque. Sic 1. Corint. 3. Dei aedificatio estis, vnusquisque videat quomodo superaedificet, 1. Corin. 14. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem. Sic Psal. 117. Lapidem reprobauerunt aedificantes: plebis doctores, qui iudicabant hunc lapidè, scilicet Christum, ad aedificium inutilem, &c. Et Psal. 10. Quoniam quæ perfecisti, ipsi destruxerunt. 12 Aedificari super hunc lapidem, aliud non est, quàm vt omnes pariter fiduciam ac spem nostram inter nos mutuo conuexam in Christum ponamus. Sic 1. Petri. 2. Ad quem viuum lapidem, scilicet Christum, &c. Hinc Christiani viuui lapides dicuntur. 13 Iterum Aedificium spirituale, quod scilicet fide & charitate constat, dicitur.

11 E contra verò Aedificantes dicuntur

1 In prima Canonica epistola Petri 1. cap aliud non est, quàm prædicare Christum, in hoc sanguinem suum fudisse, vt pro nobis apud patrem intercedat. 2 Aspergi sanguine Christi, & obedire verbo Dei, Christo esse subiectum, perinde est atque credere: & per Sacramenta eius merita participare. Paulus vitur alia forma loquendi: Sal-

ASPERGERE.

1 In prima Canonica epistola Petri 1. cap aliud non est, quàm prædicare Christum, in hoc sanguinem suum fudisse, vt pro nobis apud patrem intercedat. 2 Aspergi sanguine Christi, & obedire verbo Dei, Christo esse subiectum, perinde est atque credere: & per Sacramenta eius merita participare. Paulus vitur alia forma loquendi: Sal-

nos nos fecit, inquit, per fidem in Christum, quoniam fides est quae exigitur, ut Christo eiusque verbo firmus obedientes atque subiecti.

AUDIRE.

1 Tropus frequens est scripturae: nam audiendi verbo utitur, pro credere, & corde suscipere: vsus est Ioan. 9. pro credere: Et non audistis, idem pollet ac si dixisset, & non credidistis. Quid igitur vultis id iterum audire? Ecce postereus audire accipit simpliciter, prius autem pro credere, Deutero. 6. Ut audiamus & opere impleamus. Audi Israel, id est, corde suscipe, & crede omni verbo Dei, eiusque promissioni fide, Dominus Deus tuus vnus est. Et Lucae, 11. Maria audiebat verbum illius, hoc est, credebatur Christi verbis, & diuinæ eius promissioni fidem habebat, conferens nimirum verba ipsius in corde suo. Hinc & audire à Deo, proprie est, credere vera esse eius verba. 2 Nonnunquam audire, pro intelligere, agnoscere, capit scriptura, Exod. 4. Audierunt quod Dominus visitasset filios Israël. Et Gen. 11. Ne alter alterius linguam audiat, id est, licet audiat sonum vocis, non tam è intel ligat mentem loquentis. 3 Aliquando audire vsurpant Hebrei sicut et Latini, pro obsequi, obaudire, obtemperare, seu morè gerere, acquiescere, exaudire, Gen. 22. & 34. Audisti voci meæ, pro eo, quod Latinus legit: Obedisti voci meæ. Sic alibi scriptura: Oculi viderunt, id est, intellexerunt: & aures audierunt, id est, obtemperauerunt. Et vos vidistis & audistis, quæ dominus fecit in terra Aegypti. 4 Porro audire vocè plerumque idem est quod discere, id quod in Mose & propheta vsu itatis simum est. Vnde vocè Domini audire, significat eius voluntatem discere. 5 Audiri iudicium è coelo, vsus est Dauid Psal. 77. Deum iudicium è coelo audiri fecisse, hoc est, planè celestem & diuinam referens virtutem, exhibuisse, quale utique illud erat, quod in Senacherib & suos exerceuerat, ut et quo Ammonitarum exercitum stravit, regnante Iosaphat, 1. Par. 20. Sic P salmographus ait: E coelo fecisti audire iudicium, terra tremuit & rimuit. 6 Audire eruditionem aut disciplinam, est audire increpationem, quod quum sit, consistemur nos iusto Dei iudicio affligi, Proue. 4. Audi filii paternam auditionem siue castigationem. Et sapius in sententijs Salomonis est videre. 7 Audiendo audieris, scièdo scies, castigans castigauit, morte morieris, & id genus ἀναδιδασκαλίας, id est, conduplicaciones seu reduplicaciones Hebræis sunt familiares. Sed variam virtutem habent. Nonnunquam enim celeritatem, nonnunquam verò diligentiam, vehementiam, seu certitudinem designant: vt Esa. Diserte audieris. Sic & Gene. 2. Morte morieris, id est, certe certissimeque morieris. Et Genesi. 15. Cognoscendo cognosces, quasi dicat Dominus: Certè scias, certissime scias id futurum, vt semen tuum peregrinum sit in terra, & hic certitudo significatur, &c. 8 Item, Audire audiendo, clare audire est, Esa. 6. Audite audiendo, & ne intelligatis: & videte visionem, & non cognoscite.

9 Auditus apud Hebræos significat omnem rumore, famam, doctrinam, prædicationem, & quamlibet auditionem passiuam, hoc est, quum tu quid audis, pro eo enim quod Latinus diceret: Ego audiui, dicit Hebræus, ego auditionem audiui, Esa. 11. Neque ad auditionem siue famam, &c. 10 Hinc auditus siue auditio, Tropo linguæ proprie utitur Spiritus pro ipso verbo vocis, Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro, id est, verbo, quod nos prædicamus audiendum. Sic Abacuc 1. Domine audiui auditionem tuam, id est, verbum tuum audibile, & timui. Sic etiam Esa. 28. Quem docebit scientiã, et quem intelligere faciet auditum? Sic Paulus ad Gala. 3. dicit: Hoc solum è vobis volo discere, an ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Pro ipso sermone qui auditur, vt sit auditus fidei, id quod verbum fidei auditum, Act. 10. Abdia. 1. Auditum audiuius à Domino. 11 Aurium rinitum experiri, Prouerbialis sermo est, pro nimis terri aut consternari. Sic Hier. 19. Aurium tinnitum experietur, pro nimis terrebitur. 12 Aures autem ad correptionem reuelare, est cognoscere ex flagellis peccata, vt sciant peccata sua, & pro illis se correptos, Iob 36. Et reuelat aures ipsorum ad correptionem: et dicit, vt redeant ab iniquitate 13 In aurem ponere, est inculcare & significare: Exo. 17. Pone in auribus Iehoshua. 14 Similiter in aurem loqui, Hebræis palam, Latinis clam vero dicere, Gen. 23. Et respondit Ephron ipsi Abraham, & cunctis (dicit Latinus) audientibus, qui ingrediebatur portam ciuitatis, &c 15 Aures autem perfodere, Psal. 40. omnium Hebræorum sententia idem esse atque aures alicui aperire, & ad auscultandum alicui adaptare. Id quum sit, totum se homo Deo addicit, et omne corpus alio qui voluntati Dei rebelle, ad obsequium eius formatur atque instituitur. Fortasse Dauid alludit ad illud quod præceptum legimus de seruo Hebræo qui in anno remissionis seruitutem liberrati prætulisset. Eius enim aurem iussit Dominus per herum ostio vel postu affigi, in insignum seruitutis sempiternæ, Exodi. 21. Hinc possit non inepte aurium pertusione plena addictio in seruitutem significari, & id quod Psaltes dixit: Perfodisti mihi aurem, id est, addixisti me in seruum sempiternum. Nam אָרְוַי Iudæi hoc loco pro aperire ac reuelare accipiunt.

ACCIPERE.

1 Hebræi Accipiendi verbo sapiuscule vtuntur, pro adferre, adducere, Gene. 15. 23. Mittet angelum suum ante te, vt accipias filio meo uxorem illinc, pro, adferas, adducas. 2 Accipere nonnunquam idem est, quod leuare, iactare, exaltare, magnificare, dilatare malum nomen, opprobrium, conuictum, blasphemiam contra proximum suum, id quod solent inimici mutuo facere, maxime illi, qui personari zelo Dei & amore veritatis: vt Psal. 14. Et non opprobrium accipit. Psal. 23. Qui non accipit (nō iactauit, leuauit) in vano animam suam.

De quo Tropo supra. 3 Accipere Spiritum sanctum, non eodem semper modo in scripturis vsurpatur. Nam spiritum sanctum accipiunt aliquoties qui docentur: ita accipere spiritum sanctum significat doceri. 4 Aliquoties accipiunt spiritum sanctum, quorum corda sensu coelestium bonorum tanguntur: ita accipere spiritum sanctum est credere. 5 Aliquoties accipiunt spiritum sanctum, quorum mentes confirmantur, placanturque: ita accipere spiritum sanctum, significat tranquillam esse conscientiam, vt in Gala. 3. Scire cupio, an ex operibus legis spiritum acceperitis, an ex praedicatione fidei. 6 Rursus accipiunt spiritum sanctum qui dona linguarum, sanationum, ac virtutum suscipiunt, 1. Cor. 12. 7 Aliquando Spiritum sanctum accipere est potestatem diuinam poenitentibus absoluedi vel impenitentibus ligandi habere, vt in Ioann. 10. & Math. 18. Secundum omnes Patres Ecclesiae: 8 Accipere spiritum sanctum, non significat iam primum credere, aut conscientiam assequi tranquillam, aut erudiri, sed augeri spiritum & dono linguarum prae cellere & virtutes facere.

A T.

1 At, Antitheseos nota est, quam Hebraei plerunque obmittunt: vt Esa. 1. Israel nihil sentit, dicunt Hebraei, septuaginta autem dicunt: At Israel nihil sentit. Neque solum istam, verum similitudinis, etiam & relationis, quemadmodum in Prophetis patet. Quem morem, vt ferme omnes alios, Paulus tenuit.

ASCENDERE.

1 Ascendendi verbo vtuntur Hebraei, pro crescendi, aulescendi, adulescendi, Hier. 46. Qui tanquam flumen ascendit. 2 Item ascendendi verbum, pro euanescenti Hebraeis ponitur, & id per Metalepsim, nam quae euanescent, plerunque ascendendo in aërem vertuntur, Esa. 5. 3 Ascendere cogitationes super cor, apud Ezech. cap. 38. in deteriore partem sonat. Ascendent, inquit, verba super cor tuum, & cogitabis cogitationem malam, id est, ad affligendum pios occupatam. 4 Ascendere vel equitare super leuem nubem, Est visitare velociter ac celeriter: sicut in caelo nubes de regione in regionem transit, Esaie 19. Ecce Dominus equitat: & alibi inuenies Psal. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. 5 Ascendere Dominum in excelsum, vt Psal. 7. est immissam vltionem amouere. 6 Ascendere autem in ruinam aut fractionem, est resistere prophetantibus ex corde suo, Ezech. 13. Non ascendistis in irrupturas, &c.

ALIENIGENA.

1 Scripturae consuetudo est, impios ac peruersos Israëlitas interim alienos, interim gentes appellare. Vt Esa. 1. Psal. 10. & 58. alienati sunt improbi, errauerunt ab vtero, hoc est, simulatq; nati sunt, à vero Israëlis semine degenerauerunt. Hinc Hierusalem Dominus per Ezechielem 16. dixit. Origo & generatio tua è terra Canaan, pater tuus Am-

morrhæus, & mater tua Cethea. Ad hunc ergo modum arbitror per conuitium Israëlitas impios gentes vocatos, qui carne Israëlitæ erant, gentium autem impietatem, & in amantes Deum crudelitatem animo & moribus referebant, ab Dauide in Psalmis iure alieni, alienari, alienigenæ nominantur, Psal. 17. 2 Hinc filij alieni siue alienati sunt in scripturis, qui de sorte & familia Dei esse debent, verum potius mundani homines, & ex operibus legis vel naturæ sine Christo iustitiam quærentes, qui tamen se filios & populum Dei gloriantur: De quibus Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autè spreuerunt me, &c. Et Psal. 14. 3 Et ex manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem. Psal. 17. Alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inuenerati sunt, Esa. 85. Sicut æstus in fiti, tumultum alienorum humiliabis.

ABIRE.

1 Abire, ingredi, cognoscere, dormire, sunt Hebraisim, significantque apud illos re habere. Nam verbo ingrediendi ferè vbiq; pro concumbendi vtuntur Hebraei, honestum actum coniugalem circumloquentes, Gen. 16. Ingressus est ad eam, & concepit. 2 Simili Tropo vtuntur Hebraei, cognoscere mulierem, pro re honestè habere, Gen. 14. Adam cognouit vxorem suam, 3. Reg. 1. Rex non cognouit eam. Gen. 19. Habeo duas filias, quæ nondum cognouerunt virum. Item, Dormire, Gen. 19. 30. 39. 3 Abire Latinis in vsu non est, sed Hebraei pro furto Venereo vtuntur, Gen. 57. Abijisti, & ampliasti lectum. 4 Abire autem ad inferorum portas siue domicilia, Periphrasis est moriendi. Esa. 38. Ezechia rege ægrotante: Ego dixi in dimidio dierum meorum. 3 Abire iumenta & volucres, Prouerbialis ac symbolicus sermo est: nam signum extremæ vastitatis seu deuastationis sic insinuat, Hier. 12. Abeunt iumenta & volucres, in prædam scilicet abiguntur iumenta, quin & volucres abeunt, quod signum est extremæ deuastationis.

ABIES.

1 Abies, Buxus, Pinus, Libanus, Cyparissus. Hæ metaphoraæ atque significationes omnino principes primatesque significant, qui rebus publi. bene præsunt, quod non vno loco in scripturis habetur. Quomodo in Esaia 60. cap. Gloria Libani ad te veniet: abies & buxus & pinus simul ad adorandum locum sanctificationis meæ. Item 1. & 2. cap. 2 Nonnunquam & impij potentes, huiusmodi Metaphoris notantur, sterilibus arboribus & infructiferis quercubus & abietibus assimilantur, vt sæpenumero videre licet in sacra scriptura, præcipue verò in Psalmis: vt Psalmo 37. & superius in Tropo arboris sæpe ostensum est.

ASPIS.

1 Aspis diabolus dicitur, quia & actu, & aperto Marte, si permittitur,

DIVINAE SCRIPTURAE

tur, nos invadit: propter illud dicitur Aspis, Basiliscus, vt Psal. 91. Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem. Nam Draco & Catulus Leonis quoque dicitur, vt alibi audiemus. 2 Aspidum siue Basilisci oua incubare, sunt proverbiales orationes. Coruim incubare siue excludere, pro rem insigniter malam parare, Esa. 59. Oua aspidum ruperunt. 3 Basiliscus est Graecis serpens venenatissimus, vt qui solo tactu herbas flaccescere, imo arefcere & perire cogat, teste Plinio.

ANIMALIA.

1 Animalium nomine designantur principes & potentiores, qui & praefelicitate huius seculi incrassati dicuntur, vt Psal. 21. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Et alibi Danie. 8. Imperatores & magistratus arietibus & hircis adsumilantur. Decet enim ductores gregis, & multum refert quinam in acie sint. Terribilius enim est agmen ceruorum praeeunte leone, quam agmen leonum, si ceruus antecedit, vt Lacedaemoniorum rex dicebat: Facile populi, sicut arietem oues, suum ducem sequuntur. At si illi per petras abeunt, non raro & gregem praecipitant.

AENIGMA.

1 Aenigmata scripturis & prophetis admodum familiaria sunt, ed quod arcana, et nulli satis peruestigata rerum scientia in his lateat. Sic Psal. 78. cantaturus Asaph beneficia & miracula, quae Deus Israëli exhibuit, dicit se aperturum os suum parabolis, & eloquitorum aenigmata temporis praesci. Vocat item David Psal. 49. parabolam & aenigma, eo quod cum collationibus, quae Hebraeis proprie dicuntur פֶּתִיחִים, tum testioribus, praesertim hominibus huic seculo deditis, sententijs vtatur. 2 Sic & Prouer. 1. Parabola, enarrationes, verba sapientum & aenigmata, pro eodem accipiuntur, grauioribus scilicet sententijs, quae ferè & reconditi & collationis aliquid habent, atq; indeo enarrationem apud imperitiores requirunt, Esa. 14. de casu regis Babel, eo quod audientiores translationes & hyperbolas poematum more, habet, פֶּתִיחִים maschal, id est, parabola, à Vate nuncupatum est, 3 Aenigmata autem (apud Dan. 8.) intelligere, non parabolarum inuolucra & argutias diserte aperire, sed acute peruidere qua parte, quibusue modis ac vijs incommodare alium possis: videturq; proverbialiter dictum de acuris & vaftris. Illis enim temporibus mos erat cum depositione aliqua proponere aenigmata & parabolae: qui autem soluebat, praemium depositum recipiebat: deinde qui damnatum pariebat, à sapiente, audiebat à vicinis: En intelligentem aenigmata. Vnde in adagium abiit, de his qui ingenij acrimonia alios circumueniunt, quod aenigmata intelligant, Danielis 8. Et intelligunt aenigmata, &c.

AZYMA.

1 Azyma, puritas & simplicitas doctrinae, & verbum Euangelij est, quo

PHRASES.

quo sic reficiuntur credentium corda, vt vires accipiant, calceati in preparationem Euangelij pacis. Sic Paulus adhortatur credentes ad agni esum 1. Cor. 5. Epulemur itaque in azymis, id est, letemur propter diem Domini, reuelationemq; Euangelij pacis. In azymis synceritatis & veritatis, quasi diceret: Ideo gaudendum est nobis, quoniam expulso veteri fermento, doctrina Pharisaeorum, & mortificata carne, contigit noua lux quaedam nobis, quae hoc efficit, vt nunc synceriter ex animo, seduloq; gaudeamus, non simulatè, sed verè, sed ex corde & animo.

ABOMINATIO.

1 Abominatio, id est, homo abominabilis: is autem dicitur in scriptura, qui relicto vero Deo, ad idola confugit, & contempta veritate, prophanas doctrinas amplectatur, Esa. 14. Ecce vos estis è nihilo, & opus vestrum ex clamore, abominatio eligit, id est, homo abominabilis. 2 Abominations פִּגְמוֹת, id est, molestias, per contemptum saepe scriptura idola seu deos gentium appellat, vt ostendat nihil nisi calamitatè ab illis referri, cum stulti homines salutem sibi ab eis sperent Psal. 106.

ACETVM.

1 Acetum & fel significant maledicta, iniurias, & traditiones humanas repugnantes diuinis legibus: vt Psalmo. 68. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

ARVNDINO.

1 Arundo insinuat inconstantiam, notata & proverbij & Germanis vsitata, Math. 11. cap. Hinc significat doctrinam humanam, omni vento opinionum agitatam. At Ioannes vox clamantis in deserto, vt non est vestita mollibus, ita nec arundo vacua & vento agitabilis, sed plena & solida ac ferrea. 2 Sic & baculus Aegypti, 4. Reg. 18. Esa. 35. 3 Sed in Psalmo, 67. impios, Feras arundinis scriptura appellat, nimirum quia sordibus suis gaudent, errantes in solitudine: deniq; summo studio conantur, tauris & vaccis coniunctis, id est, potentibus huius mundi, opprimere Dei ecclesiam, & profus extinguere. Increpa, inquit, feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento.

AER.

1 Aer, pro caelo nonnunquam accipitur, vt volueres caeli videlicet quae in aere volitant. Nam res saepe vicinitatis nomina sortiuntur, vt Genesis. 1. 2 Aërem verberare, proverbiali schemate dictum est à Paulo, pro frustra & inaniter laborare: velut pugil nihil agit, nisi corpus attingat. Verum hæc ed tendit parabola, vt intelligamus non esse satis, quomodoocunque nostro fungi officio, nisi demus operam, vt insigniter ac praeter ceteros gessisse nos videamur, 1. Corinth. 9. Aërem verberans.

ARGVMENTVM.

1 Scriptura sacra nonnunquam hoc vocabulo pro signo aliquo vtitur, quo

DIVINAE SCRIPTURAE

per quod fides sic rei alioqui dubiae, ut videre licet ex actis Apost. cap. 1. Quibus & praebuit (ait Lucas) seipsum vivum post suam passionem in multis argumentis, id est, signis: Hebraico more dixit, pro, per multa argumenta.

ABBREVIARI.

1. **Abbreviare idem est quod cessare**, Iud. 10. **Abbreviatus dies**, quos dies intelligimus, non mensura sed numero. Sicut enim longitudinem dierum (de qua dicit propheta: Domum tuam decet sanctitas in longitudine dierum) non per longos dies intelligimus, sed multos: sic & brevissimi dies non breves dies sunt intelligendi, sed pauci.
2. **Abbreviabantur dies**, ut atrocitas tribulationum breviora compendio temperetur. Hæc Chrysostr. in cap. Matth. 24. Homilia 49.

ABLACTATIO.

1. **Ablactatio confirmacionem per tropum significat**. Sic Abraham ablactato filio, Isaac, conivivium instruit causæ testificandæ lætitiæ, quod sibi modo benedictionem seminis & posteritatem stabilem videret. Gen. 21. Sic & Osea filiam ablacta: quæ adumbrat malum fore confirmatum & diuturnum. Simile quid Esa. 66. quoque videre licet.
2. **Ablactari verò à matre, elegans admodum opolatoris, siue similitudo est**, quam usurpat P saltes in Psal. 130. Sicut ablactati à matre sua &c. Vbi Yates sibi exitium, quale ablactato puello, & materna iam educatione destituito quam certissimum imminet, imprecatur, si divina ope spreta arrogantius de se sentiat, immodiceque sibi placeat. Quare & alios ab hac peste dehortaturus statim adjicit. Speret Israël in Domino, nunc & vsque in seculum.

AEGYPTVS.

1. **Aegypti nomine mundum in scripturis sacris significari nemo negare potest**. Prophetarum mos est ut regna mundi opulenta per Aegyptum, Aethiopiæ & Lybiæ, quæ ad meridiem & occidentem Hierosolymis sunt, designent. 2. **Potèrò Aegyptij soliti sunt magistratum Dynastiam, præfectos autem vocare Dynastas**. Sic Candace commune nomen omnibus Aethiopiæ reginis, & Ptolomæus regibus. Id potèrò ita habere testatur Plinius cap. 6. lib. 20. & Strabo li. Geog. 17.

AVFERRE.

1. **Verbum auferendi siue Tollendi מִן est nonnumquã, ut in Esa. 4. quod colligere, addere, & confarcinare, potiusque id significat, quam è medio tollere: adeò Hebræi propensi sunt, ad Metalepses, quamvis eruditè eis vrantur: Quum hi, qui soluturi sunt à loco aliquo, aut ali-quò quid abiecturi, sarcinas primum colligant, aut ea quæ abiecturi sunt: sicut ut priore vrantur pro posteriore, puta verbo colligedi pro verbo auferendi. Plutarchus hunc tropum inter Synechochas numerat.**

ARANEAE OPVS.

1. **Scita admodum Allegoria est, quam spiritus sanctus in araneæ tela oper**

PHRASES.

opere nimirum laborioso, parumque frugifero, spectandam in multis locis scripturæ proponit. Atque adeò, si quis impiorum sudores, quos in congerendis opibus, & infinita vanitate alia profundant, recte secum contempletur: inueniet impium veluti araneum, labore inani dissiuere, & in ipso suo conatu totum perire. Sic legis in Esa. Cap. 59. Psal. 38. 89. Job 8. Aranearum tela fiducia eius. 2. **Araneæ telam texere, est in re friuola, nulliusque frugis infinitum, atque anxium capere laborem**. Hoc proverbio vsus est Esaias cap. 59. Araneæ telam texunt. Norum fuit hoc adagiū & Hebræis. Quum scilicet magnifici isti sibi blandiuntur, quasi rem arduam inuenerint, ac perfecturi sint: Deinde in spongiam exeunt omnia. Siue dum friuola strenuè sectantur, &c.

ACTIVA VERBA

pro impersonalibus.

1. **Hebræi Actiuis verbis non infrequenter pro impersonalibus vtuntur**, ut Esa. 7. מִן לֹא יִבְרָךְ Non obligant, absolute impersonaliter ponitur, pro, Non obligatur. Hoc est: tam deploratum est vulnus, ut non sit obligandum. Obligare pro alligari. Alligari enim Latinis dicuntur vulnera, quum etiã confluuntur. Hic autem negat Propheta medellam miret (aut frustra) adponi posse.

AGNVS.

1. **Agni nomine, mansuetudo signatur, cui animalculo CHRISTVS ipse omnium pastor princeps, innumeris scripturæ locis a similiatur**. Hinc & proverbia in sacris literis nascuntur, Agnus & Lupus pascunt simul apud Esaiam, 65. Quo dicto nihil aliud quam summam tranquillitatem pollicetur Propheta: quæ fructuri sunt, qui Deo fidunt: cum hic dum conturbari aduersitate nulla possunt, quo minus in Domino sint hilares, tum istic quo neque æstus aut labor accedunt, lupos efferos esse, agnos autem fide cicuratos. Vide Esa. 65. 2. **Agni autem pascetes iuxta ordinem suum**. Apparet proverbialè fuisse sermonem apud Hebræos, quo ius atque ordinem cuiusque seruandum fore significent, Esa. 5. Agni pascuntur iuxta ordinem vel demensum suum.

AETERNVM.

1. **עוֹלָם Aeternum, ut veritur, tempus longum & continuum, vsque ad naturalem rei præscriptæ terminum**, Exod. 21. Et seruiet ei in æternum, hoc est, absque interuallo, & citra spem libertatis vsque ad iubiteum. Nam ultra proferri seruitus nullo pacto potuit. Psal. 89. Quia dixi in æternum beneficentia tua preparabitur, hoc est, apud me sic reparauit; quod beneficentia tua cum Dauide parata, stabilisque futura sit in æternum, & quod fides tua cum illo, ut cœli, sit in æternum constatura. Ibi absque fine significat, nemine refragante, ut ad alterum omnino seculum referatur: nam stante cœlo, ex hac vita migravit. Fides igitur beneficentiæ in aliud seculum translata, defuncto superest.

2. **Rabbi Moses quoque scribit, dictionem hanc æternum, non perpetuo,**

DIVINAE SCRIPTURAE.

quo, eternitate in sacris literis significare, sed durationem aliquam quae tam aliquando rumpatur: permulta enim in scripturis aeterna promittuntur, quae tamen brevissimo temporum spacio obierunt. Sic promittitur Abraham, terram quam tum peregrinaretur, aeternam possessionem femini suo futuram: promittitur Davidi regium sceptrum perenne in domo sua futurum, quod tamen celeriter creptum est: nisi forte mystice haec interpretari velis. Eodem modo Gen. 6. minatur se genus humanum in sempiternum aboliturum: quod per Noah reparatum est, qui eiusmodi minis non erat obnoxius.

AETHIOPS.

1 Aethiops nomine pertinacia venit, ut apud Hieremiam. 13. cap. licet cernere. Si mutare, inquit, potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Iudaicum populum pertinacem esse, & perveritatem mutare nescientem intelligit.

APPELLATIVA PRO propriis ponere.

Per Synchocem frequens est Hebraeis, ut Exod. 9. 19. Dominus dedit voces מַלְאָכָה, Voces, pro, comitibus ponunt. Speciale pro generali. Cunctam herbam agri percussit grando, pro, omni eo ponitur quod crescit, Sic eodem capite. Lignum pro arboribus frugiferis. Sic Gene. 45. capi. Os Ioseph pro ipso Ioseph: & saepe alia.

ADHAERERE.

1 Adhaerere Hebraico tropo est amare, diligere: ut Psal. 62. Adhaesit anima mea post te. Et Paulus ad Ro. 12. scribens. Odientes malum, adhaerentes bono, id est, diligentes. Item Psal. 72. Mihi adhaerere Deo, bonum est.

ARENA.

1 Idiotissimus est non inuentus, Hebraeis familiarissimus, quo vituntur, quum rei alicuius copiam maximam, numerositatem & multitudinem ostendere ac significare volunt, plerumque; Arena: adsimulant, comparantque; ut Gen. 22. patet. Benedicam tibi, & multiplicabo seminum sicut stellas caeli, & velut arenam quae est in littore maris. Sic E. sa. 10. Si fuerit populus Israel quasi arena &c. Iudicum 7. Cameli autem innumerabiles erant sicut arena quae iacet in littore maris.

2 Item arena vocatur inconstantia infidelitatis: ut Mat. 16. Aedificantes super arenam: nam petra constantia fidei, recte & inconstantia infidelitatis arena vocatur, id est, idololatria, quae per varias idolorum culturas semper dispersa est. Aut certe super arenam, id est, carnales homines ac infideles. Arenam terrae comparantur increduli.

3 Item Arenae maris, in scripturis quoque gravitate celebris.

DE ACTIONE ALICVIUS REI CAPITANTUM apud Hebraeos commemorantur.

1 Hebraeis ferè hunc esse morem, ut cum de actione alicuius rei mentionem faciunt, capita tantum & praecipua quae in actione dicta sunt, commemorent. Ut cum de D. Baptista Evangelistae scriperunt, quod praedicavit: O viderarum proles, quis vobis viam ostendet, qua venturam effugiatis iram? commo-

tenti

PHRASES.

19
tenti fuerunt insigne istud propheticae acerbissimae memorasse, quo reliqua quae acris & constantia fuerint, facile videatur. Praedicavit multa multis D. Baptista, nimirum antequam tantus ad eum fieret populi concursus. Sed priores Evangelistae pauca in monimenta sua retulerunt. Ioannes autem paulo post vniuersam Evangelij summam ab eo praedicatam esse tradidit.

2 Cicero vehementius ac solidius scripsit orationem pro Milone quam egerit. Unde nobilis iste Milonis in Massiliam deportati vox, quam edidit, cum orationem potentius scriptam quam dictam legeret, extat: Si sic egisses O Tulli, non manducaret Barbaros Massilienses pisces Milo.

APOSTROPHAE PERSONARVM.

1 Apostrophae, id est, auersationes. Et Epistrophe, id est, conuersiones plerumque; sunt apud Hebraeos sine demonstrationis aut distinctionum notis, id quod rudibus atque tenerioribus hallucinandi magna frequens occasio est. E. sa. 3. Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui. Vestimentum (inquiens, potest addi, quo sensus sine distinctior) habes, id est, auctoritatem. Item familiarissimae sunt Allegos Hebraeis, ut in relatio, quod ipsi adfixum vocant, numerum mutant, E. sa. 47. Erunt, inquit, sicut stipulae, quas ignis incendit וְהָיוּ כְּסִפְּוֹת.

BAPTISMVS.



Baptisma Graeca vox tinctionem significat, quod vulgo notum. Ut autem Christianorum Sacramentum habetur. Est tinctio in aqua, qua in gregem Christi, & ordine innovandorum spiritu, recipiuntur, qui tinguntur. 2 Appellatur haec tinctio Sacramentum fidei & mortificationis carnis atque regenerationis Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, Mat. 3. & Ro. 6. Col. 2. 1. Cor. 15. Cum baptizamus, & Ioannis & Christi baptismis baptizamus. i. mortificamur: et mortificatis, remittuntur peccata. Ceterum Ioannis officium proprie est praedicare penitentiam. Christi proprie est peccata remittere, et gratiam conferre, Mat. 2. Cyp. li. 2. epist. 2. dicit: Baptismus est non modo mors criminum, verum & vita virtutum. 3 Interdum Baptismus crucis sive calicis passionis Dominicae, & mortis eiusdem signat, Mar. 10. Potestis Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? i. supplicium mortis sustinere. Et Lu. 11. Baptismo habeo baptizari, et quomodo coactor, usque dum perficiam. i. patienti mihi est pro salute generis humani, id quod summe desidero, ad hoc enim in mundum veni, & haec est patris mei voluntas. 4 Baptizo, mergo & tingo est, quia vero ea mundatur quae lauantur sive tinguntur, fit ut baptismus accipiat pro emundatione, per Metalepsin. He. 6. Nam in 9. ca. palam est Apostolorum baptismata prorsus in hac accepisse partem, dixisseque; ista velut iustificationem carnis usque; ad tempus correctionis imposita. 5 Item lotio externorum, Mar. 7. Baptisma calicum & vicerum &c. 6 De Baptismo sanguinis, vide Cyp. in lib. de exhortatione mar. ad Fortun.

BACVLVS.

G 6

1 Potent-

1 Potentiam, potestatem, tyrannidem, regnum imperiumque baculo significare, scripturis perquam familiare est: Sic rex Aegypti baculus arundineus appellatur, Esa. 39. & 14. 2 Proinde quum aliorum baculi ita proferantur in medium, ut appareant formidabiles: virga & baculus nostri pastoris, non modo non terrent, sed etiam consolationem afferunt: ut Psal. 22. Vroque igitur vitur pastor, ouibus quidem baculo minatur, & virga eas non nunquam percutit, quibus tamen non aliud vult, quam vt recta eant, inque viam errabunde redeant, id quod spiritualibus ouibus Christianis, scilicet, multum fiduciae adhibet, secundum hoc legimus, Psal. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sic Hier. 17. Ego non sum turbatus, te pastorem sequens. Ita Paulus 1. Corinth. 4. quarrit ab ipsis. Quid vultis, in virga veniam ad vos? id est, secundum potestatem correctionis, & potestatem mihi concessam, austerus & rigidus, nec ulli parcens. 3 Latius quomodo Virga capiatur iuxta phrasim Bibliorum, in litera V, dicemus. 4 Similiter Virgam & Baculum pro virtute ponunt Hebraei, vt dicant: Omnis baculus panis contritus est, pro, nullus panis superest, Hier. 48. Baculus fortis, virga praecleara. Et Esa. 3. Omnem substantiam ac robur, & omnem vim cibi & potus. Ezech. 4. Et ecce ego confringo baculum panis in Hierusalem. Ideo quod panis imbecilles confirmet ac fulciat, sicut baculus innitentem hominem: ita quum volunt dicere: Omnis commeatus, annona, omne frumentum, omnis copia panis, dicant: Omnis substantia, robur, imo omnis baculus (vt supra) aut virga panis: vt Osee 11. וְהָיָה בָּרֶגֶל הַבָּרִיךְ Consumptus erat baculus eius, vel consumetur virga eius, pro, absumetur omnis vis panis eius. Per Antonomasiam enim baculum pro vi & copia panis Esaias accipit: propterea quod aliam Baculum panis vocare solent vim annonae. Deinde peculiare est Hebraeis, vt panis vocabulo omnem commeatum & annonam intelligat: Aquae vero potum. Id autem ferme quoties coniuncta sunt panis & aqua. Alias non itidem, sed in loco. 5 In Baculo autem transire, Hebraicum est schema, Gene. 32. In baculo meo transiui Iordanem, aiebat Iacob. Quo intelligunt, nudum & tenuem transisse. Metaphora sumpta ab eis, qui bello capti, nudi, & inermes, post se relictis omnibus armis & machinis, amandantur. Tenuis enim & pauper in Mesopotamiam venerat, diues & locuples in patriam reuertitur. Et is locus facit ad intelligentiam huius quod in Marco dicit Christus: Ne videlicet apostoli quid praeter virgam tantum in via gestarent, quum tamen in Matthaeo, eis baculo interdixisset. Vult enim Christus vtroque, vt nudi & inermes, & expediti legationem hanc obeant. 6 Symbolum ergo paupertatis est baculus, etiam si quis non gesserit baculum. 7 Porro Baculus arundineus & Tela aranearum comparantur fragilitati humanae: nam fortia quaeque, in muado, quid aliud sunt, quam baculus arundineus? cui qui innixus fuerit,

fuerit, intrabit in manum eius, Esa. 36. cap. Ecce confidis super baculum arundineum, confractum istum super Aegyptum &c. Sic Pharaon rex Aegypti, omnibus qui confidunt in eo, pro vana confidentia humani auxilij. Similiter pro fiducia humana capitur illud apud Hiob. 8. cap. Domus Araneae fiducia eius. 8 Baculus roboris, rex est in regno, Ezech. 19. Nam Nabuchodonosor populum contriuit, & in nihilum redegit, ablato rege Sedechia, qui per baculum roboris intelligitur. 9 Baculus vigilis apud Hier. 1. cap. est symbolum poenae, Hebraei cum Septuaginta exponunt baculus amygdalinus, ed quod acceleratura fit, vltio sicut amygdalus, nome accepit a verbo קָרַח. Nam quae res cum cura geritur, ea acceleratur, & arbor amygdalus ab accelerando קָרַח dicitur, ed quod praes alijs floribus floreat.

BRACHIVM.

1 Brachium Domini, vel auxilium eius, Christus dicitur. Esa. 51. cap. Excitare, induere fortitudinem brachium Domini. &c. Esa. 44. Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Isa. cap. 33. 52. Luc. 11. 2 Nonnunquam pro potentia, vi, virtute, opibus, & maiestate, ac pro robore sumitur, vt Iob 40. Si habes brachium vt Deus, si tam potens es arque Deus ipse omnipotens, & in cuius manu & potestate sunt omnia. Hierem. 48. Cornu confringetur, et brachium conteretur, quo tamen idem significatur, Esaia. 53. Et brachium, id est, potentia Domini, cui reuelata est? Neque enim cognosci potest diuina, potentia, iudicium & misericordia, nisi reuelauerit pater: plura Psal. 78. 3 Generaliter pro omni re cui innititur, Psal. 43. Brachium eorum non saluabit, id est, potentia carnalis, sed dextera tua, hoc est, tua fortitudo, auxilium tuum. Et Psal. 59. 17. & 37. & Psal. 36. Brachia eorum conterentur. Prouer. 31. Roborauit brachium suum. Psal. 88. Secundum magnitudinem brachij &c. 4 Brachio extenro vel excelso redimere, de quo Psal. 77. & Moses Exodi. Significat summam & insignem illam potentiam & potestatem Dei, qua filios suos ex fornace ferrea, hoc est, Aegypto eduxit. 5 Brachij carnem deuoret, qui proximi res inuadit. Sumus enim omnes vnus corpus &c. Quin & ingrati carnem brachij comedunt, Esa. 9. Vnusquisque carnem brachij comederit. Nam brachium virtute & robore suo toti corpori seruit, & ori cibum porrigit, a quo nunc per ingratitude non consumi dicitur. 6 Brachia denudare, significat expeditum esse. Ezechiel. 4. cap. Et brachium tuum denudabis, prophetabis contra. Iubetur denudare brachia, qui mos erat rem manu gerentium: Denudato brachio dextro pugnabant milites. 7 Brachij inniti regem, Hebraica phrasidictum est qua non significatur niti regem super brachia, aut manum, quasi brachij alternis in oratione sustineatur, sed regem habere ad manum: vt omnia interim circa regem curet, prouideat, agat, & expediat negocia commissa, quarto Regum. 5. cap. Hoc autem solum est de quo

DIVINAE SCRIPTURAE

deprecheris Dominum pro seruo, quando ingreditur dominus meus templum Remnon, vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remnon, adorante eo in eodem loco.

BARBAM TONDERE.

1 Olima tondere Barbam, & abraderè comam, inter luctus signa erant, Barba enim ornamentū erat viri, hodie apud nos lugētes fouēt barbā, & comā negligunt, Esa. 15. In omnibus capitibus caluitium, & omnis barba ronsa. Vnde quū Paulus voti se reum simularet, tōsus est, ex hoc constat patrium illis morem fuisse in luctu caput radi, barba tonderi.

BLASPHEMARE.

1 Blasphemare, est vituperare & execrare aliquid, vt quū Christianū quis institutū vituperet, & execretur, tanquā malā hāresim et errorē. Sic ea quę Christus dixit, quū ipsi inuertunt. Sic Blasphemia, est rationibus diuina velle discutere, ita nihil cōmune habet humana ratio colata diuinis. 2 Est autē Blasphemiū de quo Matt. 3. quod peccatū ad mortē à Ioanne appellatur, quādo aperta Dei veritas videtur, ita vt vi ctus sis apud te metipsum in tuo corde & conscientia, quod res ita habet, & aliter esse nequit: atramā impie audes dicere, & contra contendere, hoc non esse verū, non esse à Deo, esse peruersum, esse à diabolo, qua horrēda blasphemia, nō vereris gladiū Domini, cōtra te testantis, quāsi etiam impune liceat pugnare voluntarie contra Deum. Hęc ex Mar. 3. videre licet, vbi Iudæi manifestum opus Dei tribuebant contra conscientiā Beelzebub. Vnde postquā Euangelista scripsit verba Christi: Qui dixerit Blasphemiam in spiritu sanctū, non remittetur in aeternum: addidit, quia dicebant: Spiritum immundum habet.

BEELZEBVB.

1 Diuus Hieronymus indicat idem esse Beel, & Baal, & sonare Hebraeis idoliū בעל & zebub זבוב muscam, quāsi dicas, idolum muscę, atque hoc nomine spurcissimum idolum fuisse Accaronitis, qui sunt quidem in regione Iudę, sed impij: vt patet. 4. Regum. 1. Ite consulte Beelzebub deum Accaron. Ad hoc Hebraei principem dæmoniorum Beelzebub appellasse videntur, Luc. 11. In Beelzebub principē dæmoniorum eiecit dæmonia: & Matth. 10. 12. Mar. 3.

B A A L.

1 Baal & Bealim in Hebræo plerunq; dij vani atque simulachra genitum dicūtur, eō quod sint domini eorū qui colunt eos. Est enim Baal dominus, magister & maritus, & vt quibusdam videtur, commune nomen Deorū gentiliū, quos scriptura passim fœdis nominibus nominare conuenit, quo magis ab illorū cultu auocet. Et בעל, id est, molestias vocant Hebræi idola, per contemptū scilicet, vt ostendat nihil nisi calamitatem ab illis referri, quum stulti homines salutē sibi ab eis sperent, Psal. 106.

B E L I A L.

1 Belial, dictio in scripturis frequens, Hebraeis dicitur significare malitiam,

P H R A S E S.

21

litiam, licet ferē vbique iniquitas transferatur, id quę improprie. Vnde filij Belial, ist est, malitię, Indicum. 19. Nam Hebræi per Belial hominem עירי עירי peruicacē, & qui est perfricta fronte, quāsi עירי עירי abque iugo legis diuinę. Etymologiam habet à בל, id est, non, & עירי, id est, proficit, vt qui ad nocendum alijs tantummodo viuunt. Inde impostitū est & diabolo nomen Bli Iaal, quem Belial dicimus. Sic alibi pro Belial, homo apostata legitur: vt Prouer. 6. Nam in Hebrais Belial est, quod significat inutilis, qui caret timore Dei. 2 De torrentibus iniquitatis, & fluminibus, Belial, vide Psal. 18. Sūt enim persequutiones, impetus, & exercitus dæmoniorum, & quotquot iugum Christi detrahant.

B E N E F I C I.

1 Celebre fuit Hebrais, duces & principes suos Beneficos siue seruatores vocare, vt in Euangelistis videre licet, presertim Luc. 22. reperies, vbi Christus ipse dicit eos qui in potestate sunt beneficorum nomina sortiri. Et Esa. 13. Ingredietur portas beneficorum. Quales etiam Romani Patres patrię adpellabant, dum id virtute meruissent, Nam duces siue principes ad hoc præfunt vt beate ac feliciter viuat populus. Alias liberales sunt, Prouerb. 11. Beneficus animam suam ablaclat. Sic benefacere, pro beneficio afficere. Marci. 3. & beneficentia, quod misericordiam ferē vertunt. Est autem ea proprie beneficentia Dei redudans, & vt Apostolus dicere solet, Diuitiæ diuinę bonitatis. Et Osee secundo, & vt infra patebit. B E N E D I C E R E.

1 ברוך Tropus est satis elegans, Hebraicęque linguę admodū familiaris, Aliquando autem idem est quod beatum, felicem, ac fortunatū reddere. Gene. 12. Faciam te in gentē magnam, & benedicam te, id est, beatum, fortunatum te reddā. 2 Nonnunquam scripturę vsu, benedicere, idem est quod commēdare, laudare, bona optare, bene loqui, & precari. Gene. 14. & benedixit te. Et Gene. 26. Et benedicat anima mea, id est, vt tibi ex animo benedicam, quemadmodum tibi ex animo bene volo ac cupio, ita tibi beneficiam. Sic & Gen. 24. Et imprecantes prospera sorori suę. Hebræus dicit. Et benedixerūt eā. 3 Contra benedicere per Antiphrasim, idē est quod maledicere. Talis enim mos loquendi apud veteres fuit. Tam inuisę illis enim erant blasphemię, vt eas suo vocabulo nominare abhorrerēt, idq; per contrariū nonnunquā exprimerēt. Sic Job 1. cap. Ne benedixerint filij mei, hoc est, maledixerint, vel ingrati fuerint, & ad iracundiam prouocauerint, vt Chaldaus habet. Sic & Germani morbos, quos maxime abhorrerēt, honestis nominibus appellāt, Vt leproso, tactos paralefi vel apoplexia, tactos bono. Laborantes erispila, habentes pulchritudinem. Item eodem cap. Job Tange omne quod habet, si non in faciem benedixerit tibi, id est, blasphemauerit & palām impudenter quę ingratus fuerit. Ad eō abomināda erat vt diximus, blasphemia, vt contrario verbo eam significaret. 4 Interdum est idem quod locupletare, fecundare, multiplicare,

care, augmentare vim gignendi. Nam cum dicere sit Deo, idem quod facere, sicut scriptum est. Ipse dixit, & facta sunt, sequitur benedicere, esse benefacere. Sic Genesis primo & nono. Benedixit Deus Noah, & filios eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini. Benedixit inquam, id est, fecundos reddidit. Erat enim Noah seminarium & nomi futuri seculi. Sic Genes. 26. Benedixit ei Dominus, & crevit vir. Latinus dicit; & locupletatus est, Gen. 28. Deus omnipotens benedicat tibi, ubi benedicere pro locupletari & dirari ponitur. Et alibi. Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo te. 5 Hinc Benedictionis nomine omnia felicia, & bona à Deo nobis concessa veniunt, vt Psal. 3. Super populum tuum benedictio tua, hoc est. Tu Deus populum tuum, tibi fidentes, seruire soles bonisque cumulare. 6 Ad hæc profectum & multiplicationem sonat: iuxta Psalm. 106. & 144. Imple omne animal benedictione, vt sit quasi elemosyna, & beneficium Dei, Est enim beneficium Dei beneficentia eius. Sic legimus quoque de Ioseph, quod Deus benedixerit illi in omnibus, i. rem suam augmentauerit, multiplicauerit, beneficia præstiterit Ioseph. 7 Irè pro beneficentia & gratia, Esaiæ trigesimo sexto: Facite mecum benedictionem, id est, hanc apud me gratiam ineamis. 8 Hinc Benedictio, pro dono & munere aliquando ponitur, Gen. 33. Super benedictionem quam attuli tibi. Et Paulus in Corinth. ἐλόγιον, pro dono alicubi vsurpat scriptura. 9 Benedictionis nomine filiorum procreatio siue generatio quoque venit: Dei enim donum est non munus humanæ naturæ. Et benedicam ei vel eam. 10 Est præterea reperire, quod Benedictio in multis scripturæ locis passim accipitur. Gen. 12. Eritque benedictio. Sic enim Hebræus habet. Quod noster dicit: Erisque benedictus. Sic Esai. 19. Israel in medio terræ benedictio, cui benedixit Dominus. Et. 65. Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicetur, ne disipes illud, quia benedictio est. 11 Item Benedicere, pro magnificare, donare, efferre positum reperimus, Gen. 2. Benedixit diei septimo, id est, magnificauit, donauit, celebravit hunc septimum diem, singulari laude extulit. 12 Insuper benedicere, pro benefacere ac honorare vsurpatum inuenimus, Gene. 12. Benedicam benedicientibus te vel tibi. 13 Benedicere etiam significat mandare, quod solemus abeuntibus & eis quos amandamus, aut extremum valedicere, optare aut precari bona prospera abeuntibus, Gene. 28. Et Rebecca vocauit Isaac, &c. 14 Interim Benedicere est laudare Deum, est gratias ipsi agere. Vnde pluribus locis scripturæ vtrumque pro eodem vsurpatur: id quod claret ex Mat. 14. 26. Mar. 4. Luc. 14. cap. 15 Insuper Benedicendi verbum Græci, pro laudandi atque gratulandi nonnunquam accipiunt: vt Iudic. 8. Si ergo reete & absque vitio egistis cum Hieroboam & domo eius, hodie letamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. Hic ubi nos habemus lætamina, Hebræi בָּרַךְ, Græci vero εὐλογησάτε. 16 Postremo, Benedicere,

vere, laudare, gratulari, vel collaudare, & gratias agere signat. Gen. 14. Melchisedech collaudauit Abraham (solebant enim non modo Romani, sed & reliqui populi loco gratiarum actionis eum pro publica concione laudare, qui se pro publica salute obiectis discrimini) & dixit: Benedictus Abraham de excelso. Item Gen. 47. Introduxit Ioseph patrem suum, et statuit eum coram Pharaone, Iacob enim benedixit Pharaonem, id est, collaudauit autem regem, ac gratias pro tot beneficijs egit. Gene. 27. Benedicens illi, dixit: Tu es filius meus Esau. Sic. 1. Corinth. 10. 17 Calix siue poculum benedictionis, hoc est, liberalitatis & munificentiae, quo benedicimus & laudamus Dei beneficentiam, quo gratulamur de morte Christi saluberrima, quo & gratias Deo patri per ipsum agimus, vt sit calix benedictionis idem quod gratiarum actionis. Græci habent εὐλογία. Hebræi בָּרַךְ Barach. 18 Item Benedicere quoque idem est aliquando quod amicum compellere, & magnifica polliceri, Gen. 48. Deus benedixit mihi, id est, magnifica recepit, & præstitit quoque. 19 Est & Benedictio spiritalis, quæ æterna ac cœlestis dicitur, qua Deus pater Domini nostri IESU Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: de qua benedictione Psalmo. 22. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi. Suntque bona & dona cœlestia, ipsaque spiritalia facti varia charismata, quibus in Deo & erga proximum indies magis atque magis proficimus atque crescimus, nimirum fide per dilectionem sese exercente. 20 Benedictus Deus, familiaris & communis locus scripturæ est; idem est quod laus & gratiarum actio sit Domino: nam sic Benedictus Deus, sic sanctus, quia benedicit & sanctificat. Sic Paulus exorditur Epistolam ad Ephesios. Benedictus Deus, id est, sit laus deo, gratias ago Deo. Et Psalmo. 33. Benedicam Deum in omni tempore, laudabo benignitatem Dei, & dulcedinem misericordiae eius, & gratias agam in omni tempore consolationis & tentationis, &c. 21 Inuenitur etiam Benedictio in malum posita: vt pro verborum suauitate noxia, & blandiloquentia ipsa, quibus corda simplicium seducuntur à via veritatis. Sic Roma. vltimo Paulus adhortatur eos obseruandos, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. 22 Iam ex superioribus luce clarius est, quid sit in benedictionibus seminare, nempe simpliciter, generaliter & large benefacere, elemosynas abundanter erogare, & bona nostra vbertim fratribus nostris communicare, vt & ipsi de benedictionibus metemus, optima præmia fidei nostræ reportantes. Sic enim in contextu Pauli præmittitur. Qui parce seminat, parce & metet &c.

BALTHEVM

non aperire.

1 Zonam vel Baltheum adimere militi, ignominiosum est. Baltheum autem non aperire, strenuitatis ac roboris signum est. Vnde & Scipioni Africanò

Africano (quamvis falso delato) fraudi vertebant aduersarij, quod solutus & fluxus sectaretur balnea: quod militem, & eo magis ducem semper instructum esse oporteat & accinctum. Hinc & nobis mandat Dominus, vt lumbis firmus semper accinctus, ad opus Euangelij expediti, Efaiae quinto cap. Neque soluetur vel aperit balthem lumborum eius.

BONVS.

1 **טוֹב** significat bonum, & animo praeditum demerendi quolibet, etiam inimicos. Sic mater Samuelis: Custodit, inquit, haec pedes **טוֹבִים**, id est, bonorum suorum. Et Psalmo. 37. Tales boni Deo curae sunt, Testatur etiam Psalmo. 4. Interpres vbique ferè **יְהוָה** misericordiam vertit. Vt enim **טוֹב** bonitatem, & animum omnibus benefaciendi studiosum. 2 Nonnunquam etiam ipsum beneficium significat, ita **טוֹבִים** proprie bonitate huiusmodi, & animo ad benefaciendum propenso praeditum significat, &c. Psal. 4. 3 Hos etiam bonos Dei vocat Dauid Psalmo tertio, id est, ex Deo natos: quo significat neminem vere bonum esse, qui non sit Dei, hoc est, ex spiritu Dei renatus, eo quae quantus est Deo deditus, & rursus, neminem Dei esse, neminem populo eius iuste accenseri, nisi qui bonitati studeat omnium vibus sese esse secrans. 4 Bonum vtuntur autem Hebraei hac voce **טוֹב**, quemadmodum Graeci **καλός**, & Latini bonum pro pulchro, bono, honesto & commodo, placito, optato, Gene. 2. Non est bonum hominem esse solum, hoc est, Non est commodum, non decet. 1. Corinth. 7. Bonum est homini, mulierem non tangere. Sic etiam Gene. 19. Hebraice. Facite eis quod bonum est in oculis vestris, id est, quae vobis placent. Ea forma Hebraei vtuntur, quum volunt probare alicui rem, & significare. 5 Item, Hoc est bonum, illud malum in oculis meis, pro placet mihi, Psalmo. 4. Is Hebraismus frequens est, Gene. 16. Hebraei enim non habent verbum placet, sed eius loco vtuntur bonum est, &c. Carerit quoque; verbo habendi, pro quo vtuntur, est mihi, est tibi. 6 Bonum pro magnifico & pretioso, Gen. 24. Et omne bonum Domini sui in manu eius, id est, quicquid erat pretiosum & magnificum in domo Domini. 6 Mos certe scripturae est, etiam speciosos corpore Bonos vocare, Gene. 6. Videntes filias hominum quia bonae sunt. Augustinus de Ciuitate Dei, libro 15. cap. 23. 8 Bonum item pro pingui vsurpant Iudaei, Gen. 18. Vitulum tenerum & bonum, Tenerum pro delicato & pingui ponit, sic etiam bonum. 9 Nonnunquam etiam Bona Hebraeis pro prouecta accipitur, vt Gene. 17. In aetate vel senectute bona, id est, prouecta. Vtuntur enim hoc loco bono Hebraei, quemadmodum Latini, bona pars pro magna pars. Sic etiam. 25. Mortuus est in senectute bona, prouecta quae aetatis, & plenus dierum, &c. 10 Bonum autem primum, in omni bonorum perfectissimum, Deus est, secundum Basilium Magnum. Psalmo. 33. &c. 114. **Quem & solum bonum vocat**

vocat CHRISTVS. Matthaei. 19. capite.
BONITAS.

1 Iustitiae & virtutis vel fidei nomine, bonitas significatur, qua iuste & fideliter, nempe vt se decet, & de re est proximorum, agit. Solet versu in Psalmo praecipue, quanta et in alijs diuinae scripturae libris **יְהוָה**. id est, veritas vel fides, cum **יְהוָה**, benignitate & communitate coniungi. Etenim qui Christianum se profiteretur, simul benigne agere cum quibusuis, & quos possit, iurare pollicetur. Si igitur verus sit & fide colat, huic suae professioni, & aliorum de se expectationi studebit satis facere, eo quae fide optima et quam benignissime agere cum quibuslibet, dabit operam. Hinc ergo quod nemo vir bonus habetur, cui non sit ante omnia cordi fides, & bonitas in Deum, cuius vt inconprehensibilis est bonitas, ita non nisi ab homine mutatis nominibus exprimi potest, transferuntur. Proinde siue iustitia, siue fides, siue qua alia virtus Dei dicitur, nihil aliud ea est quam ipsius bonitas, qua & iuste & fide optima & benignissime cum omnibus rebus, vt i & Dei nomenclatura pollicetur, maxime autem in credentibus, agit. 2 Bonitas siue Benignitas animi propositio ad benemerendum de quopiam, qua (vt Erasmus ait) non inepte veteris indulgentiam, Roma. 11. Hinc bonitas pro benignitate & humanitate in sacris literis. 3 Item Diuitiae bonitatis Tropus Hebraeis est, pro Abundans bonitatis. Ita Diuitiae, sapientiae, id est, abundans sapientia. 4 Bonitas & veritas obuabunt, &c. Psalmo. 85. versu. 11. Nihil nisi veritatis, bonitatis, iustitiae & pacis frequentiam & abundantiam, hac propositioe sacri Vates canere voluerunt.

BIBERE.

1 Bibere, hoc verbum apud Hebraeos tantum nonnunquam significat, quantum alijs rapere, spoliare, ad se trahere. Sicut Abacuc primo capite de Nebucadnezar ingentem bibulum arguit & culpatur, vt qui omnes terras ebibat, spoliet, expilet. E contrario Abacuc tertio capite, & alibi. 2 Bibere idem significat quod aduersa pati. Et infundere, aut propinare, tantum quantum punire, torquere, ad stigere, ac nullis non plagis adficere. Hinc Psalterij commune verbum profuit: Calix Domini. Item, Calix eorum plenus sulphure. De cuius Tropi ratione infra in litera C, differemus. 3 Bibere sanguinem hostilem, plenam, & ad animi sententiam perfectam victoriam scriptura solet significare, vt Nume. 23. vbi Balaam de Israele sic vaticinatur: En populus sicut leo attolet se, non iacebit, donec vorarit praedam & sanguinem caesorum biberit. Et Psalmo. 110. versu. 7. 4 Bibere autem summam destillationem, est consummare passionem, quam nihil relinquitur. Sicut autem Christus propter nos passus, crucifixus, quicquid praedictum de eo, consummauit, & satis pro peccatis nostris fecit: ita Deus populum suum cruce hic purgat, & calicem afflictionum

DIVINAE SCRIPTURAE

numa epotandum propinat, vt innouetur de die in diem, & posthac in perpetuum gaudeat. Ceterum quamdiu nondum fuerimus mortui mundo, semper bibimus calicem irae, inter filios irae reputari. Et quanto magis nos premit Babylonius tyrannus, postquam subditi sumus, tanto plus bibimus. Epotamus autem quando mortui sumus mundo, & tunc sequitur consolatio & resurrectio. 5 Bibere denique vinum iniuriae, nihil aliud sonat, quam humanum verbum: & huius verbi fructus, est facere rem aliorum damno. Prouerb. 4.

BOS NON INFRENANDUS.

1 Est *gnome* prouerbialis, quam Paulus, 1 Corin. 9. copiose explicat, ait enim: Boui tritुरanti os non esse obligandū. Locus ex Mose scriptus. Nam boui tritुरanti os obligare vel infrenare, est mercedem mercenario & victum abnegare. Habebant enim Iudei nonnunquam conductitios boues. Salomon quoque praecipit, vt nostri gregis curam habeamus. Sic Paulus. 1. Timoth. 5. dicit: Legem non propter boues, sed propter nos scriptam, vt non negemus mercenario, operario & in primis victum verbi ministro, de suo ministerio. Nam Boues tritुरantes dicuntur ac nominantur à Paulo. Etiam Allegorice potest significari, ne prohibeatur doctōri verbum libere praedicare, quo deoerent stipulas & paleas, id est, conuertāt impios homines, & CHRISTO incorporent. Vide Deuteronomij. 25. cap.

BABYLON.

1 Babylonem Assyriorum urbem, ad ripas Euphratis sitam, quando Hebraeis vox ea confusionem significat, perspicuum est coluuiem hominem perditissimorum Allegoria scripturae indicare, & omnino qualem Philippus ille Macedo instituit Poneropolim, in quam perfidos omnes, periuros, & quicquid est fecis huiusmodi, relegauit.

2 Babylonis nomina sunt haec: Desertum maris, Eisaia. 21. Onus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt. Mons pestifer, Hieremiae quinquagesimo primo cap. Ecce ego ad te mors pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram, Orbis, Eisaia. 13. cap. Et visitabo super Orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum.

3 A Plinio & Pomponio Mela maxima vrbs vocatur, & Chaldaicarum gentium caput. Nam ita obtinuit principatū, vt propter eam reliqua pars Assyriae et Mesopotamiae Babylonia sit dicta.

BARBARVS.

1 Vocant Hebraei omnem linguam quae non est Hebraica בְּרִייתָא Psalm. 114. De populo Barbaro, intelligit populum Aegyptium. Hinc omnem sermonem ignotum pro tempore Ecclesiae Pauli barbarum vocabant, vt videre licet. 1. Corinthio. 14. Si ego nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus: & qui mecum loquitur, barbarus, id est, ignotus. Nam veteres barbarum appellabant, quicquid erat peregrinum

PHRASES.

peregrinum: deinde vox deflexa est ad vocis ac sermonis absurditatem. Offendit enim sermo peregrinus imperitos, etiam si concinnior sit nostrate. Postremo coepit accommodari & ad mores feros atque asperos.

2 Olim Graeci illi primū Hellenes dicti, ceteros omnes barbaros appellabant. Homerus Caras, ob peregrinū & absurdum linguae sonum βαρβαροφωνος appellat. Et Ouidius apud Getas agens, sic inquit.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.

Et Paulus ait se vertisse barbaram Graecam fabulam, quam in Latinum sermonem transtulerat.

BESTIAE.

1 Bestiarum nomine, regna imperiaque nonnunquam in scripturis veniunt: vt patet Danielis. 8. Et omnes bestiae non stabant coram ipso, id est, nulla regna obstare regibus Perfarum poterant. 2 Item Bestiae agri, salutem interdum in literis sacris significant: vt Eisa. 43. Glorificabit me, inquit, bestia agri. 3 Interdum vero bestiae agri comparantur siue adsimulantur tyranni & milites. Iob 5. cap. 4 Bestiae autem cicuratae, gentes efferas in Biblijs significant, in mansuetudine verbum fidei suscipientes, aggregantes se vnitati Ecclesiae. 5 Bestiae autem vel ferae dictae gentes, quia semper meditantur bella, sanguinem effundebant &c. Eisaia. 11. Et habitabit lupo cum agno, & pardus cum haedo ambulauit, &c.

BEHEMOTH.

1 Behemoth significat omnes gentes & immanes bestias, sicut Leviathan omnes immanes beluas piscium, sed sub illis describit scriptura, & praesertim Iob 40. cap. potestatem & potentiam diaboli ac familiariae eius, turbam scilicet impiorum & Antichristi.

CARO.



ARNIS nomine non crassa hominis pars intelligitur, sed affectus carnis occultissimus & astutissimus, nimirum caput serpentis antiqui, à quo nemo sibi satis cauere potest, iuxta Psalmum 19. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. De huius carnis prudentia, Paulus in Romanis, & ad Galatas.

2 Caro in Apostolicis scriptis, quicquid humanorum affectuum secundum naturam est, non modo esurire & fitire, sed & amare opes, gloriam & huiusmodi alia, hoc est, non modo partes hominis exteriores, sed etiam hominis naturales vires, siue humanas naturae humanae motiones, citra Spiritus sancti auxilium, significat, Gene. 6. et. 10. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est &c. Nam Hebraeis carnis vox omne externū & visibile, imo ipsum opus, adeoque totum hominem significat. Nec fructificat nisi vitia.

3 Carnis fructus sunt, aut externa, qualia sunt manifesta flagitia, vt contumeliae, caedes, libidines: aut interna, qualia sunt opera in

speciem bona, quae sunt gloriae cupidine: aut quadam prava animi voluptate, qua sibi in virtute placet & blanditur, qualis fuit illa speciosa Socratis aut Catonis virtus. 4 Ideo Caro, seu Ratio humana, Exterior homo, Vetus homo, Terrenus Adam, Corpus peccati, idem sunt. Nam sub carnis & corporis vocabulo, tota humana natura tam animam quam corpus significatur: neque enim vlla functio est corporis extra animam, neque concupiscit corpus extra animam: hunc hominem Paulus *Φυλλὸν* vocat, hoc est, eum qui naturalibus affectibus & motibus obnoxius est. 5 Econtrario, Spiritus, ipse Spiritus sanctus, & eius in nobis motiones, agitationes, siue impulsus ad opera significat. Sic Ioann. 3. Quod natum est ex carne, caro est. Quod natum est ex spiritu, spiritus est, Sic & Christus ait: Spiritus quidem promptus est, id est, spiritus quae sua sunt illa quidem affectat, sed caro infirma, id est, non fert iugum spiritus. Et Gal 5. Spiritus reluctatur carni. Idem aliquoties: Nouus, Spiritualis, Interior homo, Noua creatura, Corpus iustitiae dicitur. De quo postea. 6 Vnde Caro & homo aliquando idem sunt. Sicut enim caro male audit in scripturis, ita & homo. Omnis enim homo mendax, Psal. 150. & Psal. 55. Non timebo quid faciat mihi homo, Homo, inquam, peruersus, malus, gratia, fauore Dei orbatus, destitutus. Sic Paulus Rom. 8. Per carnem etiam tam intelligit externum, quam internum, id est, corpus & animam, quicquid non à spiritu sancto proficiscitur. 7 Per Antonomasiam vtitur sacrae litterae carne non tantum pro hominibus, verum etiam pro ipsa humanitate Christi, vsus est in Hebraeis Apostolus, quum ait: In diebus carnis suae. Atque alicubi in Prophetis, pro vniuersa rationali creatura.

§ Item pro animante, proque viuo & quo quis spirante accipi. Gene. 8. Cuncta animantia quae sunt apud te ex omni carne, id est, animante, quod fuit in arca. Math. 24. Nisi abbreviati fuerint dies illi, non fereat salua omnis caro, id est, omnes homines, Psal. 77. Recordatus est, quia caro sunt. Ioã. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut det eis vitam æternam. Esa. 49. Videbit omnis caro salutare tuum, id est, omnis creatura. Hierem. 12. Vili carni. 9 Caro etiam pro corpore, Num. 6. Et non facient transire nouaculam super omnem carnem.

10 Præterea id obseruabis in phrasi scripturae, vbicunque de carne agitur per Antithesin ad spiritum ibi ferè per carnem intelligas omnia contraria spiritui: vt ibi Roma. 8. Prudentia carnis mors est. Et Genesis octauo cap. 11 Vbi Caro absolute tractatur, ibi conditionem naturamque corporalem significare scias: vt, Erunt duo in carne vna, Gene. 3. Verbum caro factum est, Ioan. 1. Caro mea verè est cibus, Eiusdem cap. 6. 12 Porro Carnis gloria, vel in carne gloriarì, est fidere omni quod non est Deus. De cuius Antithesi in Ioanne. Et Esaias sapius. Est enim gloria & honor Dei patris in Christo. Atque hæc est gloria, quæ Deum debet agnoscere, quod sit ipse solus iustus, fortis, sapiens, misericors.

ficots, &c. vt inferius de nomine Dei videbimus.

13 Est autem iterum Hebraismus: Duo in carnem vnam, pro, Erunt vna caro, Gene. 2 Sic Matth. 19. Iam non sunt duo, sed vna caro, id est, vnum corpus. Sic Epheſijs Metaphoricòs pro vxore capitur quod sit os de osibus, & caro de carne, vt supra. Vxores vero non crucifigendas, hoc est, non habendas odio, sed amandas monet Apostoli.

14 Carnem crucifigere, est mortificare veterem hominem cum concupiscentijs, abnegare semetipsum, exuere corpus peccati, &c.

15 Item, Carnis infirmitas pro afflictione, vilitate, & infirma sorte conditionis ponitur. 16 Esse in carne, est esse in operibus carnis, Rom 7. cap. Ves autem non estis in carne. Quid non numero vos inter carnales illos, sed spirituales.

17 Per Carnem Satanæ Paulus exteriorem hominem intelligit, quemadmodum ad Heb. 9. Iustitia carnis, exteriorem iustitiam vocat. Vide Paulum 1. Cor. 5. 18 Carnes sanctæ apud Hierem. 11. pro viris pijs & à contagio scelerum alienis licet accipere.

19 Item, Carnis vocabulum infirmitatem significat, vt Esaiæ vigesimo quarto cap. Omnis caro foenum. Et Hebræorum sexto cap.

20 Caro & sanguis in Biblijs variè accipiuntur. Nonnunquam pro humana doctrina, vel pro hominibus: vt ad Gal. 1. & 2. Non acceui carni & sanguini, id est, hominibus vel humanae eruditioni non obtemperavi. Nam homines nobis sanguine iunctos, cognatos, parentes, careròsue necessarios caro & sanguis quandoque significat. Sic Matthe. 16. Christus ad Petrum, super confessione veræ fidei Caro & Sanguis non reuelauit tibi. Perinde acsi dixisset: Ex viribus tuæ naturæ non intellexisti, vel ab hominibus aut à parentibus, consanguineis, affinitibus nequaquam accepisti.

21 Interdum pro affectibus & concupiscentijs nostris, & maxime pro ipsa *φιλανθρία*. Sic 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, id est, qui adfectus & concupiscentias suas sequuti fuerint, à regno Dei excludentur. 22 Ad hoc spiritus in scriptura proximos nostros, non amicos, interim neque fratres, vocat carnem nostram.

23 Irè & Os nostrum, vt 2. Reg. 5. Os tuum & caro tua sumus, Esa. 58. Carnem tuam ne despexeris, id est, proximum tuum ne contemseris: vt hac occasione doceat, & trahat nos ad mutuam charitatem spiritus ille bonus. 24 Porro Carnem premere: &, Animam in manibus gestare. Prouerbialiter vt runque dictum est, de his qui vitam suam periculis obijciunt, & sibijpsis non parcunt, hoc est, qui seipos addigunt, ingemiscunt, & corde anguntur. Non enim ipsi parci, qui carnem suam dentibus premit aut lacerat. Deinde qui animam in manibus gestat, tanquam venale portat, quasi eam depositurus vel abiecturus, Iob 13. Quare tollo vel lacero carnem. 25 Carnem hominis edere allegoricòs in bonum, est amare, bene sentire, & inde ad prædicationem

eius erumpere, Ioan. 6. dum anima reficitur mundicia & dignitate carnis. Ita in malum est cum direptione & pecuino modo discerpere, id quod in esu contigit corporali. 26 Quando igitur in bonum transfertur esus carnis, refectioem ac saturationem cum vegetatione animæ insinuat ac commendat: quando autem in malum, in misericordiam: vt Iob 19. obrectatoribus loquitur. Ne, inquit, immitemini crudeles illos, qui non satiantur carnibus meis.

27 Denique Carnem edere, crudelitatis est (apud Iob 13.) auiditatemque vindictæ sonat. An non dixerunt viri tabernaculi mei, quis dabit de carne eius vt saturemur. Hic non legitur vt de carne eius satiemur, sed vt de carne eius, intellige, edamus & non satiemur. Et apud eundem cap. 19. Et in cute & carne, &c. macilentiam & cutis vulnerationem illis hyperbolicis verbis intelligit spiritus sacer.

28 Carnes manducare, metaphorica loquutio est apud Ezech. 5. Propterea patres comedent filios, quæ loquutio crudelitatem sonat, nempe, ita dure agere patres in filijs, quasi deuoraturi essent, dum eos vel tradunt puniendos, vel iudicibus offerunt accusatos. Ad literam hæc contigisse non legimus. Pari ratione istud dictum apud Iob 31. accipiendum, vt auditum est. Psalmo. 13. Deuorârunt plebem meam sicut cibum panis. 29 Alia est manducatio Carnis metaphorica, quæ est approbatio & apprehensio cõmunioem. 30 Comedere carnem populi sine deuorare populum vsque ad ossa, vt Psalmo. 14. habet, est populum ad viuum arrodere & expilare.

CORPVS.

1 Scriptura vocabulo Corporis vtitur nunc pro naturali corpore vegetatiuo: vt Esaia. 50. Corpus meum dedi percutientibus. Luca. 24. Non inuenerunt corpus Domini in sepulchro. 2 Nunc vero pro corpore metaphorico, spiritali vel ecclesiæ, Ephe. 4. Vnum corpus sumus, Coloss. 1. Pro corpore eius, quod est ecclesiæ. 1. Cor. 10. Nos qui sumus corpus Christi, puta ecclesiæ ipsius populus, Cœtus, Concio, Communio. 3 Corpus item aliquando totum hominem etiam internum scriptura vocat, vt sit idem quod caro, id est, totum quod sumus secundum animam & corpus. 4 Corpus animale, quod naturaliter vegetatur, & quod naturalibus viribus & adfectibus ducitur, viuunt: vt, dormire, edere. 5 Econtrario, Corpus spirituale significat quicquid spiritu Dei vegetatur, & spiritalibus motionibus & affectibus trahitur. 6 Corpus animæ vel spiritus instrumentum, Roma. 6. Et supra quoque declaratum est. 7 Item per metaphoram, Corpus pro tota vita & actibus, inclusa similitudine oculi & corporis externi, accipit Christus. Mat. 16. Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit. Et Luca. 11. cap. vt oculus pro mente ponatur idem corpori vitiatum oculus est, quod toti vitæ mens praua,

praua. 8 Postremo, Corpus sæpissime pro ipsa rei veritate & pro ipsissimo significato, propter suum contrarium & oppositum, quod est umbra, quæ aliquid tantum adumbrat, non rem ipsam exhibet. Quæ admodum Paulus loquitur Coloss. 2. quod in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, vere, non per umbram & figuram. Et eodem capite. Quæ sunt rerum futurarum, corpus autem Christi, id est, ipsum significatum, & ipsa rei veritas est Christi, id est, in Christum siue Christi gratia, quemadmodum ceremoniæ Iudaicæ ad tempus datæ, representarunt & figura fuerunt, hoc est, umbra tantum, non res ipsa. Veritatem autem per Christum habemus. Et Psalmo. 39. & Hebr. 10. Sacrificium & oblationem noluit, id est, ceremonias illas veteris Testamenti repudiasti, sed corpus aptasti mihi, id est, veritatem, cuius illa sacrificia tantum umbra erant, coaptasti mihi, figuram amplius noluit, veniente tempore in quo corpus, id est, res ipsa & veritas propalando erat.

COELVM.

1 שמים Cœli nomen apud Hebræos plurale est, nunquam singulare: quod vel ex Hebraismi proprietate est, vel pleraque alia quæ in plurali declinantur, מים, id est, aqua, & alia id genus: vel certe mysterium cõplectitur: non enim vnũ tantum cœlum inuenerunt sacrae literæ, sed plures vel angelos, vel quamcunque aliam substantiam. Atque propterea factum est, vt in sacris tantum libris inueniatur cœli appellatio in numero plurium: neque enim vsquã in alijs libris cœlos reperies, sicut neque apud Græcos οὐρανός, מים, ab שמים, quod est ignis & aqua: ex aqua enim & igne ipsum cõstare, videntur sacrae inuenire, Quod non solum Hebræis, sed etiam sanctissimis patribus placuisse videmus. 2 Cœlum, habitaculum & magnificentia Dei dicitur, quia perpetuum est, nec corrumpitur sicut inferiora illa: vnde & in excelsis Dominus humilia respicere perhibetur, Esaia. 64. Respice de cœlo. 3 Scriptura fines cœlorum appellat, quos Horizontas nostri vocant. Sic Psalmo. 18. Egressus eius & occurus eius à summo cœlo vsque ad summum eius. Vel in Hebræo: A fine cœlorum exitus eius, & ambitus ad fines eorum, vt summum cœlorum & summum eorum hoc Psalmo dicitur eodem Tropo, quo Christus Matth. 24. Et congregabuntur electi eius à quatuor ventis, à summis cœlorum, id est, vsque ad occidentem. In quo, proprietate mira Ecclesiam vniuerso orbe multiplicatam, significat David, 4 Item, Cœli nomine complectitur omnia quæ sursum sunt, aërem, ignes, corpora cœlestia omnia cum specialibus creaturis, quæ sunt in cœlis, & sensibus nostris capi non possunt, Gene. 1. 5 Item, Cœlum proprie gloriam Dei inuisibilem, & lucem inaccessam significat, quam Deus inhabitat, hoc est, spirituale firmamentum vocatur, vbi habitat sempiterna iustitia: in quorum comparatione terra dicitur anima iniqua, cui peccanti dictum est: Terra es, & in terram ibis. Sed Paulus

de hac inuisibili gloria Dei. 1. Timoth. 6. cap. reuelatum diuinę maiestatis splendorem, huc tam nemo potuit ascendere præter vnigenitum Dei, quàm nemo præter eum patrem cognoscere, Ioan. 1. 6 Item in cœlo adscribi, est in beatorum cœlum receptum esse, cum sit iam in terram scribi, est ex beatorum numero repelli, Hiere. 17. 7 Notum est etiã in scripturis Cœlos nõ secundum sphaeras, vt Mathematici solent, sed iuxta portiones terrę, quemadmodum & ipsam terram, distribui. Sic Deuter. 19. En Domini Dei tui cœlum est, & cœlum cœlorum. Et alibi, Dabit cœlum, quod supra te est, ferreum, scilicet, vt aliud cœlum huius, & aliud cœlum alterius populi significet, verum hic DEVS omnium cœlorum, hoc est, super omnes cœlos, omnia terrę climata, in omni Horizonte regnans. Et non Iudæorum Deus tantum, sed omnium quoque gentium, Psalmo. 113. Cœlum cœlorum dedit Domino, terram autem filiis hominum. 8 Item, Cœlum accipitur interdum pro rebus cœlestibus & diuinis, vel spiritualibus & summis.

9 Atqui Cœli & terrę nomine, mundus vniversus intelligitur. Et qui fecisti cœlum & terram, hoc est, mundum. Augustinus de morib. Ecclesię. Item carnales Ecclesię intelligit lib. Confes. 13. cap. 12. Athanasius in Quęst. ad Antioch. principem, de cœlis, ita scriptum reliquit. Sicut hominum natura dici solet, vnus homo & plures, ita cœlorum natura, tum vnum cœlum, tum plures cœli in scriptura sacra nominantur. Vnde & complures opinari sunt, quod sanctus Paulus non in tres fuerit cœlos raptus, sed in tertium cœli. Hęc ille. 10 Cœlum & terra συνεκδοχημας aliquando pro cœlestibus et terrenis vsurpantur, vt ibi. Qui fecit cœlum & terram. Item Psalmo. 104. & 140. Laudate Dominum de cœlis, Laudate eum omnes angeli eius. 11 Per cœlum enim omnia quę in ipso sunt, nimirum spiritales atque inuisibiles substantię, quicquid denique sensu humano capi nequit. Per terram vero, omne id quod est terrenum, corporeum ac visibile intelligitur. Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. 12 Cœlorum itaque nomine interdum significatur firmamentum extensum illud, in quo astra sunt, quę Ornatus cœlorum vel exercitus subinde in scripturis vocantur: vt Gene. 1. & passim alijs. Ex quo tam vasto & magnifico opificio, opificis Dei maiestatem & potentiam indentidem scriptura commendat, vt Iob 19. Psalmo. 102. et passim sanè in Psalmis tum Prophetis. Vnde & firmamentum ipsum, cœli cœlorum vocatur. Psalmo. 248. ed quod maxime omnium conspiciatur, sensuique nostro expositum sit, vt: Laudate eum cœli cœlorum, Item cœlum crystallinum & firmamentum idem. 13 Columnę cœli dicuntur terra ac montes, quibus iuxta puerilem opinionem incumbere videntur, Iob 25. Columnę cœli contremiscunt. 14 Cœli extensio siue porrectio, siue effusio. Hebraice appellatur Rachia רחיה extensio, aut id quod extenditur, ac diffunditur, vt vela ac cortinę, ve

Exod,

Exod. cap. 39. Extendent laminas aureas. Sciendum itaque est diuinas scripturas ita loqui solitas, vt quum elementa diffusa sint, ac longissime porrecta, dicant Deum ea effudisse, atque porrexisse, ideo Esaię. 42. Quis extendit terram et germina, porrexit terram præter me? Genesis. 1. Septuaginta verterunt *σπογγια* firmamentum, videlicet cœlum. 15 Non raro autem cœli in scripturis, locum præsentię Dei clariorem, scilicet diuinę lucis reuelationem Metaphoricis significant, citra hoc tamen quod certis sensibus loco, vel Deus, vel diuina includantur. 16 Denique cœlum aliquoties tantum pro loco nubium accipitur, quum pluuiam mittere, tonare, fulgurare, & huiusmodi facere dicitur: vt Exod. 20. & Lenit. 26. & alibi. Sic cœli lagenę vtres nubium periphraſis. Sic Iob 40. vel. 41. Quis recenset nubes in sapientia, & lagenas cœli quis cubare faciet, & videlicet vt inanes sint, & sicut vacui vtres comprimantur, nullasque pluuias emittant.

17 Cœlorum apertio, de qua Marcus scribit. Visio fuit apertientis se, & coram exhibentis maiestatis diuinę. Sicut & Ezechiel sibi apertos fuisse cœlos commemorat, quum vidit visiones Dei. Ita Stephanus: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei, Acto. 7. Quid hoc aliud fuit, quam apertior aliqua diuinę maiestatis reuelatio, & manifestior Christi apparitio & cognitio. Sic cœlum de quo Christus ait Ioann. 3. quid aliud est quàm apertio Dei præsentia & plenior diuinitatis perfructio? Nec aliud est tertium illud cœlum, de quo Paulus arcana verba audiuit. Vt enim cœli cunctis creaturis corporalibus modis omnibus præstant, ita cœperunt spiritualia per ea significari, & Deo ipsi sedes haberi, quęcunque denique præter cœmunę naturę ordinem diuinitus donantur, cœlitus dimissa dicuntur. 18 Sicque cœli fenestras aperiuntur, quando ira Dei manifeste & copiose effunditur, sicut quodam impetu defluunt imbres & tẽpore diluuij. Gene. 7. Cataractas cœli dicere apertas esse possumus, & hoc dictum in prouerbium trahere, & vt eo quoties grauior super nos ira DEI inducitur, Apocal. 16. Effunduntur phialę irę Dei. Nam. 1. Effusa est indignatio irę. Dicuntur Cataractę à *καταρρυπι*, dirumpo, discindo, vel deorsum ruo; quo nomine significantur cœli quędam fenestras, vt à quibusdam asseritur, qui ad Hebræum respiciunt, sed aquarum quoque est loco eminentissimo atque præcipiti descensus, de quibus apud historicos creberrima mentio.

19 Cœlum etiam dicitur & iste aër, vbi ventri & nubes, & procellę, & turbines sunt, sicut etiam scriptura dicit in multis locis. Et inronuit de cœlo Dominus. Et aues cœli & volatilia cœli: quum manifestum sit aues in aère volare. Et Dominus quum de nubibus loqueretur: Faciem, inquit, cœli potestis probare. Et hoc non solum scripturarum consuetudine, verumetiam nos sermone communi hunc aërem, cœlum appellamus. Nam quum de sereno vel

D 4 nubilo

nubilo quærimus, aliquando dicimus: Qualis est aer? aliquando. Quale est cœlum? 20 Cœlū tristari dicitur, quando nulli à superis expectatur auxilium. Hier. 4. 21 Cœlorū & Aetheris nomina Psaltes pro eodem vsus est, & Genesis. 1. æthera vocauit cœlos.

CALIX.

1 Calicis nomine intelligunt Hebræi afflictionem & flagellum, imò quicquid nobis obuenit, & à voluntate Dei offertur: ed quod sicut vino status mentis eueritur, ita ut pedes & omnia membra suum negēt officium, sic & afflictiones, quæ bibuntur, id est, inferuntur, ita concitant hominem, ut omnibus viribus destituatur. Vnde impiorum calix est, laquei, ignis, sulphur, spiritus procellarum Psal. 10. Hæc est fex in calice Domini, de qua bibent omnes peccatores: ut est Psal. 74. Sodalitatem & societatem miseriarum quoque significat, Hier. 25. Sume, inquit, calicem vini furoris huius de manu mea. 2 Alias passionem significat, eodem cap. Hierem. Sic & Christus calicem, id est, mortem crucis deprecatur, & calix Christi, est ira Dei, & passio eius in lege & Prophetis præfinita, prædicta, & denunciata, Mich. 1. Iram Domini portabo; quia peccaui ei. Sic & Psalmo. 11. Porrio calicis eorum.

3 Multa in scripturis hæc metaphora qua per calicem, hoc est, ad mensam vini portionem, certa cuiusque fors, siue merces tam optata, quam contra significatur. Huius metaphora vsus est Psalmo. 16. 23. 75. 116. Esaia. 51. Hier. 25. & locis alijs. Ex quibus omnibus euident est, Calicem non esse aliud, quam poenarum iræ diuinæ prædictionem, denunciationemque. Hinc ortum est adagium, Calicem furoris bibere: quæ loquutio prouerbialis apud Hebræos, pro, ultionem diuinam ferre, Esaia. 51. Eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & porasti vsque ad feces. Idem habetur Psal. 74. Est autem unicuique suus calix ebibendus, id est, passio & crux super eum ab æterno constituta, & in scripturis expressa, ferenda.

4 Hinc iam duo Calicis genera nascuntur: alterum impiorum, de qua supra satis superque: alterum piorū, id est, passio definita super eos carnalis & temporanea, atque mortificatio membrorum super terram, ad peccati destructionem vsque, quo hausto, anima magis seruari & renouatur: licet is qui exterior est homo, ista præualida purgatione calicis, de die in diem magis atque magis corrumpatur, donec tandem anima à corpore & omnibus incommodis liberetur. Iste calix bifariam solet epotari. Primum, fide in hac vita, per quam pacem habemus ad Deum iustificari, Deinde in alia vita, ubi erit plena incorruptio, & finis omnis afflictionis.

Calix iste Psalmo. 115. dicitur salutaris: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Salutaris inquam, id est, salutis vel saluationum: quasi diceret: Quicquid mihi Dominus propinauerit,

uerit, accipiam, totum me ipsi permittram, eumque inuocabo. Vocat autem calicem saluationum, quia per crucem itur ad gloriam, & per multas tribulationes oportet nos regnum cœlorum ingredi, Acto. 14. Nec aliquid est, quod non diligentibus Deum in bonum cooperetur. Rom. 8. 5 Deinceps vsitatissimo scripturæ tropo, vas doctrinæ, id est, verba seu eloquentiam indicat Calix, ut quibus sensus in animam, sicut vase in corpus vinum funditur. Hinc poculum aureum in manu meretricis magnæ, plenum abominatione & vino prostitutionis, Apo. 17. Hiere. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus.

6 Calicem is propinat, qui dicendo seu scribendo poenas denunciat. 7 Calix autem furoris, vel indignationis, est humanarum doctrinarum infania, quibus dum inebriamur, nulla est sanitas, donec ad verum medicum Christum veniamus, Esaia. 5. Hinc Hebræis prouerbium natum. 8 Item conuiuium fecium de pinguedinibus medullaris, est conuiuium quod constat oprimis pinguisque; ferculis, & opimo vino vnde homines inebriantur. 9 Vinum compunctionis autem significat iram Domini, & passionem cuiuscumque; plagæ aut calix ire, aut vinum ebrietatis nominatur. Sicut dicit Hieremias ad Hierusalem: Inebriata es calice iræ & furoris Domini, Esaia. 51. Expergiscere, expergiscere, surge Hierusalem, quia potata es de manu Domini, calix æstuationis eius, calice soporis bibendo summā destillationem. Deinde & vasa tabernaculi & templi omnia, vel sermones doctrinarum adumbrant. Et in lege potissimum erat vsus phialarum, ad excipiendum, fundendum, spargendum sanguinem: quia legis doctrinæ peccatum tractat & reuelat, quod plerumque sanguinis vocabulo effertur. 10 Porro Metaphora calicis in scripturis frequentissima est in partem vtramque. In malam, Psal. 11. Spiritus tempestatis pars calicis eorum, id est, decreta ipsius vltio. Muruata verò est à porantium veteri ritu, quo per Modiperatorem, hoc est, conuiuij præsidem sua cuique vini portio, quam hauriret, statuebatur. Sic enim Deus unicuique sua, & quæ exhauriat mala, & quibus firmetur aut fruatur bonis, certa ratione definiuit. Huius Metaphora vsus est in Psal. 68. Bonam partem, Dominus fors partis meæ & calicis mei, id est, ipse portio & ordinata mihi hæreditas est. Sic Psal. 23. Calix meus superabundans, id est, bona quæ mihi Deus tanquam meam sortem contulit, redūdant. Quisq; ergo bibet suam portionē, velit, nolit. Psal. 75. 16. Esa. 5. Hier. 25. & locis alijs. 11 Conuiuium pinguiū defecatorum, ac medullariorū, significat iram & indignationē, scilicet frequenter scriptura calicis: ut supra eadem, indicat Zac. 12. Ecce ponam calicem crapulæ, hoc est, calicē ebrietatis: qui bibunt hunc calicem, infanire incipiunt, & grauari portione seipos perdunt, dum alios offendere volunt: Ita quoque qui bibunt in hoc monte conuiuium pinguium,

conuiuium fecium, medullatorum, id est, qui ecclesiam Dei offendere student ad Israelitas spirituales, sibi ipsi accerferunt interitum. Nam sicut Christus lapis est offensionis, ita & populus Christi petra scandali est, quem qui offendere moluntur, seipso offendunt: & dum deuorare volunt sicut panem, & quasi potando absorbere, perdunt semetipsos.

קַרְנֵי CORNU.

1 Cornu vulgari phrasi scripturae, pro victoria, virtute, gloria, regno, amplitudine, potentia, maiestate capitur. Vel quod quadrupedum animalium potentia & robur cornua sint: illis enim bestiae pugnant & superbiunt. Vel quod reges oleo & cornu sumpto inungebantur. 1. Reg. 16. Imple cornu tuum oleo. Sic Iob ait, Se cornu suum in puluerem deposuisse, hoc est, abiecit regnum, honorem, & omnia quondam magna, cap. 16. Et Psal. 17. Protector meus & cornu salutis meae. Item Psal. 74. Delinquentibus dixi, nolite extollere in altum cornu, nolite extollere cornu vestrum. Psal. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Psal. 148. Illuc producam cornu Dauid. i. potentiam. Et Zacha. 2. Ecce quatuor cornua. i. regna. Et Luc. 1. Et erexit cornu salutis nostrae in domo Dauid pueri sui. Item alibi: Erexit cornu populi sui. Tren. 2. Confregit in ira sua omne cornu Israel, id est, fortitudinem. Item eodem cap. Abscevit in exandescencia omne cornu Israel, hoc est, abstulit omnem virtutem se defendi, pro victoria, Amos 9. Efaia. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. 2. Volunt aliqui cornu, id est, terram promissionis dici, quod terris alijs sit eminentior. Sed & Hebraicum schema Septuaginta bene indicant: Vertentes in loco pingui. Idem est ergo filius olei, quod locus pinguis. Alludit ad prouerbiu, *Αμαλθείας κέρως*, id est, Amaltheae cornu, vel copiae cornu. Nimirum in loco, è quo quasi coram omnem pinguedinem queas depromere. Nota est enim fertilitas terrae promissionis, vnde lacte & melle fluere praedicatur, tamen alicubi montosa pluuia è caelo desideret, de quo alibi plura. 3. Cornu salutis, abijt apud Hebræos in prouerbiu, vsurpaturq; pro salute & insigni victoria. Vt uter etiam Hebraei hac voce קַרְנֵי cornu, pro radio, flamma, aut splendore. Metaphora à bouis cornu ad solis radios ac iubar, & ad flammam tracta. Hinc ~~Mo~~ Moyses ille supra omnes mortales lenis, iucundus, suavis & patiens cornutus nobis est factus: cum scripturae voluerit nobis gratiam, splendorem, & auctoritatem, quae ei colloquio Domini accesserat, ita ut per omnia augustior esse quam prius, commendare. 4. Apud Efa. 5. ponitur pro loco aprico: quemadmodum & in Germanica lingua cornu vocatur Chersonefium in mare aut stagnu procurrent: aut etiam colliculum oblongu in latam planicie, quales loci ferme aprici sunt, et ferenda vitae accedunt datissimi. 5. Hinc cornu pro monte, vel praecipua terra olei ferace accipitur, ut est terra Israel fluens lacte & melle. 6. Cornu & vulgare

gulae capiuntur pro praedicatione verbi, quae fide fit, & spiritu fortitudinis Domini, Miche. 4. 7. Cornu autem ventilare, idem est quod frangere & superare, Psal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo contemnemus insurgentes nobis. Sic 1. Mac. 4. Ventilabant eos cornibus. Quod à cornibus animantium pugnantium deductum videretur, quae iactant ut feriant impetu suo, Ezech. 32. Zac. 1.

COR.

1 Appellatione cordis venit, tam discernendi vis quam agendi industria, quia domicilium est sensuum, & fons cogitationum, ex quo promuntur & bona & mala. Hinc significat consilia, studia, mentem, iudicium, opinionem, adfectum, cogitationem, affirmaciones, &c. Ideo Psal. 7. prius cor dicit quam renes, quod voluptas & quaeritur per opiniones & sequitur, & quisq; his delectatur quae sibi bona iudicauerit, si obtinuerit. Hinc sapientia carnis inimica Deo ab Rom. 8. dicitur, quod quaerat voluptates illi aduersas, his rapiatur, & his adficiatur, quae Deus ipse prohibuit: Sensus ergo est: Scrutans corda & renes Deus, quod omnes cogitaciones, delectaciones, desideria & voluptates Deus solus scrutatur, vnus ipse nouit & examinat ac probat, Quia ipse est spirituum ponderator, Prou. 16. Corde ergo & renibus vetus ille Adam sua quaerit, id est, lucra, gloriam, oblectamenta carnis, & tranquillitatem vitae, hinc odia, inuidia, ira, homicidia, &c. Et alibi precatur Dauid, Vre renes meos & cor meum. Hinc cor & renes pro intimis cogitationibus atq; adfectibus poni non insolens scripturae est, ut Psal. 7. 16. 26. 2. Recti corde sunt, qui semper & vbiq; bene de Deo sentiunt, non curui, nec huc neq; illuc incertis opinionibus instanter vacillantes & nutantes, Psal. 7. & 72. Quia bonus Deus Israel, ijs qui recto sunt corde, id est, qui neq; prosperitate impiorum, neque sua ipsorum infelicitate seducti, male de Deo sentiunt, sed placet eis quicquid & quocumque modo Deus fecerit, sola enim fiducia verbi caelestis contenti, omnia Deo optimo patri luminum relinquunt siue committunt, simplicibusq; oculis in voluntatem Dei intendunt. 3. Rectus autem, teste D. Basilio Magno in Psal. 7. nominatur iustus, & rectus corde est, qui animum retinet vtrinque paratum: ut nec in rebus excedat, neque rursus deficiat, sed in medio virtutis consistit. Cor autem obliquum, nunc per iactantiam, arrogantiamq; elatum, nunc per calamitates & dolores deiectum, huc atq; illuc fluctuat: vnde Ecclesiastes ait: Obliquum cor non dirigitur. Hinc ille. 5. Mundi corde hi dicuntur, qui seruant mundiciam cordis, hoc est, simplicitatem & integritatem, neq; admittunt in animum peruersum consilium aut effectum. Vel ne quid aliud corde volutes, aliud foris praeteferas, sed ex puro simpliciq; corde ad gloriam Dei & salutem proximorum instruas omnia, nusquam tua quaerens. Huiusmodi certe Deum videbit, vti sunt de germanis Dei cultoribus, qui ascendunt in montem Domi-

Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundus corde, qui non in vanum attollit animam suam &c. accipiet benedictionem à Domino. 6 Cor ergo rectum, est quod non querit sua, nec aliud in agendo aut patiendo spectat, quam Dei gloriam, & proximi commodum. 7 Corde contriti, sunt hi qui peccatorum dolore oppressi, atque inde grauius afflicti, animoque faucij & conternati, Psalm. 34. Prope est Dominis contractis corde, contritos spiritu feruabit. Et Psalm. Si sacrificia Dei spiritus contractus, cor contractum & directum, ò Deus non auerfaris. 8 Porrò verbum *Dirigere* in scriptura celeberrimum est, in quo commendatur restitudo seu directio cordis, Canticorum, 1. Recti & iusti diligunt te. Aded vt etiam absolute quandoque ponatur directio pro iustitia. Sic Psalm. 118. Tu parasti directiones, i. tu solus fecisti restituciones quicquid vsq; recti cordis est: tui muneris est. 9 Est vero, vt ex dictis euidentis est, hæc Restitudo iustitia ex obedientia legis per charitatem cõparata, cui contraria est prauitas cordis, nimis mens cordis, superborum consilium, sapientia carnis, & id genus similia. 10 Cor rectum habere, est rectam habere conscientiam coram Deo, ob idq; de eius misericordia et beneuolentia sperare. Non habet cor rectum qui non dirigit oculos in misericordiam & iudicium Dei. 11 Cor carneum, in bonam partem nonnunquam capitur: videlicet pro obtemperati, docili, sequaci, Hier. 31. 2. Cori. 2. opponitur enim pulchra Antitresi Cordi lapideo, pro perauacaci & contumaci, eodem capite. 12 Habemus & Cor lapideum, hoc est, impium ad verbum Dei non commouibile, quod correptionem non admittit, sicut lapis Adamas non cedit percutienti. Et hoc designant lapideæ tabulæ Moysi, vt supra auditum est. 13 Denique corde insatiabili esse, est donis Dei præsentibus minus contentum, curare tantum vt multa habeamus, per phas & nephas, non quidem cum Deo, id est, honesto labore. Qui eiusmodi est, proximum in negotio circumuenit, nulli subuenit, pecunias & res non ex fide, sed contra conscientia vermem sine modo accipiens, id quod Salomon Prouerb. 21. latum cor vocat, ed quod istorum oculi insatiabiles sunt, nihil est eis satis, adeo fitis auaritia: nunquam explebitur. 14 Cordis præputiũ, durities est ac cecitas, qua cor impeditur ne verum perspiciat, vt enim apud nos per baptismum demonstratur, ac fit animi potius quam corporis expiatio: sic Heb. 1. circumcisio docebat refecandam esse cordis duritiem ac cecitatem. 15 Hinc cor præputiatum, quod obesum, crassum, affectibus terrenis oppressum. Et carne præputiata is est, qui prauæ voluntati obsecundat, malumque animo destinatum opere perficit. 16 Cor vnum dicitur, quod non claudicat in vtramque partem, Ezech. 11. Et dabo eis cor vnum. 17 Cor nouum autem, quod verbo Domini obedit ad optima, Deoque grata perpendit, vetustatem de-

posuit.

posuit, & nouitatem vitæ meditatur, quod aliter sentit & secus afficitur quam antea. 18 Cor aliquando pro anima accipit scriptura, vt ibi: Omni custodia serua cor tuum. 19 Nonnunquam pro affectu & voluntate, atque animo ipso: vt Acto. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, id est, ipsum omnes volebant, quemadmodum a timorum est idem velle atque nolle: vt Lelius Ciceronis attestatur. 20 Cor pro medio nonnunquam capitur, Exo. 19. In cor tuum. Aue si maui, in medium tuum: sic cor maris, idem est quod medium maris, more Hebraico. Psalm. 45. Et montes transferentur in corda marium. Et Psalm. 46. pro medio dixit. Ed enim quod terra mari ambitur, dicuntur montes mari siti. Sic cor maris Ionæ cap. 2. legis, vbi ipse in ventre ceti latitans, ait: De ventre inferi clamaui, & proiecisti me in profundum, in cor maris. Sic appellamus medium maris, cor maris: quemadmodum dicimus cor hominis, medium in homine esse. Item rex in medio cor populi. 21 Cor maris Iudæa est nimirum in medio mundi sita, vt: Vidi virum ascendentem de corde maris. O Tyre quæ sita es in corde maris. Hinc medium omnis terre Hierusalem, Hebraei intelligunt, Septuaginta, & Paulus Corinth. 11. dicit omnis terra. 22 Atqui cor in ore habere, & econtra, ita discernuntur, Alterum stultorum est, qui imprudenter & impremeditato blaterant. Alterum autem sapientum, qui prudenter & ad rem loquuntur: iuxta illud Eccle. 21. in ore fatuorum cor illorum, Et in corde sapientium os illorum. Pulchra sanè & egregia sententiæ conuersio. 23 Corde & corde, & duplici corde loqui, idem est, quod alibi scriptura duplices animo dicit. Sunt hi qui aliud loquuntur, aliud sentiunt, aut ea affirmant, quæ non credunt, & de his dubitant Psalm. Labia dolosa in corde, & in corde loquuta sunt mala. 24 Ad cor redire, dicunt Hebraei quomodo Latini, Ad bonam mentem, aut sibi restitui, Esa. 46. Considerate istud, & animum resumite, redite ad cor ò præuaricatores. 25 Cor ponere super viam, est alacriter aggredi opus iniunctum, Hagg. 1. Sic dixit Dominus exercituum. Ponite cor vestrum super vias vestras, hoc est, aggredimini opera. 26 Cor errare, dolorem significat, & tantum, vt cor de suo loco amoueat, hinc inde vagans destitaturque omni solatio, vt membra omnia contremiscant, Esaias vsus est. 27 Corde carere, qui intellectu & prudentia destituti sunt, & præcipites sequuntur desideria carnis, Esai. 48. 18 Cor furari, idem est quod celare, abscondere consilium, atq; agere alio nesciente. Sic Iacob Gene. 31. Clam inscio socero, videlicet Laban, volebat agere profectioem, & clam institueret iter. Cor meum, inquit furatus es, pro Onkelos, abscondisti à me, & celasti à me. 29 Ad cor vel in cor ponere, Hebraismus est, pro mente tractare, reputare, perpendere. Sic ait Esa. 47. Non posuisti super cor tuum, neq; recordatus es nouissimi tui. Vfus est et schemate,

Exodi

Exodi. 7. Et induratum est cor Pharaonis: nec audiuit Moſen & Aaron, ſicut præceperat Dominus: Avertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec apoſuit cor ſuum etiam hac vice q. d. Nec eum movebat etiam tantum periculum, Pharaonem, qui verbum & flagellum Dei non curabat, negligebat. Sic in libris Regum Abſcholon non poſuit rem in corde ſuo, quo, ſcilicet Ammon, ſororem ſuam vitiauerat. Similiter 1. Regum 25. dicebat Abigail vxor Nabal ebrija ad Dauidem: Ne ponat oro Dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum: quia ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtulticia eſt cum eo.

30 Mortuus à corde, Pſalm. 30. Dauid vititur hoc Hebraiſmo. Oblivioni fuit tanquam mortuus à corde, id eſt, ſicut qui mortuus eſt, oblivioni datur, & perit à corde & memoria hominum.

31 Ad vel ſuper cor loqui, idem eſt quod blanda, bona, dulcia loqui, & adſiſtum animum conſolari, quemadmodum Genefis. 34. Sichem loquutus eſt ad cor Dinæ, quam violauerat, id eſt, triſtem dilinuit blandicijs, hoc eſt, verbis eam demulcebat. Et Eſai. 49. Conſolamini conſolamini popule meus &c. Loquimini ad cor Hieruſalem, & prædicare illi, id eſt, date operam, vt œrorem ex cordibus hominum eximatis, blande docentes illos, non imperioſe, non frigide, ſed frequenter, vt ad intimum cordis verba penetrent. Et Oſeæ. 2. Et loquar ſuper cor eius. Sic & Genefis 49. Conſolatus eſt Ioseph fratres ſuos, & loquutus eſt eis in cor eorum: perſuaſit, ſecuros fecit, ne metuerent. Tam fideliter, tam amanter loquutus eſt eis, vt reſicerentur & erigerentur corda eorum.

32 Cor denique dilatari, idem eſt quod latari, animo gaudere, conſolationem capere, vt: Cor & os dilatatur huic. Latus de tropo, lege Eſaiam ſexageſimo capi. 2. Corinth. ſexto capi. Pſalmo trigefimo quarto, & hoc fit, dum ablato malo ruſum bona, & iucunda conferuntur. Nam & in fronte & vultu toto videmus, quam contrahantur triſtibus, & dilatentur rebus iucundis. Ideo de impijs Pſal. 17. dicitur. Et contrahentur in anguſtijs ſuis. Vnde & Apoſtolus Rom. 12. duo illa componit. Tribulationem & anguſtiam malum ſcilicet, & fugam mali, ſic tamen vt fugi non poſſit.

33 Nonnunquam idem eſt Dilatari quod cordis tumor, ſuperbia, audacia, arrogancia, contumacia, quæ omnia ex nimio rerum felici ſucceſſu oriri ſolent. Moyſes ait: Ne dilateretur cor tuum.

34 E contra Anguſtari ſignificat triſtari, adſigi, vt omnes ſenſus hominis contrahantur, quod ab geſtibus adſictorum hominum accipiunt. De hoc Schemate lege Sapient. 5. 1. Corint. 6. & Pſal. 4. Dilataſti me, id eſt, gaudio conſolationis tui ſpiritus me affecisti, & cõſolationem mihi fecisti. Sic triſticiam & afflictionem anguſtiam vocamus.

35 Compungi cor, eſt mortificare iram, quam in corde qui concepit iratus impingitur, quum redit ad cor, ſibi que diſplicet, quod commotus ſit, atque ita ad ſilentium prædictum, per compunctionis vim

proxi-

proxime accedit, itaque dum loquitur cum Chriſto in corde ſuo, videt (præſertim in cubili ſuo, & ſeorſum poſitus) quàm ſtulta fuerit commotio & impatientia iræ ſuæ, quam ſi fuiſſet ſequutus cecidiſſet, atq; hac ſui compunctione mutatus, abſtineret à tumultu, ad quem motus fuerat, etiam tacet, vindictæ flamma non parum ſedata, De quo Pſalm. 4.

CONGREGARI.

1 Congregari ad populum ſuum, Hebræis mori. Quæ phraſis frequentiſſima in diuinis libris eſt. Aggregari. n. ad populum ſuum dicunt, pro eo quod eſt, ad totam ſtirpem, ſuosque maiores proficiſci, & ad eos coadunari, & cum eis connumerari, & inter deſunctos conſeri, Nume. 20. Pergat Aaron ad populos ſuos. Et Septuaginta nihil permutarunt *προςεδητω Ααρων προς τον λαον αυτου*, id eſt, Adiungatur Aaron ad populum ſuum. **2** Aliàs Congregare eſt auferre rem à ſe collectam, Hier. 16. Item congregationes, ſcæminas, matres, ſorores & filias vocat ſcriptura.

CONTRITIO.

1 Etiam in ſcripturis ſacris ſignificat dolorem, ex cognitione peccati & omnipotentæ Dei offenſi ex fide, ſpe & charitate procedentem, vnde ſcriptura ſacra talem contritionem affirmat eſſe dolorem peccata merito paſſionis Chriſti comminuentem. Dominus per Oſeã. 14. ait, Sanabo contritiones eorum, & Dauid Pſalm. 59. dixit, Sana contritiones eius, quia commota eſt. Et Pſalm. 146. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Corda hoc dolore contrita Dauid Pſalm. 50. dixit, Dominus ſe non deſpecturum. **2** Compunctio idem ſignificat in ſcriptura, quod contritio. **3** Contritionis nomine magnum malum etiam prædicatur, Iere. 14. Quia contritione magna contrita eſt. Idem capi. 14. Duplici contritione conteram eos, id eſt, duplici malo eos perdam.

CLERVS.

1 Clerum D. Petrus. 1. Petri 5. intelligit ſanctum & delectum Dei populum, qui adeo veluti ſorte obuenit alluſione facta ad diuiſionem terræ ſanctæ. Petrus clericos non vocat diaconos aut preſbyteros, ſed gregem qui cuique ſorte contigit gubernandus. **2** Inter medios clericos dormire, eſt omnem curam reiſcere in Deum, prudentiam in rebus terrenis relinquere hominibus huius ſeculi: hi vero dormiunt inter medios clericos. Cleros enim fors eſt Græcis, & ſignificatur hoc verbo poſſeſſio, vel quicquid fortuna attulerit.

CONTRA.

1 Solent Hebræi his aduerbijs Contra & Super vt plurimum adiungere faciem, dicentes: Contra faciem deſerti, contra faciem firmamenti, & ſuper faciem terre, Genefis primo capi. Super faciem abyſſi, ſuper firmamentum: nam neque aliud Hebraice ſignificat,

CHA-

DIVINAE SCRIPTURAE
CHARITAS.

1 Charitatis vocabulum, quod Septuaginta *ἀγάπη* solent vertere, accipitur à Ioanne 2. cap. 1. pro religione, & coniunctione. Sicque ponitur pro ipso Deo diligente, sicut Hercules robur & Cæsaris, pro ipso Hercule & Cæsare usurpamus. 2 Est quaedam virtus supernaturalis diuinitus creata, & humanis cordibus per spiritum sanctum in Sacramentis diffusa, qua animus accenditur, atque ordinatur ad diligendum Deum & proximum, & ad seruanda mandata secundum speciem, modum & ordinem, Paul. 5. ad Rom. 2. Docet etiam scriptura sacra hanc charitatem primariam esse virtutem inter Theologales, quæ fidei potentiam, efficaciam & vitam ad operandum præstat, ad Gala. 5. quæ etiam est plane diuersa ab alijs duabus virtutibus, fide scilicet & spe, Paul. 1. Corinth. 13. Et Origines lib. 4. in c. 4. epist. ad Ro. Augustinus frequenter hanc charitatem accipit pro ipsa iustitia Christiana, libr. de nat. & grat. capit. 42. & 78. dixit inchoata charitas, inchoata iustitia est, magna charitas, magna iustitia est, perfecta iustitia est. 3 Scriptura & vocat Deum charitatem 1. Ioan. 4. 4 Paulus ad Gal. 5. Charitati & non fidei virtutem iustificandam tribuit. Charitas verò, Deus ipse est. 1. Ioan. 4.

CHARITATIS OFFICIA.

1 Charitas operit multitudinem peccatorum, 1. Pet. 4. 2 Perfecta, foras mittit timorem, 1. Ioan. 4. 3 Charitas nos iustificat, ad Gal. 5. 4 Per charitatem raducamur & fundamur in Christo. ad Eph. 3. 5 Charitas facit vt ita feruemus mādatis, vt mereamur per ipsorum obseruationē ex Dei acceptatione vitam æternam. Hæretici nostri temporis cum magna iniuria atque temeritate totius sacre scripturæ, hæc omnia negant impudenter, vel peruertunt malignissimè.

IN CIRCVITV.

1 In circuitu idem significat quod propè & in foribus, vt Psal. 11. In circuitu impij ambulat. i. ante oculos. Et Psal. 30. Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Sic Psalmo 3. Angelus Domini in circuitu timentium Dominum, cum multis alijs locis.

COLVMBA.

1 Per columbam significari candorem Christianum & vitæ innocentiam, aperte docuit Christus in Matt. cap. 10. Psal. igitur. 54. Propheta opat pennas columbæ. Et Psalmo 67. describuntur columbæ argento cœlestis verbi obductæ. Animas sanctas columbas appellat, pennis argento obductas micantes.

CREMIVM.

1 Propheta regius volens miserrimam impiorum conditionem ex rebz corporalibus in Psal. 101. ostendere, inter cætera hominē quendam tabe prorsus consumptum, & succo omni destitutum inducit. Ossâ inquit, mea sicut cremium aruerunt, id est, quum ossâ intus medulla,

PHRASES.

32

dulla, & foris carnis humoribus deberent esse succulenta, vtroque decedente, ligno arido ad cremandum apto, similia euaserunt.

CORVORVM PVLII.

1 In Psalmo 146. exemplum cum primis efficac affert Propheta, quo doceamur Deo ex toto pectore fidere, nempe Coruorum pullos, qui implumes à solo Deo quem inuocant, educantur. Nam pennis nigricantibus, tum primum agnoscuntur à matre. Sic in Matth. capi. 6. docet Seruator, vt increduli volucres cœli contueantur, & lilia agri: quæ utiq; homine sunt longe inferiora, & tamen à Deo communi parente vtrisque commode de his, quæ in rem sunt illorum, prouidetur.

CVSTODIA NOCTIS.

1 Custodiam noctis siue excubias, breuissimo momento contineri perspicuum est, veteribus in quatuor partes noctem olim diuidentibus, conticinium, intempestam noctē, gallicinium, & antelucanum, vel marutinum. Itaque spiritus sanctus volens breuissimum humanæ vitæ spatium indicare, excubijs eam metitur Psalmo. 89. his verbis: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterijt. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. Et in Psalmo. 129. quum Israël totos dies iuberet in Deum sperare: A custodia matutina, ait, vsque ad noctem, speret Israël in Dominum.

CVRVATVS.

1 Solent anxij & queruli, fortunam suam accusantes, lento quodam incessu terram contueri. Hinc Psalmo 37. in quo miseria peccatoris describitur, inducitur qui dicit: Miser factus sum, & incuruatus in finem, tota die contritatus ingrediebar.

CALCANEVS.

1 Calcaneus, dolum & insidias, atque adeo semper malum significat: sumpta metaphora à pugilibus, qui pedes suos colluctantium pedibus subiiciunt, quo illos præcipitent, id quod Latine dicitur supplantare, Græce *πταγγίζω*, quanquam idem quoque verbum calcere ferire significat. Vnde in proclui est scripturas promiscue de calcaneo loquentes intelligere. In Genesi tertio capite. Tu insidiaberis calcaneo eius, perinde est ac si diceret: Tu curabis vt illum deicias & vincas. Et Ioann. 13. Psalmo. 40. 48. Sic Psalmo. 55. Ipsi calcaneum meum obseruabunt, significat, Insidias mihi tendent, & conabuntur me superare, ac prorsus deicere. Et alibi audiemus in verbo Leuare calcaneum.

CEDAR.

1 Cedar filius Ismaël, impios significat, quorum omne consilium extendit, vt opprimant & extinguant credentes. Semper enim qui secundū carnē natus est, eum persequitur qui est ex spiritu. Sic Cain inuidia extimulatur erga Abel, Esau cōtra Iacob, Propheta igitur Psal. 119. fastidire se ait illud persequentorum contubernium, quo carere

E non

DIVINAE SCRIPTURAE

non possit, nisi totum hunc mundum velit deserere, nec æquo itera animo ferre. Habitavi, inquit, cum habitantibus Cedar, mulrum incola fuit anima mea. Consolatus est autem Dominus credentes in Esaiæ capit. 21. post Babylonis, id est, totius impietatis ruinam, Cedar itidem comminatur exitium: Auferetur, inquit, omnis gloria Cedar, & reliquæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar minuentur.

CERA LIQVESCENS.

1 In Psalmo vigesimo primo, Dominus in cruce pendens, Factum est, ait, cor meum tanquam cera liquefscens in medio ventris mei. Atque huiusmodi verbis destitutum se testatur vitali virtute: diffluxit enim cor in quo residet vita, ad modum ceræ dum igni admouetur. Neque ab hac sententia abhorrent literæ Euangelicæ, Ioanne perhibente, Iarus Dominico ferro fuisse transfixum.

CICATRIX.

1 In Psalmo. 37. memorantur Cicatrices siue liuores, ob neglectum & incuriam languentis, maximo illius malo, oluisse simul & computruisse: quo docemur morbos animi haud quaquam contemnere, sed medico illi qui sanat contritos corde, mox agnitos prodere, ac openi exposcere. Vereor aut ne multo plurima pars mortalium in reprobum dari sensum, non intelligant se esse peccatores, & serius tandem vt Phryges olim sapere incipient, quando omnia vulnera iam foetent & computruerunt. Accipit autem scriptura pro peccato concupiscentiæ & infidelitatis, quæ quum putamus abesse, & omnia sanata esse, suo tempore se produunt, & quàm maxime foetens & putrens: hoc licet ex loco adducto cernere.

CYMBALVM.

1 Propheta David, quum in Psalmo. 150. nihil vacare voluisset à laudando Deum, inter organa musica cymbalorum etiam meminit, quæ sint arguta: & cymbalorum iubilationis, per quæ non inepte plebique charitatem in fratrem intelligunt. Et videtur huic sententiæ subscribere Paulus 1. Corinth. 13. ferè indicans, vt à charitate alienus, æsonans fiat, aut cymbalum tinniens, id est, inconcinnum, & quo laudari non expectat Deus.

CALIGO.

1 Diuina mysteria nulli esse penetrabilia, ac prorsus excedere caputem humanum, Paulus ad Romanos capite vndecimo clare edocuit, & concinit eleganter Propheta regius, dum caligine vndique seprum esse Dominum prædicat: eaque tanta, vt nihil in illo peruestigando aut cognoscendo valeat humanorum oculorū acies. Sic enim in Psalmo septimo, vbi maiestatem Dei omnibus formidabilem describit. Caligo, inquit, est sub pedibus eius. Et Psalmo. 96.

COMMVNIO.

1 Dicitur Ecclesia siue societas Sanctorum, hoc est, baptizatorum, quæ

PHRASES.

quia omnes sancti, id est, omnes baptizati in hac societate sibi inuicem sunt vniti per eundem spiritum fidei & charitatis, vel per spiritum fidei in vinculo pacis. De hac communionem dixit Ioan. 3. Si in luce ambulamus sicut & ipse in luce est, societatem habemus ad inuicem, & sanguis filij eius emundat nos ab omni peccato.

2 Dicitur hæc communio sanctorum: vt vnusquisque intelligat, sualiorum christianorum, sanctis ac pijs officijs etsi longo terrarum spatio distent, adiuuari ac participem esse. Quod David diuino afflatus spiritu intelligens lætabundus dixit, Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Idem intellexit Paulus quando ad Philip. 1. dixit: Habeo vos in corde & in vinculis meis, & in confirmatione & defensione Euangelij socios gaudij mei omnes vos esse. Et 2. Corinth. 8. & Ioan. 1. vide August. lib. 1. contra Maximinum capi. 9. & in tractatu super Ioan. 32. Sed multo elegantius epistola 25. vbi de oblatione infantium agit. Et lib. 3. contra Donatistas, capite decimo octauo.

CIBI.

1 Cibi nomine & panis, vita, & diuinis & humanis literis consonum est, quum commeatus siue annona pro victu capiatur, & victus à vita dictus. Item Cibi nomine & potus continetur, vt infra in Tropo Panis audiemus. Sic Ioannes pro salute capit, Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris.

COMMVNE.

1 Iudei quod sanctum purumque non est, id Commune vocant, quod Latini prophanum, impurum, aut pollutum, Acto. 10. Tu commune hæ dixeris: Non enim omnibus indifferenter vescebantur Iudæi: quibus autem vescebantur, vt sanctis vescebantur: ergo commune κατὰ μίτραλέψιν prophanum immundumque; dixere.

CAPVT.

1 **UN** omne initium inchoationemque significat, siue temporis, siue loci, siue operis, aliarumque rerum principia; Gene. 1. temporis inchoationem signat, patet id ex aditione Chaldaica, quæ loco rescitæ habet cadmin. Quæ vox Chaldæis, temporis exordium sonat, ideoque Hebræi maiores veteresque suos appellant Cadmonin: quanquam eadem vox inueniatur pro mudi anteriore parte posita, id est, solis ortu.

2 Caput apud Latinos quoque scriptores summam principiumque rei significat, & negotium arduum ac cum tanto periculo coniunctum, vt vita non sit in ruto. Exempla sunt passim obuia. Dicam per capita. Adactus sum in capitis discrimine. Damnatus est capitis. Sic Psal. 39. In capite libri scriptum est de me, id est, in summa siue argumento. Psalmo. 17. Constituit me in caput gentium, id est, principem. Sic & Bibliorum capita, argumenta & scopi sunt, Psal. Caput circumuisionis eorum, labor laborum ipsorum operiet eos, id est, epitome omnium

belli, &c. Et in Psalm. 7. Conuertatur labor eius in caput illius, id est, in suam ipsius perniciem cedat quicquid auersi moliebat.

3 Et Gene. 4. 7. pro rei summitate capitur: Adorauit super lectuli caput. 4 Item pro mente aliquoties vsurpatur in diuina scriptura, pro eo quod mens principatum tenet in homine. Vnde & Dauid Deo dicebat: Tu contriuisi capita Draconum subter aquas. Hæc Ifychius in Leui. libro, capite quinto. 5 Caput capitur etiam pro potentia & tyrannide, Nam diabolus est princeps huius mundi, sub cuius tyrannide & potestate omnes tenebamur captiui, donec illud benedictum semen ex muliere nasceretur Christus, Ge. 3. Ipse conteret caput serpentis, regnum peccati, ac mortis Dominum, vt ex Romanis constat. 6 Ponitur etiam caput pro homine, vt Gene. 40. & vt etiam apud Terent. O lepidum caput, id est, lepidum hominem, pro persona, sicut Græcis κεφαλή. 7 Item, Caput censum & numerum denotat, Numeri 1. מִן רִאשֵׁי שָׂרָי, hoc est, Tollite caput, vel summam, vt omnium scilicet ciuium capita censerentur.

8 Item, Caput aliquando pro sene autoritate prædito accipi solet, vnde etiam pro Regibus & Principibus & primoribus in populo non infrequenter inuenimus, vt Esaia septimo.

9 Item, Capita dicuntur etiam primores, & quasi antesignani in Ecclesia Christi, quales sunt Apostoli & doctores Euangelici.

10 Caput autem leuare seu exaltare, iuxta vsitatum Tropum scriptura, est ipsum hominem totum exaltare, in gloriam ac regnum collocare. Sic 4. Regum vltimo. Subleuauit rex Babylonis caput Ioachin regis Iuda de carcere, & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Eodem more Psalm. tertio dicitur: Exaltans caput meum. Item Psalm. 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, id est, super omnes rex constituetur, Psalm. 1. Exaltatur etiam caput per fidem. Nam caput viri est Christus, in quo si spem habuerimus, exhilarabimur, Esa. 51. Et lætitia seculi super caput eorum. 11 Caput quoque leuare aliquando idem est quod reminisci & recordari, recensere aut mentionem facere, Gen. 40. Ad intellectum Septuaginta interpretum: Post tres dies leuabit vel accipiet Pharaon caput tuum. Quod et sic intelligi potest, pro, restituet in regnum, inque priorem statum. Habent enim & Hebræi Forensia sua, quemadmodum & Iureconsultis triplex capitis diminutio est. Infima, qua aliquis defungitur magistratu. Media, qua repellitur ac deijcitur, citra tamen ciuitatis amissionem: Summa, quum & statum & ciuitatem amittit.

12 Pro recordari autem positum est Geneleos capite eodem ad Hebraicam veritatem in hæc verba. Fecit Pharaon conuiuia seruis suis, & leuauit caput pocillatoris, & caput principis pistorum in medio seruorum suorum. Quod Latinus reddidit: Recordatus est inter epulas magistri pincernerum & pistorum principis, Recordari

dari enim, hic pro mentionem facere vsurpatur.

13 Porro, in Caput, in verticem verti, conuerti, cadere seu descendere, Tropus scripturæ familiaris est. Psalm. septimo. Conuertetur dolor eius, in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet, Eccle. 27. Qui in altum mitit lapidem, super caput eius cadet. Eodem Tropo & 2. Regum primo capi. Sanguis tuus fit super caput tuum. Omniaque ferè, cum mala, tum bona imprecari solent in caput, Deuteronomij trigessimotertio capite: Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph. Quod caput scilicet fit primum, & dignius membrum totius corporis.

14 Caput & caudam ignorare, est prouerbialis sermo pro destitutum esse consilio quomodo ordiaris aliquid, quomodoq; finias, Esa. 19. quum alibi Esaia 9. 15 Caput, pro sapientia præstante, Cauda verò pro adulate, aut postremo Propheta capitur ab Esaia.

16 Item Caput & Cauda, siue iuncus & ramus, ponuntur prouerbialiter apud Esaia capi. 9. quod nimirum huius ætatis fuit prouerbium, Septuaginta μέγαν καὶ μικρόν verterunt, id est, magnum & humilem siue paruum. Fortasse à vitium statum inibus, & iuncis, & culmis, quibus vites ad eas maritantur, tractum esse prouerbium, Esa. 9. Ramus & iuncus de vua, vel caput & caudam disperdet Israël. Per caput nobiles & potentes intelligit, per caudam verò viles & vulgares sic per iuncum viles, sicut algam: per ramum, validos & firmos.

17 Simili forma dicit Esa. 1. Languere omne caput & mœrere omne cor, Tropice dicit, quod et prophetæ & magistratus pessime haberet. Sunt enim caput & cor sensus & mentis arces, &c. Metaphora tracta à corpore ægrotante. 18 Item, à planta pedis vsque ad verticem in toto corpore vestro, &c. Quæ identidem in hac sententia sunt. Nam Propheta vult ostendere per omnem populum, neq; in patribus neq; in plebe quicquam esse saluum, &c. 19 Caudæ dicuntur falsi prophetæ ob caninam adulantiam, dum propter munuscula beneplacencia principibus & plebi loquuntur: qui & alibi dicuntur caues muti, vt infra audiemus, non valentes latrare. Dicuntur etiam caudæ propter vilitatem, eò quod parasiti illi plerunq; è vilissimis hominum fece sunt, Esaia 8. cap. 20 Capita & labia mouere, consolantium & amicorum est, per malignam autem imitationem, & ludibrium & contemptum, etiam insultantium ac irridentium, Job 16. Et mouerem super vos caput meum, Roborarem ore meo, & consolatio labiorum meorum retraheret. Annuus enim, & animi assensum capitis nutatione testatur. Hac sanè causa Iudæi capita mouebant crucifixo saluatore: de quo Psalm. 22. Et Psalm. 47. dicit per Prophetam Dominus: Posuisti me commotionem capitis in populis, id est, passus es mihi capitis motione illudi. Iactatum quoque sub Antiocho de Iudæis extremæ calamitatis prouerbium, vel certe parabolam, vt

DIVINÆ SCRIPTURÆ

eorum sortem pro summe misera & calamitosa homines vsurpant, Psalmo. 4.4. indicat, ubi David morionis capitis meminit, cuius videtur in hoc meminisse, vt ostenderet omnes tanta populi dei calamitate fuisse singulariter delectatos. 2. Capitis autem corona vsurpatur pro diuitiarum splendore & magnificentia, Iob 19. capite. Gloriam capitis mei.

CANTARE.

1. Vsitatissimum verbum & familiare Davidi in suis Psalmis, idem est quod gratias agere, & prædicare veritatem & gloriam Dei. Psal. 23. Vt cænt tibi gloria mea, & non cõpungar, id est, gratias agat, & prædicet veritatem tuam, &c. 2. Canticum, apud prophetas parabolam intelligimus, Esa. 26. In die illa cantabitur canticum istud in terra Iudæ. Et Psalmo. 68. Olim enim res maxime carminibus complectebantur, vt perpetua illarum seruetur memoria. Hinc pronerbiū Euan gelicum apud Matth: Cantauimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Apparet autem veteres varijs harmoniarū modis vsos, quos appellant Phrygium, Doricum, Lydium, varios mouebant affectus, Tybijs alacritatē incitabant, & legimus ἀδμήτου μέλος, pro lugubri cantatione. Sensus est: Diuersis rationibus tentauimus vos excitare, nec villo pacto potuistis commoueri.

CAPILLI.

1. Capilli capitis, Copia alicuius rei immodica, capilli verbo denotatur, vt in Psalmo. 39. & 68. Impios, ait Propheta, super capillos capitis multiplicatos, id est, incredibili multitudine auctos. 2. Est quando cogitationes denotant, autore Isychio, in Leui. libro sexto, cap. 19. propter quod dixit Dominus: Capilli enim vestri capitis omnes numerati sunt.

CLAMARE.

1. Ad Deum clamare, est totis animi desiderijs precari. 2. Respondere autem & adesse, est audire. Vnde clamor in Psalmis desideria & vora cordium afflictorū sunt, quæ ad Deum clamant, eaq; exaudiuntur, sicut alibi dicitur: Desiderium pauperū exaudiuit Dominus. Psal. 5. Intellige clamorem meum: Pauperum, id est, afflictorum, qui necessitatem suam et tentationem sentiunt. Qui sic desiderant, non cessant desiderare, donec exaudiuntur. Hoc est quod Christus dicit: Oportet semper orare, & non deficere. Et Paulus dicit sappe, se sine intermissione orare pro alijs: fides quippe nunquam desinit orare. De nominibus autem orationis consule Paulum ad Philipenses. 4. & 1. Timoth. 2. 3. Porro. Clamor aliquoties pro rumore & fama, & iniquitate impudenti capitur. Genesis decimo septimo: Clamor Sodomorum & Gomorraeorum multiplicatus est. Non intelligendum est Sodomitas ac Gomorraeos ad Dominum clamasse, sed rumorem ac famam peccati Sodomitici ad aures Dei peruenisse. Sic eiusdem 19. Quoniam

PHRASES.

Quoniam increpuit clamor eorum coram Domino: ac si diceret: Ipsa scelera & peccata quodammodo clamant, sicut sanguis Abelis clamabat. 4. Capiunt ergo Hebræi magnitudinem clamoris, pro magnitudine ipsius sceleris. Dum enim scelera ac flagitia auferunt, auferit simul & rumor & infamia. Dicuntur hæc ἀὐθροσσοῦσθε, quasi fama hæc ad auditum Dei sit delata, qui omnia nouit antequam fiunt. 5. Item pro oratione secreta, Exod. 4. Quid clamas ad me, quum tamen externæ vocis nihil emisisset. 6. Neque id rarum, ardentiores affectus dei clamores in scripturis vocari, Sic apud Esaias de vinea mala. Expectaui, inquit, vt faceret iudicium: fecit autem iniquitatem, & nõ iustitiam, sed clamorem; hoc est, impudentem iniquitatem. Et plerisque alijs locis pro manifestis peccatis, quæ sunt sine tempore & verecundia.

COMPITA.

1. Compita Hebræi interim capita, interim exitus viarum vocant. Latinis à competendo, hoc est, conueniando dicta esse videntur. Hier. Thren. 2. In compitis omnium platearum.

CIRCUNCISIO.

Præputium.

1. More Pauli, Gentes præputium nuncupat, Iudæos per Circuncisionem, eo quod circuncisi essent: hocq; discrimine à reliquis populis segregati discernentur. Morem hunc per signa res denominandi, & aliæ linguæ habent formam. Ita equites calcarium & stapedum nomina subinde significat. Ad eundem modum & Paulus Rom. 15. Iudæos à signo circuncisionem vocat, vt Gentes præputium, Galat. 2. Videbant commissum mihi Euangelion erga circuncisionem, id est, ad Iudæos. Sic ad Eph. 2. Scitote Gentes quod præputium vocabamini à circuncisione. Sic Rom. 15. Dico IESVM CHRIS TVM ministrum fuisse circuncisionis Iudæorum, hoc est, factum esse doctorem, Apostolum, prædicatorem missum à Deo peculiariter, ad gentem Iudæorum. Ministrum Christum appellat Paulus more suo, quo omnes Apostolos solet vocare, 1. Corinthiorum. 5. Quid est Paulus? & cæ. quid est Apollo? Ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit, & cætera.

CANES.

1. Canis officium est in ædibus Domini excubias agere, nec sinere furibus patere domum, aut latronibus. Iraque Deus paterfamilias nofter exprobat præconibus sui verbi somnolentiam, quod incuria quadam passi sunt impios irruere qua non decebat, Esaiæ. 56. Ideo meritis Canes in scripturis sacris appellantur, qui veritatē minus syncere docent & profitentur. De his canibus Psal. 21. Philip. 3. Lucæ. 20. Ro. 15. In quibus locis canes insaturabiles, auari, guttur & sepulchrū patens, deuoratores domorum, viduarum, animalia veris, & quorūm Deus

venter, Pseudoapostoli, & falsi prophetae dicuntur. Canis namque symbolum obrectatorum & calumniatorum.

2 Canum in scripturis magna vilitas est, ut hoc vilissimum animal etiam proverbijs seruiat, sicut Abner: Sum ne ego ergo caput canis? Nam nihil vilius potuit allegari. Et Deuteronomij. 25. capite: Non offeres mercedem meretricis, nec precium canis. 3 Est item canis animal immundum coram Deo, eod quod seipsum sanguine oblectet, Esa. 66. Qui mactat pecus quasi qui excerebret canem. 4 Item, canem pro extremo homine vel pecore accipiunt, Exodi. 11. Apud omnes autem filios Israel, non mutiet canis ab homine usque ad pecus.

5 Nonnunquam Iudaeorum calamitatem & esuriam spiritus nimiam significat Psalmo decimotertio: Famem patientur ut canes. 6 Ad hoc, Ipsorum in Christum tyrannidem fortissimamque crudelitatem, Psalm. 20. Circundederunt me canes multi.

7 Ipsorum quoque haereticorum schismata, ut in Paulo ad Philippen. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. 8 Praeterea in bonam partem, pro syncerioribus oraculi diuini praeconijs, ut quibus vox exaltanda, & necessario clamandum est in ecclesia, quasi tuba, Esa. 82. & Psalmo: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Et saepius in Prophetis videre licet. 9 Aliquando etiam spiritus scripturae usurpat pro gentili prophanoque, hoc est, immundo populo, quem Israelitae siue Iudaei canes, id est, pollutos spurcosque; ob idololatriam, hoc est, falsi cultus deorum spurcitiem & immunditiam cognominant. Qualem se mulier Cananaea ingenue profitetur, Matthe. 15. Nimirum alienam a Repub. Israelis, & ethnicam.

10 Quandoque hostes verbi hac uocula Canis designantur; ut Matthe. 7. Nolite sanctum dare canibus, id est, obrectatoribus, & ueritatis Euangelicae inimicis: sunt praecipue autem hi, qui non modo sua probant, sed & meliora monentes lacerant, id est, qui summe persequuntur, prudentia vel iustitia adducti.

CIVITAS.

1 Ciuitas, more scripturae, signat multitudinem siue copiam aedificiorum, per quae aedificia intelligimus principatus, regna, dominationem, & quicquid communionis est. Sic ait Psalm. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, id est, communionem principatus, &c.

2 Ciuitates significant munitiones, auxilia, arma mundi, & uersutam doctrinam, & simulatam iustitiam, & omnia in quibus confidunt homines contra Dominum, Psalm. 9. Et ciuitates eorum destruxisti, id est, eorum auxilia, munitiones, &c. in quibus confidebant, contra te Domine, destrue has munitiones, &c. 3 Item & Prophetae dicuntur ciuitates. 4 Ciuitates autem sine muro dicuntur quae sunt Gentium, exponit Isychius hunc locum Leuitici; Ecce ciuitates desertas. Libr. 7. capite. 25.

CON-

1 Pro abstracto in sacris literis nonnunquam est inuenire. Sic Psalmo. 7. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum. Ut iustum in neutro genere, contra nequitiam impiorum in abstracto, pro iustitia vel reuista seu causa iusti accipiat. Quomodo ad Romans. 8. Apostolus dicit: Pro iusto uix quis audeat mori.

CADERE.

1 Cadendi uerbo cum Graecis & Latinis utuntur Hebraei, pro perire & desiderare, interficere, perdere, Esa. 10. Et cum interfectis cadatis, id est, desideremini, Esa. 16. Celestina cecidisset, id est, perijisset. Exodi. 19. Ne cadant ex eis multi. 2 Cadite super nos, Tropus est scripturae sanctae, quo extrema designatur ac effertur desperatio et miseria, Esa. 22. Luc. 23. ad uerbum. 3 Cadere a latere sinistro dicuntur, qui impetunt in corporalibus rebus, sed multo fortius instant a dextro, in spiritualibus rebus: & in utrisque per prospera & aduersa, siue hoc uideatur esse contra Deum, siue per hypocrisim & per stultam presumptionem pro Deo, hoc solum agentes, ut deiciant fidem, et euerant Ecclesiam & Dei protectionem amittant: ut Psalm. 90. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.

4 Cadere forense uerbum fuit apud Iudaeos, ut cadere dicti sint, qui iudicio superarentur aut damnarentur. Hieremiae 18.

5 Item cadendi uerbum, pro transeundi habent Hebraei, accipiunt pro ad hostem uel transire uel deficere. Ut ad Chaldaeos transeat. Hieremiae inquit capite. 21.

CONFERRERE.

2 Conferendi uerbo pro communicare usus est Paulus ad Galat. 2. Nihil contulerunt, id est, nihil communicauerunt. Contulerat cum illis Paulus suum Euangelium, illi non contulerunt uicissim suum, sed dum taxat probauerunt Euangelium Pauli. Itaque hoc loco contulerunt non significat idem quod addiderunt, ut quidam arbitrantur, sed illud hinc consequitur. Nam quid potuerunt addere Paulo qui ne communicarent quidem de suo Euangelio? Poterant aliquid a Paulo accipere, nihil poterant adiungere.

IN CAMINO PAUPERTATIS.

Loquutio est, pro, in summa rerum angustia, Esa. 48. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.

COGERE.

1 Cogere aliquando non vim inferre, sed uehementer instare significat, Gene. 32. Et coegit eum & accepit. 2 Ita Compellere quoque schematismo Hebraico, instare diligentius: tamen quae intra amicitiam & humanitatem sunt, Gene. 19. Copulit eos oppido, ut ad se diuertat.

CVBILE.

1 Cubile latebra cordis signat: ut Psalm. 4. testatur. Et in uestris cubilibus

E 5 bilibus

bilibus compungimini, id est, in latebris cordis vestri. Hinc sapentum ro in Biblijs solitudinem et locum secretū, ab omnibus tumultibus hominum separatum & femorum significat, sicut aliās aliquis solet in cubiculum suum intrare, quod secreti cogitet, & negocium tractet, cuius ceteros ignaros esse cupit Christus Matth. 5. Psalm. 35. Iniquitatem &c. Ad eundem modum vsus est David hoc tropo: Loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra. Est sensus: pensate, deliberate, nolite precipites esse, nec statim proferatis, quia ira iri iustitiam Dei non operatur.

CONFITERI.

1. Confiteri primum est laudare, gratias agere Domino: vt Psalm. 117. Confitemini Domino quoniam bonus: & quemadmodum cecinerunt filij Israel, Pharaonemerso. 2. Hinc & Confessio pro laude ponitur. Sic alibi: Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Quae confessio nihil aliud est, quam laus & gratiarum actio, & sanctificatio nominis Dei, vbique terrarum, vt omnia humana nihil sint, sed vt magnificetur & exaltetur solus Deus. Vnde ait Psalm. 67. Confiteantur tibi populi Deus. Sic pulchritudo est iustitia fidei, qua purificantur corda, Psalm. 95. vt supra. 3. Est itaque confiteri Domino, idem quod psallere nomini Domini, & quod in oratione Dominica, est sanctificare nomen Dei patris nostri, id quod est corde credere, totam fiduciam in Deum reijcere, confiteri verbis. Roma. 10. Profiteri vita & conuersatione quae Dei sunt, vel in conspectu regum, & totius mundi aduersantis, Psalm. 7. Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi, Esaias. 12. Confitebor tibi Domine, &c. Sic Matth. 11. & Luc. 1. Confitebor tibi Domine &c. Hebraismus est, pro eo quod est gratias ago vel praedico te. 4. Confessio Roma. 10. ponitur pro fide expressa. 5. Deinde confiteri, est domino fidere, eum confiteri petram, & refugium nostrum esse, vt Psalm. 104. &c. 1. Ioā. 4. Quisquis confessus fuerit quod Iesus Christus est filius Dei. 6. Confiteri est agnoscere quod tibi obijcitur, aut cuius accusaris: sic qui Christum crucifixerunt, reuertebantur percutientes pectora sua, & consentientes, hoc est, cognoscentes grauissimum illud peccatum, quod commiserant, cuius conscientia ipsos grauiter accusabat. Nam Centurio dixit: vere filius Dei erat iste, & alij cognoscebant hominem suiffe iustum. Sic hodie peccatores, dum verbum Dei audiunt, compunguntur & consententur intra se, id est, agnoscunt se peccatores, & mox de expiatione, per sacramentum poenitentiae obtinenda cogitant. 7. Et in sacris literis confiteri peccata, quae contra legem Dei peccator se commississe cognoscat, sacerdoti cum vera contritione manifestare, Marc. capit. 1. & Acto. 19. Chrysost. Sermone de poenitentia & confessione in Genesim, Cyrillus etiam lib. 3. super Leuit. & Hieronymus super illud Ecclesiastes, Si mordeat serpens in silentio: & Origenes

genes super Psalm. 27. Augusti. lib. de vera & falsa poenitent. Ac rursum Hierony. 2. Paral. de diuersis generibus leprae, capit. 8. & vniuersi alij Patres Apostolorum vicini ac discipuli docent, in scripturis sacris confiteri, significare peccata corde, ore, aut opere commissa, cum contritione Sacerdoti Dei manifestare.

CALCIAMENTVM.

1. Extendere calciamentum, allegoria minime obscura, significat terminos & fines imperij protendere: eod quod calceos pedibus nostris subijcimus: ad eum modum quo de scabello dicitur, Psalm. 109. In Psalmo igitur. 59. volens Deus indicare potentiam suam longe lateque diffusam. In Idumaeam, inquit, extendam calciamentum meum, hoc est, terminos regni, & fines imperij mei, Sic Amos 2. Et vendiderunt pauperem pro calciamento: possessio agrorum potest intelligi. 2. Huic accedit quod per calciamenti solutionem, pro veteri apud Iudaeos more, significabatur cessio & resignatio iuris sui, quod quis in agro aliquo possidebat, quemadmodum scribitur Ruth. 4. Non igitur alienum est, si calciamenta pro possessionum apud Amos finibus acceptis. Hiero. placet pro vilissimis rebus, quibus auari preciosam animam hominis pauperis vendiderunt. 3. Calciamentum autem solvere humilitatis indicium, vt Ioannes de Christo. q. d. non sum dignus seruus eius esse.

CALUITIUM.

1. Scripturae & prophetis non infrequens est Caluitium pro luctu insigni vsurpare, nam in luctu capillum radebant Iudaei, barbā vero tondēbant, Hiere. 47. Veniet caluitium in Gazam, Barbam tondere & comam abradere inter luctus signa erant. Vide supra, Barbam tondere.

CURRERE.

1. Currere, tropus est tam Prophetis quam Apostolis familiaris, & significat officium docendi, seu verbum Dei annunciandi. Sumptum à nuncijs, qui mittuntur & currunt. Sic Hiere. 23. Currebant, & non mittebam eos. Et Psalm. 147. Velo ceter currit sermo eius, & multa in sacris literis eiusmodi. Quo significatur, oportere verbi Dei praecoones esse promptos, & fideles nuncios, vt magis currant, quam eant. Ita & Esai. 43. Quam speciosi pedes euangelizantium &c. Et Ezech. 1. Animalia sua cum pedibus suis describit. 2. Cursus hinc deducitur, & Christi praedicationem, & fidei progressum, ipsaque opera signat. Sic ad Corinthios. Sic currite, inquit Paulus, vt comprehendatis. Et Psalm. 67. 147. Velociter currit sermo eius. Vnde & Paulus suum officium, seu munus praedicandi cursum appellat. Gal. 1. 3. Hinc verbi praecoones pedes Christi vocatur, quod per illos ad hominum noticiam ambulent, hoc opus, inquam, praedicationis euangelicae vocari, cursus, vulgare est in Biblijs. 4. Curru autem secundo vehi, Schema est non inelegans, & significat alterum aut secundum a rege principemque esse,

esse, vt *Gene. 40.* Et vexit eum curru secundo. 5 Similitropo, *Staro* coram rege, hoc est, in aula principis esse. 6 Currus, veteres, vt autor est *Homerus*, ex curribus pugnabant, hinc factum est, vt exercitus & principum potentia, curruum nomine significetur. Sic in *Psalmo*. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini inuocabimus. Vbi contemnuntur, qui in militares copias magis quam in Deum fiduciam collocant. Et *Psalmo. 67.* instruitur exercitus & triumphus Christi, in quo versantur decem milia curruum, id est, legiones numero & viribus incomparabiles. Currus, ait Dei decem milibus multiplex &c. 7 Nonnunquam currendi verbo pro conuersari, viuere, ambulare, incedere vtitur scriptura: vt *Currere cum Deo*, est iuste viuere, seu ambulare cum Deo, vt scriptum est de *Enoch*, *Gene. 5.* Et *Iob 34.* Nam vita credentium quid aliud est nisi cursus quidam, vt *Paulus 1. Corinth. 9.* An nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Et *Psalmo. 58.* Sine iniquitate cucurri & direxi, id est, conuersatus sum cum eis, hoc est, vixi absque omni dolo & malitia, & recte praedicaui, & nomen tuum confessus sum, non sum mihi conscius, quod aliud inter eos tentarim, quam quod habet tua veritas. Et *Ephe. 4. 1. Pet. 2. Galatas.* Currebatis bene, id est, incedebatis, ducebatis olim bonam, id est, Christianam vitam. 8 Quare currere est festinare, ardere, perfectum esse in fide & charitate. 9 Cursus perfectorum est: ad *Corinth.* Currite vt comprehendatis, vt supra. 10 Rursum de his qui perfecti sunt, & obstinati in malo: dicit *Prouerb. 1.* Pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinem: & idem repetit *Esa. 59. cap.* 11 Concurrere cum peditibus, pro inferiori sorte esse, cum equitibus vero pro splendidiore, *Hier. 12.* Cum concurreres cum peditibus deficiebas &c. Quomodo *Plautus*, ab asinis ad boues ascendere dixit, pro sorte opulentiore ac honoratiore fieri.

CORONA.

1 Schema est in scriptura non inelegans, Corona pro summo honore & decore, seu regia dignitate accipi. *Esaia. 62.* Et corona gloriae in manu Domini, id est, in tutela Domini. *Hier. 13.* Quia corona vestrae magnificentiae. Similia sunt quae. 62. capite apud *Esaia* dicuntur istis, quae *Paulus* de Ecclesiae mundicia & puritate virginem eam faciendo, nunc matrem familiam, differit. 2 Corona regni, imperij quae symbolum. 3 Item corona gloriae, aliquoties verbum Dei est, hoc est, id quo gloriamur & fidemus, et gloriosi reddimur aduersus regnum mundi. 4 Hinc coronare saepius accipitur pro circumdare & interficere quempiam. 1. *Regum. 23.* In modum coronae cingebant *Dauid*, &c. Et *Psalmo. 5.* Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. Item *Psalmo. 18.* Gloria & honore coronasti eum, pro circumdedisti. Metaphora a corona sumpta, quae vndique perfecta est, & totum cingit.

CORAM

1 Saepenumero in sacris literis pro aduersus & contra ponitur, *Gene. 13.* Et homines *Sodomitarum* pessimi erant, & peccatores coram Domino, vel in conspectu domini. Quemadmodum alibi de *Nimrod*, quod esset tyrannus, & ferox coram Domino, id est, non verebatur Deum, & vidente Domino, ausus est exercere tyrannidem. Sic *Dauid*: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, aduersus & contra. Ita in conspectu Dei loqui *Hebraismo*, est coram loqui, & Deo arbitro. 2 *Corinth. duodecimo* idem sunt in conspectu Dei, & coram Domino. 2 Item coram esse, saepius inuenies pro eo quod est in potestate. Sic *Gene. 24.* Ecce *Rebecca* coram te est, accipe eam, id est, in potestate tua, vt sic coram esse, Idem quod in potestate esse. Verum de alia significantia huius voculae Coram, in superioribus de verbo ambulandi plura recensuimus. 3 Nonnunquam coram Deo, sermo iurantis est, apud *Paulum. 2. Corinth. 7.* Et illos & Deum conscium testantis &c.

CLAVIS.

1 Clavis nomine nonnunquam autoritas siue potestas designatur: vt apud *Esaia. 22.* Et dabo clauem domus *Dauid* super humerum eius, id est, vt omnes eius mandatis pareant, & nemo sit qui contradicat aut recuset. 2 Recenset etiam alibi scriptura, clauis, quibus fideles absoluantur aut ligantur iustitia diuina id exigente. Tunc per clauis intelligit potestatem quandam diuinam, ac supernaturalem: A *Apostolis* tantum & suis successoribus a *Christo* praestitam, qua contritis ac vere poenitentibus peccata remittuntur: ac regni caelorum, quod per peccatum illis erat occlusum, ostium aperitur, quod utique duris & impoenitentibus eadem potestate recluditur, *Ioan. 20.* *Christus* dixit *Apostolis* tunc *discipulis* & non alijs, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et *Matt. 16.* Amen dico vobis, quaecumque ligaueritis super terram, &c. Absoluere igitur est peccata remittere, simul etiam & a poenis aeternis, quae illis debentur, liberare, & pro temporalibus remedia praescribere, quod in terris, priusquam in caelis fieri. S. *Cyprianus lib. 1. epist. 2.* ad *Cornelium* fateatur: Cum permisit inquit, ipse qui legem dedit, vt ligata essent. Solui autem possent illic, quae hic prius in ecclesia soluerentur. Eiusdem & sententia est *Bernardi* sermone primo, in die *Petri & Pauli*, vbi ait *B. Petrus* clauis regni caelorum, tam singulariter accepisse, vt sententiam *Petri* dicat praecedere sententiam caeli. Ligare autem est potestate diuina regnum caelorum indignis & impoenitentibus prorsus recludere. 3 Docet scriptura *Christum*, quatenus homo est, has clauis habere per excellentiam, nam quatenus Deus easdem habet cum patre communes per autoritatem diuinam. Docet etiam scriptura *Apostolos* eas accepisse ministerialiter pro se ac pro suis successoribus: fuerunt *Apostoli*, sunt quae & nunc *Sacerdotes* eorum successores, ministri *Christi*, ac dispensatores ministeriorum Dei, adeo

DIVINAE SCRIPTURAE

ad eo, ut remittentibus ipsis peccata ministerio absolutionis, Christus ea deleat diuina sua auctoritate, suaeque sacratissimae passionis incomparabili merito: ut absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio. Nulla est tamen scriptura, quae dicat, absolutionem, solum vel nudum esse ministerium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata, sed actum iuridicum: quo poenitens ab sacerdote absolvitur, atque liber à suis peccatis efficitur & pronuntiatur, ita ut id praestet & efficiat, quod significat. Hoc docet scriptura de officio & potestate clauium. 4. Significat etiam clavis in scriptura sacra potestatem excommunicandi, nominatos, id est, famosos peccatores Ecclesiam et sua iudicia contemnentes, Math. 18. illic Chry sost. in comment. Matth. vocat Ecclesiam pontificum seu praesidentum sententiam ac potestatem. Et secundum hanc significationem ligare erit, ab communione fidelium proteruum arcere, diuinaque auctoritate eundem spiritualibus ecclesiae suffragijs priuare, soluere autem secundum predictam acceptionem, est in ecclesiam recipere, excommunicatumque spiritualium suffragiorum ecclesiae participem constituere. 5. Docet etiam scriptura, clauem significare intelligentiam earundem scripturarum sacrarum Ecclesiae verae (quae est Romana) diuinitus datam Iob 12. ait, Apud ipsum est fortitudo & sapientia, ipse habet consilium et intelligentiam, si destruxerit, nemo est qui aedificet: si inluserit hominem, nullus est qui aperiat, Apocalyp. 3. Qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit, & claudit & nemo aperit. Hic clavis eam noticiam seu intelligentiam scripturarum sacrarum significat, quam spiritus sanctus eidem ecclesiae reuelat, & aperit, vide Irenaeum lib. 4. aduersus haereses Valentini & similium capit. 37. 6. Apocalyp. 9. Clavis putei dicitur temporalis potestas quae antiquus aduersarius ad peruersa dogmata spargenda, os improborum aperit, vide Ambrosium Ausbertum in Apocalypsim. 7. Abyssi clavis Apoc. 20. Vim diuinam discretionis significat, quae persecutores ecclesiae cum diuinum suum iudicium id exegerit, ad seuitiam diuinamque ultionem, de latebris impiorum exire permittit, ac rursum ne quantum voluit pro sua libidine noceant, includit. vide Ausbertum in vigesimo capite Apocalypsis.

COGNOSCERE.

1. Cognoscere, pro rem habere & concumbere, ut cognoscere mulierem, est consuetudinē cum ea habere: ut Gene. 4. Adam cognouit uxorem suam, id est, cum ea concubuit, remque habuit, ad eodē verecundā rem, verecunde spiritus sanctus describit, deliniatque. Gen. 19. Habeo duas filias, quae nondum cognouerunt virum. 2. Hinc cognitio Hebraeis concubitus dicitur. De similibus tropis supra habuimus in verbo Abeundi. 3. Cognitionis vocabulum, verbum quoque fauoris est. Hiere. 1. Priusquam formarem te in utero, cognoui te, Virginibus exclusis

PHRASES.

elusus dicitur: Non noui vos. Et Matth. 8. & 25. 4. Cognationes, populum, regna, capita regni, apud Hiere. significant.

CHRISTVS.

1. Christus est pignus diuinæ promissionis, per quem & gratia spiritus sancti promissus est, qui eadem gratia corda illuminat, innouat, & legem implet. 2. Christum appellat scriptura Dominum nostrum, maiestatis nomine, ne quis contemnendū putet eum, Propterea quod homo propter nos, ad formam crucis se demiserit, & est gratiae commendatio, quod Deus in quem peccauimus, est factus pater noster, & is Dominus noster, qui propter peccata nostra mortuus est.

CHRISTI NOMINA.

1. Messias Hebraice appellatur, quia totius propheticae sacerdotalis & regiae dignitatis eminentia diuinitus insignitus est. Nam Messias dicitur vnctus latine, vel Christus graece, Matth. 22. Ioā. 4. Quod cognomen futuro regi, orbis instauratori dederant, ut vulgo iam nō aliter vocatur. 2. Christus, vel pontificale, vel regium nomen est. Nam prius & pontifices unguento chrisimatis consecrabantur & reges, sed illi velut mortales & corruptibiles ungebantur: hic verō sancto spiritu perunctus, Christus efficitur, velut scriptura de eo dicit: Quem vnxit pater spiritu sancto misso de caelis. Et Esaias praesignauerit. 61. dicens: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me. Cyprianus in explanatione symboli Apostoli. 3. Ad hoc Christus dicitur, Dei patris vnigenitus filius aeternus. Item Christus, ipse enim praecunctis suis consortibus omni gratiarum plenitudine est delibatus. 4. Iesus, Hebraice, Soter Graece, Saluator vero aut seruator latine, eod quod cunctis gentibus in salutem missus est. 5. Verbum item nuncupatur, quia semper in patre & de patre, & nihil sine eo pater iussit & fecit. 6. Virtus, quia proprie de Deo est, & omnis potestas patris in ipso consistit. 7. Sapientia quia non aliunde quam de patre veniens, credentibus arcana caelestia reuelauit. 8. Dextera, quia per eum omnia opera diuina perfecta & absoluta sunt. 9. Brachium, quia in ipso omnia continentur. 10. Margarita, ut nihil illo preciosius habeatur. 11. Thesaurus, ut in ipso omnes opes & diuitiae regnorum caelestium reconditae cognoscantur. 12. Fons aquae viuae, quia ex eo sapientium corda caelestis aquae gratiae irrigantur. 13. Gigas & heros, ut Psalmo. 28. Exultauit ut gigas ad currendam viam. Vere Gigas: fortitudine enim sua deuincet hostes, mortem, peccatum, & infernum. Et apud Abacuc: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo, ante ipsum ibit mors. 14. Pater futuri seculi, propter resurrectionis mysterium, pater ob singularem curam, 15. Lapis angularis, quia utrosque parietis noui & veteris testamenti, imō gentilem & Iudaicum populum, ipse vnus & mediator

& mediator in semetipſo continens, copulavit coniunxitque.
 16 Homó, ideo quia ſecundum carnem propter nos homines naſcitur dignatus eſt. 17 Petra, quia credentibus fortitudinem, incredulis duriciam preſtat. 18 Retia, quia per ipſum & in ipſo de mari ſeculi, diuerſa gentium multitudo more piſcium, per baptiſmum in fide Euangelij congregatur, vbi bonorum, malorumque diſcrimen agnoſcitur. 19 Aratrum, quia ſigno crucis eius dura pectora ſubiguntur, & neceſſario ſemini præparantur. 20 Vitulus, ob hoc, quod ob noſtram ſalutem immolari ſuſtinuit pertulitque. 21 Aquila, quia poſt venerabilem et lætabundam reſurrectionem, vt rex alitum, ad patris reuolat ſe de. 22 Leo eſt dictus, quia ipſe eſt rex regum, qui mortem ac diaboli virtutem ſuæ poteſtate comminuit. 23 Via eſt, quia per ipſum ad patrem acceſſus eſt. 24 Veritas, quia mendacium neſcit, in quo non eſt inuentus dolus neque fraus. 25 Vita, ideo quod vitam dat. Gregorius Nazianzenus in libello de fide. 26 Emanuel, id eſt, nobiſcúm Deus, & quod Deus per virginem in lucem æditus, in carne adparens, nobiſcúm ſeipſum adſociavit, coniunxitque. 27 Verbum caro factum, quia verbum eſt, in quantum à patre in æternitate naſcitur, Caro autem prout à matre in tempore prognatus eſt. 28 Principium, quia pater cœleſtis per ipſum vniuerſa condidit. 29 Os Dei, quia in ipſo & per ipſum Deus mundo verba facit. 30 Manus, quia per ipſum rerum vniuerſitas continetur & conſiſtit. 31 Antiquus dierum, Danielis ſeprimo. Agnus ab origine mundi occiſus, Deus zebaoth, id eſt, exercituum dicitur. Sanctum ſanctorum, Danic. 9. Vt vngatur Sanctiſſi ſanctorum. Admirabilis, Eſa. 9. Conſiliarius, eodem capite. Deus, ibidem. Dauid. Hiere. 23. 30. Oſeæ. 3. Pſalmo. 107. Dilectus & 89. Dominus, Canticorum. 12. Dux & præceptor gentium, Eſa. 56. Expedi-tus, Eſa. 8. Flos de radice Ieſſe, Eſa. 11. Fortis, & 9. Feſtius, & octavo, Fundamentum ſiue princeps pacis, Eſa. 11. Virga & ſurculus, Eſa. 4. Germen delectabile, & 28. Facies Dei, Malachia. 2. Germen, Zacharia. 9. Germen Dominus. Eſa. 4. Germen iuſtitia, Hiere. 23. Hinnulus ceruorum Gene. 2. Iuſtus, Zach. 9. Eſa. 51. Terræ fructus, Eſa. 4. Verbum iuſtitia, Eſa. 45. & 62. Leo de tribu Iuda, Apoca. 5. Lapis probatus, Eſa. 28. Lapis fundamenti, lapis precioſus, Pſalm. 118. Eſa. 28. Magiſter, Matth. 23. Ioan. 13. Oleum eſſuſum, Cantic. 1. Pulcher & decorus, illic. Pontifex, Hebre. 5. Prædator, Eſa. 9. Rex Hieremia. 23. Rex gentium, Oſeæ. 14. Pſalmo. 110. Eſa. 45. Ros. Oſeæ 6. Radix Dauid, Apoca. 5. Salomon, Canticorum. 3. Schadai Pſal. 19. Signum popu-lorum, Eſa. 11. Ezech. 17. Tener, ibidem, Vir pugna. Exod. 15. Primogenitus inter multos fratres, imago & gloria Dei atque figura, Angelus magni conſilij, Paſtor magnus & eorum princeps. Ovis, Gallina, Sol, Lux mundi, Lumen, Oriens ex alto. Splendor patris, Sponſus, Propheeta, Mediator, Propitiatorium, Sacerdos, Rex, Nazareus, Sanctus,

ſus, Panis vitæ, Aries, Hædus, Serpens, Vermis, aliæque innumera, quibus omnibus Chriſtus ipſe in ſacris literis vocari conſuevit. Nimirum, quia ipſe eſt plenitudo legis, ideo ſubinde inculcatur & memoratur, vt nihil aliud, tam in lege, quàm Prophetis, præter vnum Chriſtum quæramus, ſideque conſtanti obſeruemus.

31 Omnino orationes iſtæ: per nomen tuum, vel in nomine tuo, aut propter nomen tuum, & huiuſmodi, eum ſenſum habent Hebræis, quem illæ noſtræ: Oro tuam maiestatem, gloriam, bonitatem, omnipotentiam, magnificentiam, &c. Præſtantia tuæ placeat: vt enim hiſ nihil plus dicitur, quàm ſi diceretur: Oro te, & placeat tibi, niſi quod hoc modo ſimul honorare videmur eum, cui, vel de quo ad hunc loquimur, ita quum Chriſtus dicit patri, Maniſteſtaui nomen tuum fratribus meis, perinde eſt ac ſi dixiſſet, maniſteſtaui te. Sic quum identidem in ſcripturis dicitur: Libera nos propter nomen tuum, id eſt, propter temetipſum, &c. 33 Chriſtum induere, eſt iuſtitiam, veritatem, omnemque gratiam, totiusque legis plenitudinem induere. Vſus hoc tropo Apoſtolus ad Rom. 13. Induamini Dominum Ieſum Chriſtum &c. Ephe. 4. Induire nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Et Gal. 3. Quicūque enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. 34 Chriſtum habere, eſt habere ſeruatores ac mediatores, qui eum nos perduxit, vt Deus iam noſter ſit, apud quem etiam omnem nobis gratiam impetrauit. 35 Chriſtum ignorare, eſt ignorare quæ nam crucifixus ſit: quæ vbi ignoramus, iam nihil non facinoris deſignamus, quippe qui quærit piæ, quærit ſobriè viuendum ſit neſciamus, 1. Pet. 1. Dum adhuc ignoretis Chriſtum &c. 36 Chriſtus Dauid ſæpiſſime in ſcriptura vocatur, eod quod à Iudeis expectabatur, Chriſtus ſeſſurus ſuper ſolum Dauid patris ſui, vt corroboraret & confirmaret illud in iudicio & iuſtitia, non armis carnalibus, vel ad tempus, ſed in ſempiternum: ſicut prædixerat Eſa 9. Et Angelus repetit Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid &c. Item Ezech. 24. Oſeæ. 3. Pſalm. 17.

CONSUMMARE.

1 Conſummare puluerem, pro conculcatione, aut comminatione, proverbialiter ponitur. Id conſtat ex ipſa ſententia Eſa. 16. Conſummationem pulueris &c. Tūc enim perfecte ſuperatus eſt aduerſarius, quum in puluerem & lutum conculcatur, aut quum etiam conteritur & commolitur. 2 Conſummari autem peccata quid ſit, exponit Chryſoſtomus aduerſus Iudæos, Oratione 2. Multa, inquit, peccant; ſed malorum ſinis, tunc erit quum Dominum ſuum occiderint. 3 Conſummare ciuitates apud Marth. 10. pro obire ciuitates accipitur, & eſt ſenſus: filium hominis cito venturum, & priuſquam illi poſſint peragrarè omnes ciuitates Iſraëlitas. 4 Conſummare autem oculos viduæ, apud Job 31. capite, hunc ſenſum habet, qui fruſtra diu

DIVINAE SCRIPTURAE

orare sinunt pauperes, & qui oculos suos intentos habent in Dominos, si forte aliquid ab eis accipiant. Fatetur Iob autem se hoc non fecisse. Et vidua hic in genere pro paupere & desolato ponitur sicut & pupillus. 5 Consummatio seculorum ad Hebr. 9. capi. est plenitudo temporis. Alibi verò dies nouissimi appellantur.

CAUPONARI.

Καπηλεύει est ad quæstum abuti re quapiam, quemadmodum vbi quis adulterat vinum, vbi quis pecunia vendit quod gratis oportuit, quod Petrus 2. Epist. 2. capi. accommodauit ad ipsos etiam homines. Cauponantes vos, Quo quidem verbo vsus est Ennius in officijs Ciceronis. Non cauponantes bellum, sed belligerantes, 2. Corin. 2. Cauponantes, id est, adulterantes, & pro corruptentes. Siquidem veteres, quicquid esset insyncerum, ac dolo fraudeq; vitiatum, id καπηλον appellabant, velut Aeschylus ait καπηλα, προφέρων τεχνήματα Cauponias proferens artes, propterea quod hoc hominum genus plerumque insyncerum est, utpote quæstu metiens omnia. Græca vox proprie quadrat in eos qui venditant esculenta aut poculenta. Quorum præcipuum est studium vitia pro synceris vendere. 2 Sic cauponari verbum Dei est adulterare, corrumpere, vitiare. Paulus quoque ad Corinth. 2. videtur taxare de quæstu, & quod sua miscerent diuinis. Quod reprehendens, & Esaias dicebat. Caupones tui miscent vinum aquæ, ad doctrinam transfert. Hinc cauponatores vel caupones, Græce καπηλεύοντες.

CLAVVM FIGERE.

1 Clavi figendi tanta fuit apud Quirites religio vt eius rei gerendæ gratia dictator fit aliquando dictus. Sicut Lilius testatur. Hic autem quacunque superstitionis norma tandem figeretur, certe in hoc fixus esse videtur, vt deorum immortalium auxilio, res dubiæ & tempora periculosa, cum feliciter caderent, tum populi Romani animi firmiores manerent. Apud Esaiam 22. Clavus figi dicitur Eliakim, quod futurum sit, vt omnes ab eo pendeant. Sicque in Esaiâ patet, Figam eum clauum in loco summæ fidei.

COMEDERE.

1 Videre licet quid proprietas sermonis vocat comedere, nempe suauiter apprehendere, & in cordis stomachum transmittere, Ezech. 2. Aperi os tuum & comede, quicquid ego dederò tibi.
2 Item כָּמַן, id est, comedere, capitur pro frui, & large quidem, Gene. 3. Præcepit nobis Deus, ne comedemus, Gene. 31. Comedit argentum nostrum, id est, opus nostrum in suum vertit commodum, fructus est nostris. Et eodem cap. ait Iacob ad Laban: Arietes gregis tui nõ comedi, id est, nihil in vsum meum vindicaui, Et Gen. 3. Vt nõ comederis ex omni ligno. 3 Comedere vnam acerbam, Hier. 3. Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Proverbio

PHRASES.

bio isto soliti sunt vi, quoties per indignationem quærentur filios puniri, cum patres idem designantes, impuniti euaserint. Puta, Cum in captiuitatem præsentem abducerentur, non tamen soli præsentem sic Dominum irritauerant, sed patres eorum, vitia velut per manus illis tradiderant. Dicebant, eis tam absurda contingere, ac si quis diceret filij dentes stupere & arefcere, cum non ipse, sed pater eius vnam iuramuram manducasset. 4 Comedere filios, comedes fructum ventris, hoc est, propter dolorem animæ patrum, quando in oculis eorum filij immolantur, & paruuli moriuntur in peccatis patrum. 5 Comedere super sanguine apud Ezech. 33. Kimhi putat idem esse quod sanguine vesci. Quem ritum Satyris, quos דַּיָּוָה vocant, sacrificantes obseruabant, vt peracto sacro victimæ sanguine, participes illius vescerentur. 6 Item comedere & mordere, pulchra est Allegoria, & frequens in sacris scripturis: vt Proverbio. 30. Generatio quæ habet pro dentibus gladios, & molaribus suis commandit, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus &c. Vfus est & Paulus hac Allegoria ad Galat. 5. Quod si inuicem vos mordetis & comedetis, videte ne ab inuicem consummami. 7 Item proverbium est apud Hebræos, qui in hunc modum loquuntur. Qui de ouis eorum comederit, morietur, quod si cõculauerit, excludetur vipera, & idem est quod lupum auribus tenere: aut inter sacrum stare & saxum: aut frustra occidi parentes liberis supersticibus, & quæ huiusmodi sunt, eandem vim cum præsentibus habent: Quibus summa significatur ambiguitas. Sic enim serè vsu venit nostro hoc seculo, vt præpotentes isti audacissima consilia quum ceperint, deterreri nolint. Iam si isti qui sunt æquitatis obseruantiores, declinare periculum volent, in has angustias trudentur, vt si illis obsequantur, iam apertam tyrannidem foeterint si eos eliminent, mancam aut mæstam Rempub. reddant: de quo Esaiâ. 5. capite loquitur.

CAPREA.

1 צַבִּי, Quæ vox proprie Capream significat, vt quæ quum sit ex omni damarum genere nobilissima & pulcherrima, fit vt quæ isti eximia velint appellare, Capream vocent, Esaiâ. 4. capit. D. Hieronymo transtulit, Magnificentiam.

CONSILIVM INIRE

1 Consilium inire, Hebræi cum Latinis vtuntur nonnunquam pro consilium capere, deliberare, & quod sequi velis constituere. Ad consilium tamen exire alicubi Oratorum suarum dixit Cicero, pro ea deliberatione, qua litigantes cum aduocatis & patronis per secessum à tribunali consultant. Quod serè in rebus dubijs fieri solet. Vfus est hoc Tropo Esaiâ. 16.

CONSOLARI.

DIVINAE SCRIPTURAE

1. Consolari Paulus vsus est pro admonere & consiliū dare, Act. 27. capit. Consolabatur eos. Nam illis nihil acciderat, vt egerent consolatore. Nam Græcis est *παρηγοία*, id est, hortabatur siue admonebat, ne longius irent, quanquam ipsa Pauli oratio, quæ mox subijcitur, satis arguit illum non consolari, sed dare consilium. 2. Item consolari, pro gaudio vsus est Paulus ad Roma. 1. vt simul consolari.

CENSERE.

1. Censere, per Metalepsim pro verbo desiderandi solent vt creberime, quod in libris Mosaicis passim obuium, Esa. 38. Et residuum anorum meorum, &c. Fit enim, vt quum recensentur post cladem aliquam copiarum, plurimi desiderentur. 2. Censum autem agere, est recensere hominum facultates.

CATHEDRA

Pestilentiarum.

1. Cathedra pestilentiarum est, vbi ceperis consilium impiorum, & quicquid illis bonum & sanctum videtur docere ac defendere, & nolueris viam peccatorum damnari, id est, audire legem siue verbum Dei, quod omnia nostra damnat. Sic David audiuit à Nathan Propheta, sicut gentes audierunt ab Apostolis. In Hebræo vocatur Confessio irrisoriorum, id est, blasphemantium legem siue verbum Domini. Id quod faciunt, dum volunt vt humanas adinventiones pro Dei verbo suscipiamus: de qua cathedra Psalmo primo loquitur David.

COMMORIENTES.

1. Arctissimam amicitiam apud Paulum, 2. Corin. 7. significat. Nam apud veteres amicitia genus erat vt amico fortè extincto, amicus vltro sibi mortem conscisceret: quod amicitia genus significat Horatius sibi fuisse cū Meccenate. Vnde dicti *συνομοθνήσκοντες*. Non quod Paulus huiusmodi quippiam sentiat quale legimus olim fuisse apud Ethnicos, verū hoc modo arctissimam familiaritatē voluit indicare.

CONCISIO.

1. Latini & Hebræi Concisionem pro comminutione aut etiam imminutione accipiunt. Sic etiam Esaia. 28. Audui enim &c. concisionem venturam esse super vniuersam gentem. Hinc & Paulus impostores & cauponatores verbi quoque concisionem appellat, Philip. 3.

CAPTARE.

1. Scriptura vitur captare pro insidijs & blandicijs venari atque decipi assumpta & induta persona iustitiae, vt capiant animam iusti atque innocentis, eiusque sanguinem siue vitam condemnent, Plal. 93. Captabant animam iusti.

CAVSAM SVSCIPERE.

1. Causam suscipere, Latinis id potest, quod Hebræis litem contendere, tueri, defendere, auxiliari, Esa. 1. Causam viduae suscipite. Et alibi: Causam viduae non suscipiunt, id est, non defendunt. Et saepenumero

PHRASES.

42

mero Cicero causam suscipere accepit pro patrocinando, clienti adesse. Nam apud Græcos *ἀντία* significat accusationē siue crimen, Mat. 27.

CEREMONIAE.

1. Ceremoniarum sunt externarum obseruationes & ritus sacrificiorum, de dierum discrimine, de vestibus, &c. Erant hæc obseruationes circumscriptæ locis, temporibus, personis, & mandata à Domino in veteri testamento ad tempus. Erant autem vmbra futurorum, corpus verò Christi. Has ceremonias vocat Paulus Elementa huius mundi.

2. Dictæ sunt ceremonie à Cerete oppido, autore Valerio Maximo.

3. Ceremonias, iudicium & testimonium pro eodem accipit Psaltes, Psalmo. 81. versu quinto.

COLLES.

1. Scripturae sacrae familiare est, subditos & plebeculam colles appellare. Sic David populum Christianum colles nūcupat: vt Psal. 71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam: ac si velit dicere: Primates & doctores verbi (nam nomine montium summitates intelliguntur) suscipiant Euangelium (quod verbum pacis est) à Domino, & populo istud proponant, vt populus per verbum conuertatur, si tamen susceperit vel audierit, &c.

CRA S.

1. Non infrequens Idiotissimus est in Biblijs sacris, pro breui & futuro quocunque tempore vsurpari: vt Gene. 30. dicebat Iacob ad Laban: Respondebit mihi iustitia mea cras, quando placiti temporis aduenerit coram te. Et alibi: Et erit quum interrogauerit te filius tuus, cras, dicens. 2. Cras & crastinus dies, vbi præterito succedit, futurum, Christus Mat. 6. inquit: Nolite cogitare de crastino. Omnium temporalium vocem, crastinum posuit.

CONIUNCTI VVS.

1. Coniunctiuum modum Hebræus non habet, sed indicatio futuro pro eo vitur. Hoc modo Christus Ioan. 2. dicit: Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audies. Sic Psalmo 16. Hieronymo interprete. Ego inuocaui te, quia exaudies me Deus meus. 2. Sunt autem in sacris literis pro intelligendo, verba magis quam nomina obseruanda: vt Psal. 9. Ciuitates eorum destruxisti. Hic ciuitates proprie & ad literam sunt accipiendae. Sed destructio non carnalis, sed spiritualis intelligenda est. Psal. 77. Dominabitur à mari vsque ad mare. Hic non est aliud quam corporale intelligendum. Alias autem scriptura sacra loquitur de rebus non verbis.

CREDERE.

1. Est diuinitus illuminari, vt intelligamus Deum esse trinum & vnum, omnipotentem, creatorem caeli & terræ, Et in Iesum esse verū Deum & verum hominem, qui factus est pro nobis iustitia, sanctificatio & redemptio, et quod non sit aliud nomen datum hominibus

DIVINAE SCRIPTURAE

sub caelo, in quo nos oporteat saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi, Esai. 7. Paulus 1. Corinth. 1. Acto. 4.

2 Est etiam credere, intelligere omnia quae in sacris literis continentur, vel quae Ecclesia ex diuina traditione docet, vel quae in consilijs legitime congregatis sunt decreta, esse diuina oracula, Ecclesiae reuelata, ob id quod non minus atque ipsum verum atque expressum Dei verbum, omnibus christianis fore suscipiendum. 3 Augustinus etiam docet, credere, esse assentiri, in causis religionis nostrae, consensui populorum authoritati miraculorum, Episcoporum succension, & nomini catholicae. August. contra Manich. Epistola quam vocant fundamenti capit. 4. Idem docet Vincent. Lyrinensis in libello aduersus nouitates Haereticorum, ubi conuincit illas doctrinas tantum esse catholicas, quas semper, & ybique, & omnes sunt professi.

4 Credere in nomine Iesu, perinde est atq; credere in Christum Iesum, hoc est, certum ac persuasum habere de eo, quod ipse sit, quem Prophetae illum, & ipse semet esse dixit, nimirum filium Dei, reconciliatorem, saluatorem, redemptorem, verum Deum ac verum hominem Iesum Christum.

CATULI LEONVM.

1 Catuli Leonum sunt ministri regni tenebrarum, quorum caput est Satan. Leo ille rugiens, querens quem deuoret, sub quo sunt leones & capita illorum qui seducuntur, vt sauiant eodem furore in veritatis professores. Psal. Eripe animam meam a catulis leonum.

CACARE IN CASTRA.

1 Cacare non est malum, tamen offendit proximum. Idcirco tantam mundiciem requirit Deus: quod nam contra proximum est, sine dubio est, & contra Deum. Cacant in castra, qui vt maxime non faciant alioqui mala, tamen scandalo sunt infirmis, & faciunt vt nomen Dei & Euangelium blasphemetur. Consule Deutero. 32. capi.

COLAPHVM LABIIS infringere.

1 Faciem conspu, vel colaphum labijs infringi, idem est quod deludi, contumelia affici, confundi, Prouerb. 10. Fingens vultum dabit dolorem, & stultorum labia vapulabunt, id est, hypocrisis clam minatur malum, eoq; ni caueas colaphum infringer labijs, id est laedet te.

2 Non dissimilis his Tropus fuerit, Impleri faciem ignominia, Prouerbio. 10. Sapiens corde accipiet praecipua, stultorum labia cadentur, hoc est, stultus illudetur, stulti contumelia afficientur. In Hebraeo, Colaphum labijs infringi.

COLERE

1 Deum, in scriptura sacra est in ipsum credere, in ipso sperare, & ipsum super omnia ex toto corde, ex tota mente, ex totisq; viribus diligere. 2 Colitur etiam Deus omnibus pietatis operibus, siue spiri-

PHRASES.

43

spiritualia sint siue corporalia, qualia sunt orare, ante Deum in genua procumbere, ceremonias ab Ecclesia institutas in templo exhibere, ieiunare, eleemosynas largiri, & alia id genus, 2. Paralipo. 19. Iudic. 5. Exod. 5. & 12. & 30. & 35. atque Nume. 16. August. lib. 8. capit. 27. & lib. 22. capi. 10. de ciuitate Dei aperte dicit, scripturam docere quo pacto Deum atque sanctos colere debeamus. Cum sacrificium Eucharistiae maximus sit cultus diuinus, hinc docet scriptura nulli sanctorum licere christianis sacrificium offerre: licere tamen ipsos orare, vt pro nobis intercedant, scriptura aperte testatur.

3 Colere pro sacrificare interdum sumitur in scripturis 2. Samuelis 15. 4 Colere sanctos, est eorum virtutes imitari. Tunc enim ipsos maxime colimus, quando eos studiosius imitamur. Spectat etiam ad cultum sanctorum, eorum suarumq; reliquiarum & imaginum veneratio, eorumq; intercessionis petitio, Vide Cypri. lib. 3. Epist. 6. lib. 4. Epi. 5.

CEDRI.

1 Cedri, superbos & qui maxime potentes videntur, significant. Id quod vides Esai. 2. Quia dies Domini exercituum super omne superbum & excelsum, & super omnem arrogantem & humiliabitur, & super omnes cedros Libani, id est, potentes, sublimes &c. Et Psalm. 29. Vox Domini confringentis cedros, & confringet cedros Libani. Reges illos triginta vnum intelligit, qui circa Libanum montem Syriae habitabant, quos Iosue percussit trans Iordanem &c. vt legis Iosue. 12. 2 Cedri altae arbores sunt, sed in Libano altissime. Vide Ecc. 24. Sicut Cedrus exaltata sum in Libano. 3 Cedri Dei, pro magnifica & protera.

CONQUIRERE.

1 Scriptura nonnunquam conquirendi verbo vitur, pro disceptare, vt Marci 9. Quid conquiritis siue disputatis aduersus illos?

2 Conquirentes conquire, apud Sophoniam 2. capit. est anxie perquirere & studiose colligere, vt paleas filij Israel inquirebant & colligebant vrgentibus magistris operum Pharaonis, Exod. 1. & 5. Et vt ille conquirebat & colligebat ligna Sabbato, Nume. 15. Item sicut & vidua illa ad quam missus fuit Helias, 1. Regum 17. In his enim locis verbi huius שׁוּרַר mentio fit.

CESSARE.

1 Hebraei cum Latinis cessandi verbum non tam pro desinendi, quam pro comperdinandi, negandi, detestandi que accipiunt, Esaias. 32. Quum cessatur vindemia, & collectio non veniet, id est negatur.

COMPARERE.

1 Vt enim Romani comparandi verbum, & proparandi querendique verbis ponunt, & pro assimilandi & conferendi, sic & Hebraei: vt Esai. 45. Et vocauit nomine tuo: comparauit te, & non cognouit me, id est, assimilauit.

DIVINAE SCRIPTURAE
CAPTIVITAS.

1 Captivitas, Idiotissimus est in scriptura non infrequens, & idem quod peccatū cui captivitas debetur. Hof. 6. Etiam d̄ Iuda ponis tibi fegetem, in eo quod convertor, captivitatē populi mei. 2 Convertere captivitatē populi, est sanare, & incultū verum reuocare, Hofe. 7.

COLLIGERE.

1 Verbum Colligere pro absumere passim accipitur, sicut egredi à Domino dum res conduntur, ita dum intereunt, quasi rursus colligi ad ipsum recte dicuntur, Zophonias 3. colligere regna, effundere super eos indignationem, &c. 2 Colligendo colligam, Hie. 8. Id verbi significat perdere ad internitionem reducere. 3 Item Colligere pro adimere, tollere, tracta Metalepsi vel à vindemia & messe, vbi colligunt vt domū auferant: vel ab eo, quod dum quid abijcere volumus, omnes simul appendices colligimus, Gene. 30. Ademit Deus opprobrium meum, & vocavit nomen eius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum, iuxta Hebræos significat, collegit. Collegit opprobrium meū Deus, id est, abstulit. Hic prius pro posteriore ponitur. 4 Colligere autem rem diei in die suo, Exo. 16. Hebraismus est, pro colligant quantum suffecerit pro vno die: & die sexto colligant quantum suffecerit pro duobus diebus, ne Sabbato exire cogantur. 5 Colligendi verbum, Hebræi quoque accipiunt pro includi vel recludi, aut introducti: vt, Collectus est ad patres suos. Colligetur pro fus ad domum: Collectus est Moses in castra.

CONFIDENTIA.

1 Confidentia, spem in malo nonnunquam significat, interdū spem in bono. 2 Interim securitatem & oscitantiam, Esa. 3. Filiæ confidentes percipite auribus. Et eodē cap. Obstupescite opulenta, conturbamini confidentes Et quæ est ista confidentia? Ezech. 30. Nunc à facie mea in Tricribus, & ad confidentiam. Zophonias 4. Ciuitas gloriosa habitabit in confidentia. Hebræo. 10. Nolite amittere confidentiam. Eph. 3. Accessum in confidentia per filium habemus.

CONDICERE.

1 Condicere repetitur pro annuere. Nā & Græcis, atq; aded̄ Demostheni *ἰστέον* fieri, annuere, concedere ponitur, Esa. 8. Cōiurationem nolite condicere, iuxta Hebræos, id est, nolite assentire annuere, &c.

COMPARANDI MO-
DUS apud Hebræos.

1 Primo faciunt comparatum, quod *אֲדִוְרוֹר*, hoc est, impossibile, impossibile ac difficilius, cum ipsum comparant alij impossibili, quod nos comparans appellamus, ita tamen, vt tam comparans quam comparatū notis suis careant, vt Esa. 51. Cæli sicut terra liquefcent, salus autem mea in sempiternum erit. Hic vrbique omiffæ sunt notæ, tam comparati, quod est, salus mea, quam cōparantis, quod est, cæli. Quod

autem

P H R A S E S.

44

autem Comparatio fit, ex ipsa antithesis nota, patet, quum dicit: Salus autem mea, &c. Senfus est: Sicut cæli non liquefcent, sic multo minus non euanescent salus mea. Aut, Cirijs liquefcent cæli, quam salus mea non duret. Possibilis est cælos instar ceræ defluere, quam quod salus mea mutetur. Et Christus hoc modo Cōparandi vsus est: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: Pro, Quod si fieret vt cælum transiret, aut in nihilum redigeretur (id quod interim impossibile est) iatamen verba mea non transirent, aut immutarentur. Aut, Citius cælos destruas, quam verba mea. Possibilis est cælos concidere, quam verba mea. 2 Secundo, hunc modū habent, vt Comparanti notam Cōparationis adponant, nō etiam Comparato, vt Esa. 57. Sicut aqua maris, quæ quiescere nescit, sed limo & luto turbatur, non est pax impijs. Hic Cōparans est, aqua maris: Cōparatū vero, impij. Habet igitur ea hūc sensum verba: Sicut aque maris quietis nesciæ sunt, sed perpetuo turbantur limo & luto: sic nulla est pax aut quies impijs, Esa. cap. 62. Sicut maritat adolescens virginem, maritabit te & filios tuos: Pro, Quæ admodū (est enim istic *וְ* Comparati nota) adolescens conubio virginem sibi iungit, sic te sibi iunget Dominus &c. 3 Tertio, istum modum habent, vt Comparato notam Cōparationis adponant, non etiam Comparanti, vt Esa. 7. Quum enim ille (Assyrius scilicet) sagittis & arcibus eō veniet, Comparans est: sed notam Cōparationis non habet, sed Comparatum, puta, Sic vepres & spinæ erit vniuersa regio. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Ecce hoc totum Comparans est, & Cōparationis notam non habet vllā. Sed quum sequitur: Sic est omnis qui ex spiritu nascitur: apertam videmus notam. Sic: Qui ergo fideliter vult vertere, Comparanti quoque suam notam addet. Quemadmodū ventus aut aër meat quo fert impetus (etiam si non interim carcerem eius vnde profectus est, aut metam quod tendit ignoremus) sic Spiritus ille diuinus, quos vult instinguit. Neque fidei lucem quisquam intuetur, nisi quum viuifico eius adflatu nouus homo creatur, etiam si nos interim nesciamus quorū hunc aut alium illustret, illum vero & illum non dignetur: aut quorū hunc mare, istum vero eundem, &c.

CONIUNCTIO.

1 Coniunctionem omitti frequens est in scriptura spiritus sancti, quam tamen vertendo poni oportet, vt Iohelis. 2. cap. A facie eius contremuit terra, moti sunt cæli, Sol, luna obtenebrati sunt, pro sol & luna. Ita & Psalmo. 4. Singulariter in spe constituiisti me, hoc est, confidenter & solitarie, vel confidenter & solus, vel singulariter & in spe. Ac si Dauid dicat: Verè hoc mihi præstitisti, singulariter & confidenter me habitare faciendi, quod in Mose promissisti, dicendo: Israël habitabit confidenter & solus.

DIVINAE SCRIPTURAE
CLYPEVS.

1 Clypeum pro fiducia per transnominacionem accipit scriptura saepe, vt Psalmo. 7. Clypeus enim quum à iaculis tueatur, fidencem reddit & securum id David Deo à expectat.

COMPENSARE.

1 Compensandi verbum. Hebraei saepe pro responderè, conciliare, implere aut absoluerè accipiunt, Esaia. 60. Compensatione mea miseris sum tui, id est, reconciliacione.

CONSCIENTIA.

1 Conscientiam, vitam dicere Paulo moris est, vt 2. ad Timoth. cap. 1. et alibi de vitæ mundicia dixisse intelligi potest. 2 Conscientia autem cauteriata de qua Paulus dicit ad Timoth. 4. Conscientiam habentes, inquit, cauteriatam &c. hoc est, vi formatam, & velut naturaliter malæ intentionis, notam huius adulterinæ intentionis stulto zelo impressam: sicut maleficis nota per cauterium imprimitur, industria & vi humana longe contraria formæ naturali. Metaphoram hanc sumpsit Paulus à maleficis, qui ferro candenti notabantur stigmati impressis cuti. 3 Conscientia diuersa quoque appellatiua in scripturis sortitur. Lucerna mentis & incorruptus iudex, ac regula iudicanda de moribus nuncupatur. 4 Est item Conscientia tortoris loco: vnde in scripturis Esa. 14. & vltimo cap. vermis ac tinea dicitur. Insuper ignis æternus, neque alia grauior mentibus contingit erynnis.

CONVOCARE.

1 Conuocare populi multitudinem. Hebraico schemate dicitur appropinquare in faciem domini: qui mos fuit conuocandi populum per sacerdotes ad dominum, præsentè quoque populo loqui dominum Mofi, Exod. 16

CONCVBINAE.

1 Hebraei per Concubinam intelligunt ancillam, viro in concubitu absque scripto & legitimis ceremonijs additam. Et proles ex tali nata coniugio nõ succedit patri in hæreditatem, sed muneribus dotari potest. Et sic Hager fuit concubina Abraham. 2 Ergo Concubinæ & pellices in scripturis non sunt meretrices seu scorta, sed vxores: verum licet generent, procreentque liberos, tamen nõ dominæ domus quibus omnia sunt commissa, clauis &c. vt Gen. 35. Sara domina legitur, Agar licet et vxor, Sarae dominio tamen subiecta fuit. Nam tales concubing siue vxores parent dominæ, vt alia ancillæ. Sic Bala sub dominio Rachel fuit, vt Gen. 30. Ingredere ad eam, vt &c. Et hoc discriminis apud Iudæos fuit inter concubinas, pellices, ancillas & matres familiæ, siue dominas domus, Ira Salomon multas habuit reginas, quibus singulis vel aulis, vel castra dedit: concubinæ illarum famulæ, & tamen vxores legitimæ fuerint. 3 Augustinus de Concubina & vxore sic scriptum reliquit: Non facile dinoscitur, quas concubina appellat scriptura,

PHRASES.

45

Iat scriptura, quas vxores: quando quidem & Agar dicta est vxor, quæ postea dicitur concubina, & Cethura et ancilla quas dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi fortè omnis concubina vxor, non autem omnis vxor concubina more loquendi scripturarum adpelletur, id est, vt Sara & Rebecca & Lia Rachel, concubinæ dici non possunt. Agar vero & Cethura & Bala & Zelpha & vxores & concubinæ. Hæc Augustinus Quæstionum super Genesim libro primo, quæstione nonagesima.

CONCVLCARE.

1 Verbum Conculcandi videmus nonnunquam ab Hebraeis pro conuersandi verbo accipi. 2 Et errare de pecoribus, pro versari aut habitare vsurpatur, Esaia. 7. Pecudes quoque istic conculcabunt, errabunt, &c.

CONIVRATIO.

1 Coniuratio apud Hieremiam capite 11. pro defectione vel perduellione accipitur, sunt enim coniunctæ: nulli enim coniurant, ni prius perduellem animum induerint.

CREARE ET FACERE.

2 Creare nanque dicitur condere & ordinare, nam in plerisque exemplaribus sic scriptum est: Facio bona, & condo mala.

3 Facere est enim, quod omnino non erat. 3 Condere autem ordinare: quod vtrunque iam erat, vt melius magisque sit. Ea nanque condit Deus, id est, ordinat, quum dicit: 4 Condo mala quæ deficiunt, id est, ad non esse tendunt, non ea quæ ad id quo tendant peruenerunt. Augustinus de moribus Manich. libro secundo.

5 Creaturæ vocabulo vtitur scriptura, quicquid fecit Deus, & condidit Deus pater, per vnigenitum filium in vnitæte spiritus sancti. Ergo non solum corpora, sed etiam animæ nostræ & spiritus, creaturæ nomine continentur, &c.

COGITATIO.

1 Cogitatio, in scripturis Cõceptio dicitur, Partus vero opus. Esa. 33. Grauidi eritis stramine, parietis stipulam, spiritus vester ignis deuorabit vos, hoc est, in caussa erit. Dominus emittet angelum, qui vos perdat. Conceptus cogitatio enim partus sunt. 2 Cogitatio cõparatur conceptui, verba & opera partui, & quales cogitationes, talia et opera, Esaia. 59. Concipitur labor, & gignitur iniquitas. Cogitabant enim Assyrj capere ciuitatem Hierusalem, sed vana erat eorum cogitatio, & opus inane. Vnde dicuntur concipere, & grauidi esse stipula, & cogitationes impias stipulas esse capaces iræ Dei, atque nos ipsi malorum sumus autores: de his Esa. 33. 3 Hæc Metaphora et David vtitur Psalmo. 7. Cogitationem conceptui, consiliorum anxiam dispositionem ac continuationem parturitioni, factum partui assimilat. En parturit prauitatem, concepit molestiam, peperit fraudem. Hæc translatione significare voluit, totos eos fuisse in excogitanda & concinanda

manda iniuria, fraude & violentia, neque aliud verasse in animo, egisse verbis, denique factu curasse, quam ut ipsum siue dolo, siue vi perderent. Pravitatem, molestiam & mendaciam pro eodem accipit, pro iniuria scilicet dolosa & violenta. 4 Hinc & Cogitationes pro malitiosis consilijs: ut Esaia primo cap. Auferte malum cogitationum vestrarum, id est, maliciosa consilia.

5 Cogitare malum in Deum, est successum rerum illi non transcribere, hoc est, omnipotentiam de eo, & quod vnus gerat omnia, pernegare: Osee. 7. In me cogitauerunt mala.

CARBONES.

1 Carbones, iuxta phrasim scripturae, increpationes & eximiam iram seu indignationem Dei signant: ut Psalmo. 17. Carbones succensi sub eo. Idem 118. & 139. Cadunt super eos carbones ignis. Hebraico schemate, pro ignitis carbonibus. 2 Vocat Propheta etiam Carbones verba legis velut vrentes animam angustia & confusione, & similibus affectibus. Id autem saepius in Psalmis. 3 Carbones nonnunquam in scripturis benefacta significant, accendunt enim cor dilectione, quantum libet frigeat. 4 Carbones in thuribulo, beneficia Dei significabant, quorum in oratione meminisse addecer, quo plenus & potentius ipsa precatio sursum fumiger, coelumque penetret Dei gratiam eblandiens. In lege autem vetitum erat, alios quam de altari Domini carbones thuribulo imponere: quod significat in oratione nequaquam nostra benefacta memoranda: quasi nostra sint tantum & non gratiae Dei, ut Phariseus ille Lucae. 15. Sed sola Dei in Christo nobis collata beneficia.

5 Prunae, quibus thus imponitur, gratiarum actio est, & enumeratio beneficiorum in oratione, quod deprecando solemus. 6 Carbones ignis, etiam beneficia siue benefacta inimicis collata, quibus prouocantur & accenduntur siue inflammantur erga datorem vel collatorem beneficiorum ad amandam. De his ignitis carbonibus loquitur Paulus ad Roma. 13. citat vero locum ex Prover. Salomonis libro, cap. 25. Si igitur esurit inimicus tuus, pascere illum: si sitierit, potare eum aqua. Hoc enim si feceris, prunas siue carbones cumulabis seu coaceruabis in caput eius.

7 Ignitos autem Carbones in caput inimici accumulare seu coaceruare, quid aliud est quam ipsum beneficijs ita obruere, & benefactis ipsum emollire, ut tandem igne beneficentiae accensus, sibi ipsi indignetur, nostrisque tanto reddatur amanti.

CIRCUMVENIRI.

1 Verbum Circumueniri, non solum decipere, verum in loco pro occupari & usurpari capitur. Paulus vsus est. 2. Corinth. 2. Ut non circumueniamur a Satana, id est, ne occupemur & usurpemur, velut ab iniusto possessore Satana. Nam *παρανοήσειν* est occupare: quod tuum non est, ut faciunt auidi & alienorum usurpatores.

CALOR.

1 Lumini vis quaedam inest caustica, ut dicitur Psalmo. 77. deum illuminatione ignis affuisse Iudaeis, dum peregre ambularent in deserto. Itaque postquam Psalmo. 18. Propheta descripsisset in quodque illos et praedicatione fuisse illuminatos, mox subiecit: cupidus quodque illos et praeceptorum dei ardentem euassisse. Non est, inquit, qui se abscondat a calore eius. Recte igitur consequitur illuminatos a deo, toto pectore illius desiderio calere, atque illud nisi appareat, nihil est quod iactemus eruditionem aut summam arcanorum Dei intelligentiam.

2 Spiritus sanctus linguis apparuit igneis, & Psalmo. 118. scriptum est: Ignium eloquium tuum vehementer.

CONSTERNARI.

1 *תַּחַת* In vniuersum significat hoc verbum Consternari, contremiscere, conturbari, commoueri, aliquando metu, nonnunquam dolore, interdum etiam indignatione. Primi exempla multa sunt Exod. 15. & Deut. 2. Item eodem lib. cap. 28. In his locis omnibus ubi consternari potest verti, scriptura habet *תַּחַת*. Secundi exemplum, ubi hoc verbo commotio mceroris significatur, habetur 2. Regu cap. 19. Tertij exemplum habetur Gene. 5. Ibi. commotionem irae. *תַּחַת* quoque alicubi trepidare & consternari significat, alicubi etiam festinare. Deut. 20. aperte metum significat. Rursus Exodi. 12. ubi de agno paschali dicitur, significat festinationem. Ita & Psalmo. 48.

CONFIGI SPINAM,

vel sagittas.

1 Deus, benignus ille pater beneficijs aliquando nos inuitat ad bonam frugem, nonnunquam poenarum metu absterret ad flagitij: atque hoc posterius si proficit, confixam iam spinam aut sagittam, corporique inhaerentem intelligamus. Recte igitur Propheta Psalmo. 31. Conuersus sum, inquit, in arumnam, dum configitur mihi spina. Vana enim & inutilis fuisse spina, nisi fuisse infixam. Sic Psalmo trigesimo septimo: Sagittae tuae infixae sunt mihi. Et Psalmo. 118. prece sollicitat deum, ut configat. Confige, inquit, timore tuo carnes meas, a iudicij enim tuis timui.

CANAAN.

1 Ex multis locis manifestum est, & Canaan mercatorem vel infortunatum in scripturis significare, ut Esaia. 23. Quis consuluit hoc super Tyrannum coronatum, cuius negociatores, principes, & *בַּעְבֵּי*, id est, mercatores eius gloriosi in terra: Osee. 2. *בַּעְעֵן*, id est, mercator in manu eius lance fraudulenta, amat defraudare. Prouerb. vltimo: Et cingulum vendidit Canaano, id est, infortunato. Sic & Soph. 2. Populum Canaan, pro populo mercatorum accipit.

CHORBAN.

1 Chorban idem est Latine quod appropinquatio & oblatio, quae nos

nos Deo appropinquamus, aut quod nos Deo appropinquare facimus, Leuit. 3.

CETE.

1 Ceté omnes grandiores pisces vocantur, Genesis primo cap. Creavit ceté grandia. 2 Per Ceté nō vna eorū piscium species intelligitur,

CLIBANVS.

1 Hunc habet scriptura morem, vt adfectionem vocet Clibanum igneum & estuantem, ac subinde vltionem & probationem, quæ igne fit prima Petri quarto: Dilecti, ne offendat estus ille &c. Et Psalm. 16. Et alibi.

DEVS.



DEVS, nomen est non personæ, sed maiestatis & magnificentiæ: nonnunquam nomen patris adijcitur, ne quis audita patris appellatione (quod & maiestatis nomen) trepideret coram eius maiestare, quemadmodū Hebræi ad montem Sina: sed quo potius prouocetur ad accedendū ad eum, quem non iam iudicem audit, sed patrem, & patrem suum: hoc est, credere debet illū per omnia nobis bene velle, siue prospera, siue aduersa mittat. Atque hæc vox pater plurimum fiduciæ, ad credendum Christianis inijcit vt 1. Pet. 1. Laudandus est deus pater. 2 Diuini homines varijs nominibus deum adpellauerunt, vt passim videre licet per vtrunque testamentum nunc dominum, nunc deum, vitam, consistentiam, patrem, fontem, lucem, omnipotentem, omnī sufficientem vocantes. Quæ tamen omnia nomina illi ex interna fide imposuerunt: nēpe, quod sic apud se de deo sentirent, imò quod re ipsa intra se experti essent, deum eorum robur esse, vitam, patrem, & reliqua. Iam ex fide, qua illi acceptum ferebant robur, vitam, reliqua, sic illi postmodum nomen dederunt, fortitudini, domino, vitæ, robori. 3 Quum ergo deum nominari audimus, nihil intelligimus quàm fontem omnis boni: liberalem verò ac minime sordidum, aut inexorabilem, sed sic largum ac sui prodigum in vsum se fruuentium, vt ab omnibus auferri, teneri, possideri gaudeat. Ac secundum ista sic semper ad opitulandum accinctum, vt vbi que succurrat, nusquam cunctetur. 4 Vnde *Dei* Græci eum vocarūt *εὐδοκῆς*, hoc est, à currēdo, quod vbiq; dū opus sit, accurrat, adsit, opē que ferat. 5 Vnde Antiquitas, nihil aliud existimabat deum, quam prodesse mortalibus, vnde frugum, vini, legum autores, & quicunque ad vitæ commoda aliquid atulissent dii vocari. 6 Tametsi ergo varia iuxta, operationem & virtutem variam, sint nomina, res tamen vna est deus, qui est dominus, saluator, robur, vita, lux, pater bonorum omnium expositus, largus, beneuolus, gratis distrahi cupiens. Hęc omnia intelligimus, quum deum nominamus. Sed iam ad Hebraicarum vocum quibus se deus vocat, proprietatem accedamus.

7 Primum

7 Primum nomen ab essendo deriuatur, aut fortasse istud verbum *איהו*, quod esse Hebræis significat, ab hoc nomine *איהויהו* deriuatur. *איהויהו* enim illis fuit significat. *איהויהו* verò hoc summum Dei nomen quadrilaterum est, quod hætenus propter sanctitatem, apud Hebræos inedicibile, hoc est, improlatum ac ineffabile manet, custoditurque. 8 Ex his omnibus hoc nobis discendum est, hoc primum esse in cognitione Dei, vt sciamus siue cognoscamus eum esse, qui natura est, qui ipse est, & à nullo accipit vt sit, atque perpetuo est. Ex quo facile liquido videmus omnia à Deo, quæcunque tandem videmus, non à seipsis esse & constare.

9 Est ergo solus Deus qui à seipso est, qui que omnibus esse tribuit, atque ita tribuit, vt esse nulla ratione, nulloque momento consistere possent, nisi Deus esset, qui omnibus tum esse, tum vita est, omnia sustinet, omnia regit. Quod & Esaias pulchre indicat. 40. capite. Quis mensus est, in quiens, pugillo aquas? & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ? &c. Hinc metus quoque Dei in pijs nascitur: mortales enim quum omnes sumus, solus Deus æternus est, non ergo morte abolerentur peccata, sed etiam post mortem penam irrogat, qui æternus est, æternam: quod enim sumus quum morimur, perpetuo sumus, siue peccatores, imperpetuum cruciamur, siue amici dei, perpetuo eo fruimur. Qua de causa Moses quum Dominum interrogabat, quo nomine vocaretur, dicebat ad eum: Ego sum qui sum: Hebræus dicit: Ero qui ero. Dei naturam exprimit, nempe quod æternus sit, & nunquam desiturus. Hinc enim spectat Deus hoc sermone, vt se illum esse ostendat, qui semper sit, nullam aut nunquam desit. Qui non ex alio, vt cætera omnia, sed à seipso sit, atque sic sit, quod nisi esset, nihil esset, atque omnia collaberentur. 10 Secundo nominat se *יהוה*, quod à robore et fortitudine apud Hebræos deducitur. Est enim Deus essentia & fortitudo omnium rerum, fons omnis bonitatis. Nam *יהוה*, quod videtur esse compositum ex *יהו* & *הוה*, sonatque qui sufficientia, ac quasi diceret: Ego fortis ille, quum sum sufficientia. *יהוה* enim qui, quæ quod: *יהוה* sufficientiam significat Hebræis. Hanc vocem Septuaginta, Gene. 17. capite & in capite 35. *θεός* transferunt. At in capite primo libri Ruth, per *יהוה* reddiderunt, idque proprie & significanter. Latinis vbi que vertit omnipotens, quæ vox Hebraica non tam apte per omnia quadrat. *יהוה* enim exprimit Deum esse tam diuitem ac opulentū, vt omnia possit (hætenusque quadrat omnipotēs) sed insuper tam benignū, tam beneuolū, vt omnes diuitias suas, omnē suę bonitatis thesaurū in nos largissime profundat, idque gratis, atque non nisi *אמנו דארי*, id est, gratuito impendi velit aut possit. Hæc vim Latina vox omnipotēs nō exprimit, sed non nihil terroris & violentiæ habet adiunctū, dum profertur. Potest enim & beneuolus et tyrānus omnia posse, qui tamē alijs id quod

id quod potest, impartiri nolit. Vnica ergo vox Latina energiam Hebraicæ dictionis vix exprimit, nisi diceret omni sufficiens, copiarum cornu: & vt Græci dicunt *ὄψον* & *ἀγαθόν*, id est, arceruus bonorum omnium.

11 Sepes fidelium dicitur, quia sicut sepes hortum à pecoribus defendit, sic Deus munit fideles suos ex omni parte, Iob 1. cap. Nonne sepes fuisti ante illum? Sic se Deus apud Zachariam futurum populo suorum murum igneum, & apud Esai. Flumen latissimum testatur. Sicque David sæpenumero deum robur suum vocat, quod omne robur, omnem virtutem sibi suppeditet. 12 Item Rupes & munimentum ab ipso adpellatur, quod ita in fide eius tutum refugium habuisset, vt hitutos se putet, qui se in præruptas rupes & loca quædam aditu & pugnatu difficilia receperunt. Iudicum sexto. 1. Reg. 22. & 24. In illis capitibus cernere licet, quomodo se David in abditissima loca dederit atque inhabitauerit, ne in manus Saulis incidere. 13 Ereptor meus, quod quum sæpe præsentibus periculis eriperet, non secus atque si quis ouem à faucibus lupi eriperet. 14 Deus meus *יְהוָה*, Deum à fortitudine & virtute inuicta significat, vt supra: vnde fortis meus legi possit. 15 Propugnator meus, & hoc à petrarum robore, in deum translatum videtur: significat autem eum esse suis præsidium, defensorem & propugnatorem, Deut. 32. Quum Moses causam velle ostēdere, quæ non vnus persequeretur mille, & duo fugarent decem milia, iuxta dei promissionem. Quia propugnatorem suum commutarunt, & Dominum reiecerunt. Sic & Anna mater Samuelis. Non est *יְהוָה* vt deus noster, Et Psalmo 31. Quis deus præter dominum, et quis *יְהוָה* præter deum nostrum? 16 Porro Clypeum vocat, quod iacula sibi hostium depulisset, qua metaphora & vsus est Psal. 3.

17 Cornu salutis, quod confectis hostibus salutem sibi peperisset, vt cornifera animalia se cornibus defendunt & contra pugnantis repellunt. Crebra & hæc in scripturis metaphora. 18 Refugium, siue exaltatio. Significat autem locum, in quo quis ab hostium insultibus tutus, ac velut super eos exaltatus manet. Quod & ipsum cum in Psal. mis, tum in alijs scripturis indeniendum legitur. in 2. libro Regum.

19 Creberrima psalmis metaphora est, deum Scutum vocare, eò qui sibi fidentes ita protegat atque defendat, vt eis cuncta hostium iacula auertat, dum efficit, vt nulla re lædantur, muniuntur autem omnibus, etiam ijs quæ in malum eorum mali intendunt.

20 Gloria mea, D. Kimhi mentē intelligit, quod ea nihil sit in homine præstabilius, & id, vnde omnis hominis dignitas consistat, sic & lux & vita nostra deus per Metonomiam dicitur, quod vitam & salutem; hoc est, lucem nobis præstet. 21 Exaltator capitis mei, Psal. 3. Caput deiciunt qui pudore suffunduntur, vel etiam grauius lugent. Erigunt qui honorantur & exhilarantur, ideo capitis sui exaltatorem David vocat, contra infestos hostes, qui dedecore, atque merore eum obrutur-

de, ac ita caput eius deicere instituerant. 22 Item *יְהוָה* hoc vocabulum *πρόσημα* habetur, quippe quod vtrovis numero singulari, aut plurali, Deum aut deos declaret, nonnunquam angelos, præclaros viros seu homines etiam admiratione dignos. Interdum principes aut iudices, vt illic: Principi tuo non maledices. Et Exo. 21. Et educat eum herus ad deos, id est, ad iudices. Et 22. Adducatur paterfamilias ad iudices magistratumque. Magni ergo sunt, & merito suspiciendi, quos Deus nomine suo dignatur. Et Paulus vocat eos ministros Dei, cunctosque eorum imperio subdit. 23 Et ne diutius in his vocabulis siue vocibus explicandis (quæ tamen in omnium sacræ scripturæ studiosorum vtilitatem adductæ sunt) immoremur, dum fideles satis intelligant, quid sit illud quod per vocē significatur, nempe Deus, robur ac fortitudo nostra, fons, & thesaurus omnium boni largus est, omniumque sua, imo se totum in sinus nostros effundit. Nam non soli Abraham Deus esse vult, & omni sufficientia, sed & semini eius, hoc est, omnibus qui patrē Abraham referunt. Nec est satis aut scire aut credere Deum talem esse, nisi scias & credas eum tibi talē esse, id est, vt Deus tuus sit. Hoc tum fit, si eum vere colis, amas, si ab eo totus pendes.

24 Similiter nomine Domini maiestatem, potentiam, scriptura intelligit, & idque familiarissimū est in Biblijs. In nomine meo dæmonia eiciet, hoc est, virtute & autoritate mea. Sic Esa. 32. Nomen Domini de longinquo veniet. i. maiestas et virtus. Exo. 15. Omnipotēs nomen eius. i. virtus. 25 Et nomen Dei quid aliud est, quā fama, laus, gloria quæ cognoscitur Deus? quod nomen iam innouit, et glorificatum, siue sanctificatum est in omni terra, prædicato Christi Euangelio. Sic fiduē qui nouerunt nomen tuū: vt Psal. 148. Exaltatum est nomen eius solius. Et Psal. 115. Laudabile nomē Domini, significat & ipsam prædicationem præconum Dei, vt clare demonstrat Psal. 101. Vt annuncietur in Zion nomen Domini, & laudē eius in Hierusalem. De hoc nomine Dei, lege ad Phil. 2. Act. 7. & 9. Psal. 2. 8. 19. 21. Ioan. 16. 26 Summa, Sicut enim Tetragrammatō, Hebræi ab essendo sumptū aiūt, quos videlicet Deum intelligunt esse rerum omnium, esse, qui; solus sit. Sic Latini & Græci per Dei nomen summum numen intelligunt, quod summum esse nequit, nisi summa essentia sit. 27 Deus Deorum, & Dominus Dominorum, nihil aliud vult his verbis spiritus sanctus, quàm in illo solo confidendū esse non alia re, aut alia vel nostra iustitia sola. 28 Dominus Dominorum, vt præter eum nihil timeas nam ipse facit mirabilia solus, ne tu cogites, te tuam salutem tuis tantum operibus consequi posse. De hoc tropo Psalmo. 135. & 143. & 49.

29 Dominorum. In pluribus locis scripturæ non semel occurrit hæc phrasī loquendi, vt Dominorum apud Hebræos, elegantissime pro Domini ponatur. 30 Deus ignis & zelotes, & ignis consumens.

Celebratur hoc dictum in Mose, Deuter. 4. & in Epistola ad Heb. 13. Et dignum est quod celebretur, ad terrendos & humiliandos impios. Duo sunt, ignis consumens, & Deus zelotes. Ignis vocatur, quod profusus deuoret, & nihil reliquum faciat impijs: nec sit quod resistere queat irae eius. Zelotes, quod eo animo sit, ut parcere non velit, qui non potest sustinere, vt declines ab eo. 31 Deum caeli timere, Hebraeo more dictum est. Cultum enim religionemque Dei timorem illi nominant, vt audiemus in litera T. Ex Esaiâ autem liquet Hebraismus iste, vbi inquit: Timent me mandatis hominum, hoc est, putant se mihi (miserimi homines) gratum facere & inseruire humanis suis traditionibus cum mea mandata rejiciant. Sic Ionas: Hebraeus ego sum, & Dominum caeli timeo, id est, colo, veneror.

32 Deum videre, & vocem Domini audire, vel cernere Deum, est cognoscere & audire spiritum, id est, percipere vocem in corde & viuificare per eam. In hanc sententiam dicit Ioan. 6. capi. Neque vocem eius unquam audistis. Iudaeos nec audisse Deum nec speciem vidisse, qui spiritu non perceperint, quo solo cognoscitur Deus, & percipitur vox eius. Vidisse enim vel audiuisse corporaliter, non iustificat. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat, testimonio Pauli 2. Corinth. 3. cap.

33 Deum laetari & contristari in scripturis dicimus. 34 Quando populus Deum sequitur, & propterea benefacit ei Deus, dicitur laetari in populo suo, non potest Deo vel decedere, vel accedere gaudium.

35 Quando autem populum affligit peccantem, dicitur contristari, vt Esa. 65. Gen. 6. praecauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Esa. 9. Propterea super electos suos non laetabitur Dominus.

36 Similiter Deum angustiatum fuisse, dicit Esa. 67. & Iudic. 10. Doluit super miserijs Israel. 37 Deus descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod praeter vilitatem naturae cursum mirabiliter factum, praesentiam quodammodo eius ostendit. Nec videndo discit ad tempus, qui nunquam potest aliquid ignorare, sed ad tempus videre & cognoscere dicitur, quod videri & cognosci facit. Vide Augustinum de Ciuitate Dei, lib. 16. capite 5, in illud Gene. 11. Descendit Dominus videre ciuitatem, quod & intelligi potest secundum eundem, quia descenderunt Angeli eius, in quibus habitat, vt in sequentibus adstruit.

38 Deum in notitia non habere, dixit Dauid, pro eo quod est, Deum praeculis (sicuti nos dicimus) non habere, vel illius cognitionem siue maiestatem suscipere, vel nihil perpendere.

39 Deum exacerbare, est Deo non credere, veluti filij Israel faciebant, cum Deus per Mosen exploratores in terram Chanaan misisset: & ipsi reuersi, & terram fertilem, & populum fortem dixissent: filij Israel Deo non credentes, in terram illam proficisci noluissent. Vnde dicit Dominus Numeri 14. Quousque mihi detrahet populus iste? &c. Et ad Hebraeos tertio, Sicut in exacerbatione &c.

46 Deus salutis & iustitiae, Tropus est scripturae vtitatus. Sic Psalmo decimo septimo. Deus salutis meae, id est, qui saluum me facit, Et Psal. 4. Deus iustitiae meae. i. qui gratiam operandae iustitiae, mihi dedit: Ita quod iustitia & salus piorum non humanis viribus aut meritis tantum, sed Deo & iustitiae & salutis auctori referantur accepta,

D I I.

1 Dij sunt & filij Dei, quibus dictum est: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, Psal. 81. 2 Item iudices & principes dij nominantur, Exo. 21. Dij non detrahes, Psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dij fortes terrae vehementer eleuati sunt, Psal. 91. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dii iudicat. Horum omnium Deus summus & maximus est vnus Deus, Psal. 49. Deus deorum Dominus loquutus est. Deus enim ipse verus, Deus fortis & Dominus. 3 Deus exercituum vel Sabaoth dicitur, ad differentiam aliorum licet non vbique. 4 Dij alieni in scripturis vocantur quaecumque alia sibi colenda, stultitia hominum fingit.

D O M V S.

1 Intelligit scriptura per domum, non solum mansionis locum, sed statum simul et familiam, in primis liberos & nepotes, ac dignitatem patrisfamilias, domumque inhabitantis, vt Exod. 1. patet. Deum aedificasse obstericibus domos, id est, dedit eis maritos & filios, vt non cogites illic aliam structuram, Et Rachel alibi dicit ad Iacob, vt difficer ex ancilla, hoc est, vt prolem ex illis accipiam, Gen. 7. Et omnis domus tua. Et Gene. 16. vt aedificet ex illa, more Hebraeo, vt pueros habeat ex ea, vt crescat & impleatur domus mea. 2 Similiter Exo. 12. Domus pro ipsa familia domus, non habitatione capitur. Decima die mensis huius, accipiat vnusquisque pecudem per domos patrias, singulis domibus singulas pecudes. Et Exodi. 1. cum domibus suis.

3 Domus pro genere siue generatione, vt domus Leui benedicet Dominum. Et Luc. primo, Domus Dauid domus Aaron, Psalmo 113.

4 Item domus pro patria & habitatione, vt Matthaei 24. capite. Stet apud Ezech. cap. 12. Domus omnem comprehendit, et aeternam & conditionem. 5 Item domum pro regno accipit scriptura, 1. Reg. 2. Fecit mihi domum. 6 Domus species, aedium ornamentum planè vxor est, vt legis Prouerb. vltimo, quae reuera pulchritudo seu species domus siue familiae est, dum prudenter datur, a Domino datur, à quo postulanda est, Prouerb. 19. Coniunx igitur Christi Ecclesia, ex Apostolorum doctrina, spolia credentium opima in Psal. 67. narratur acceptura. 8 Domus aeternitatis, Hebraei exponunt pro sepulchro & plangentes pro amicis portantibus funus ad sepulturam. 8 Domus Dei, ad literam locus corporalis est, in quo ad colendum Deum conueniebatur. Qualis fuit ille, in quo Cain & Abel obtulerunt, & verbum dei audierunt, qualia fuerunt postea omnium patrum, Abraham, Isaac, Iacob,

Noë donec ad Mosi tabernacula & templum Salomonis ventum est. Et nunc in plurimas eas deniq; magnificas Ecclesiarum fabricas atq; aedes sacras. Sic de domo Dei, vel tēplo eius sēpius canit David Psal. 5. 121. 137. Et ita locus domus Dei vocatur, propter populum, qui vere est templum Domini. 1. Corinth. 3. 2. Corinth. 6. Ephes. 2. 9. Tempula autem Christianorum in hoc potissimum sunt extructa, ut in eis commodius ad verbum Dei audiendum, mysteria celebranda, & ad communes preces vnanimiter fundenda administrandaque fidelibus Sacramenta conueniretur. Aliàs templum Christianis est torus orbis, & nusquam non orare, & Deum colere spiritu & veritate licet, ut scilicet coli vult: quemadmodum Iob oravit in sterquilinio, eiusdem. 2. Daniel in lacu leonum, eiusdem 6. Ionas in ventre ceti, eiusdem 2. Sulfanna in pomerio. Manassēs in vinculis ferreis. Christus in loco deserto, Marc. 1. In monte, eiusdem 6. Id quod & Paulus vult 1. Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco &c. Vide magnum Basilium in oratione de exhortatione ad Baptisimum. 10. Item pro Ecclesia catholica, & quorumlibet piorum cordibus, ut supra, &c.

DEXTERA.

1. Omnium ferè vnanimis est sententia, brachio & dextera Dei, significari potentiam & virtutem Dei: sumpta ex hominibus Allegoria, qui dextera pro membro organoq; corporis maximè operoso & potentia valido vruntur. Hinc Esaiā 53. Christum appellat brachium Domini. Et Psal. 97. Saluabit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius, sed de brachio superius auditum est. 2. Vnde à dextris esse, aliquando idem est quod auxiliari, astare, adiuuare. Sic Psal. 15. Quoniam à dextris meis est, ut non commouear, id est, auxiliator meus, siue auxilio est. Psal. 118. Qui afficit à dextris pauperis, ut saluum faceret à persequentibus animam meam. 3. Hinc & à dextris & sinistris, pro omni genere armorum, 2. Corinth. 6. 4. Ceterum scriptura per sedere à dextris, principibus, intelligit proxima ab eis potestate fungi. Id certà intelligebant filij Zebedæi, cum peterent à Christo, alter à dextris, alter à sinistris sedere. Iam Christo etiam homini parer potestatem omnis carnis, ut det aeternam vitam omnibus, quos ei pater dederit, Ioan. 11. & non solum hoc, verum extulit eum super omnem quoq; potestatem Angelicam, Ephes. 1. Hinc dicitur eum euersisse & collocasse ad dexteram suam, ut videas idem quod æqualem esse, & eiusdem potestatis, ut Christus ad dexteram patris, hoc est, patri æqualis esse per omnia, ut sit ad dexteram Dei sedere, in eadem gloria maiestatis diuinæ esse, & super omnia regnare, tam late dominari quam late parer dominatur. Quomodo Christus iubetur sedere à dextris Dei, Psal. 109. Sede à dextris meis, id est, rex esto, ut ego, super omnia potens in cœlo & in terra, Matthæi vltimo, Psal. 8. & 71.

5. Est etiam per Allegoriam dextera Dei vita aeterna, sicut sinistra eius

eius propter crucem, id est, tentationis & tribulationis, est vita præfens. Sic in Canticis: Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. 6. Aliàs sinistra eius, damnatio est aeterna, Mat. 25. sicut dextera sanctorum saluatio. 7. Porro ad dexteram siue ad sinistram aliquoties certitudinem termini & locum præfixum ac constitutum exprimit. Sic enim loquuntur Hebræi, Gene. 24. Ut vadam ad dexteram siue sinistram. q. d. ut sciam quid mihi porro sit faciendū. 8. Dextera virtus & robur Dei est. Sin ad dexteram, iam dextera sedes est beatitudinis. Sic enim scribit August. de agone Christi, cap. 25. Dextera parris, est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur. Sicut sinistra eius rectissime dicitur perpetua miseria, quæ impijs datur, &c. Hæc ille. 9. Dextera ac sinistra, pro vna & altera, Mat. 5. Quemadmodum in alia quadam parabola, quina talenta posuit pro plurimis doctibus, duo pro mediocribus, vnum pro minimis. 10. Dextera Mosi, dicitur virga, quam Moses dextera manu tenebat, Exod. 3. 11. Dextrum quoque in Salomonis sententiarum capit. 4. ut ibi. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram, significat impiam securitatem, & fiduciam tuipsum, & addere verbis Dei, id est, ea pro cultu Dei habere, quæ Deus non mandauit. 12. Sinistrum vero desperationem, vnde relinquitur via media, Regia & recta, quæ est vera cordis in Deum fiducia. 13. Ad dexteram declinare, aliquando est verbis Dei addere. 4. Ad sinistram flectere, est verbis Dei demere, aut ea abijcere contēnendo, quæ sunt prohibita, Deut. 12. 15. Porro Media & regia via gradi, est solo & puro Dei verbo per animi sententiam & cordis fiduciam adherere. 16. Denique tentatio duplex est, A dextris & à sinistris. A dextris tentamur, quum abundant carnis felicitates, sanitas, diuitia, maiestas & gloria. Tentamur & à sinistris, cruce, afflictione, & id genus malis, de quo & paulo antè exemplum habes Iob. 17. Ad hoc Matthæi 6. prætare eleēmofynam in occulto, ut sinistra nesciat quid dextera faciat. Hyperbole cum Metaphora est, nihil aliud significans, quàm nolle ob beneficentiam hominibus esse admirationi & ostentationi, ut spectemur, sed vni Deo velle probari & respici. 18. Dextera iniquitatis, est doctrina mendacij, infidelitatis, quæ videntur recta ab eis facta, quæ est vanitatis, doctrina dæmoniorum, in hypocritis loquentium mendacium. Nam doctrina eorum contra veritatem, & dextera eorum falsitatis, id est, nihil boni faciunt, & quicquid boni facere videntur, est mera hypocritis, qui bonis huius temporis, & ornati sunt, & abundant, id quod suam æstimant beatitudinem. Psal. 147. Quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. 19. Nonnunquam Dextera pro meridie Hebræis accipitur: ut Psalmo. 89. ait. Aquilonem & meridiem condidisti. Thabor & Hermon nomine tua ouant. Vocat dexteram, meridiem, hæc enim plaga dextera mundi censetur.

DIVINAE SCRIPTURAE

ferur, occidentem verò Thabor, orientem Hermon, eò quod ille ad occidentem, hic ad orientem situs sit, præcipui montes in terra Israël.

DECLINARE.

1 Declinare à Deo, est dicere in corde suo non esse Deum, iam & esse Deum negant, quales sunt qui quacunq; in re dubia impatientes diuini operis diffidunt Deo, & ad humana præsidia confugiunt.

DIES.

1 Dies dicitur, non tantum morula solis super terram, secundum quod aliud est dies, aliud nox, sed etiam totius eius circuitus ab oriente vsque ad orientem, secundum quod dicimus: Tot dies transferunt, cum suis enim noctibus dicuntur tot dies, nec extra reputantur spatia noctium. Aug. lib. 11. Confess. cap. 25. 2 Item Diei nomine omne tempus significari, lib. 2. contra Mani, cap. 3. de primo cap. Gene.

3 Dies nouissimi dicti etiam dies Apostolorum,

4 Dies Hebræi familiariter vsurpant pro hora ipsa, & articulo ipso temporis, de quo fit sermo Esaia. 2. In die ultionis projiciet homo idola &c. 5 Similiter pro iudicio Paulus vsitur. Et crebro in prophetis, prope est dies Domini, Job cap. 24. Qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius, & cap. 18. Super diem illius obstupescunt.

6 Item diem nonnunquam accipiunt Hebræi, pro relatione, & resumptione prædicti temporis. Esa. 9. In die Madiã. Tantum pollet, quantum si diceret: Quemadmodum olim à Madianitarum tyrannide suos adseruit Deus &c. 7 Ad eundem igitur modum, diem pro tempore ipso & constituto innumeris locis legimus, pro ipso tempore acceptum, vt Gen. cap. 2. In quacunq; die comederis ex eo, id est, quancumq; tempore ac momento. 8 Die interdum scriptura vsitur pro vita præsentem, vt: Oportet me operari, donec dies est, Ioã. 9. 9 Et quoque vitam iustorum futuram, iam enim in umbra sumus, per speculum, & in ænigmate videntes Deum, tunc autem in claro die, & sicuti est. 10 Aliquando fidem & cognitionem Dei, vt 1. Thess. 5. Omnes vos filij lucis & diei estis. 11 Quandoque prosperitatem Dei que benignitatem. In die mandauit Dominus misericordiam suam. Item: Deus meus clamabo per diem, nec exaudies.

12 Sicut e contra per noctem, omnem tribulationem & aduersitatem intelliges, Esaia. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. 13 Sæpenumero vitæ probitatem spectatam. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus &c. Ro. 12. 14 Dies pro annis accipitur, Ezech. 4. Et ego dedi dies iniquitatis. Et ver. 6. eiusdem cap. iubetur incubare super dextrum latus quadraginta diebus, pro annis quadraginta. Et à diebus in dies Iudic. 11. id est, ab anno in annum veniebant filia. 15 Dies domini, interim pro fatali cuiusq; hominis hora, interim pro tempore vindictæ, quam de nobis quotidie Deus sumit, interim autem pro vniuersalis iudicij

PHRASES.

dicij die capitur, vt Esaia. 24. Iudicium siue diem Domini, & quotidianum & vltimum significat: quæ enim in eo capite dicuntur, temporibus & sæculis, tum præsentibus, tum futuris, tum deniq; vltimo diei conueniunt, Hebr. 10. Et in omnibus sacris scripturis generaliter omnem vindictam & vltionem Domini significat, quomocumq; tandem fiat, siue singulatim, siue generaliter, siue ante vltimum illum diem, siue generali illo & vltimo die, 1. Corinth. 15. Is dies Domini & Christi dies omnino in literis sanctis dicitur, aliud non est, quam dies reuelationis iusti iudicij, in quo cuiusque conscientia peculiariter Christus comprobat se esse Dei iudicij, iuxta Malachiam. Sic dies speculationis. 16 Sed de die Domini vel Christi, quo plus lucis appareat vel adfulgat, obscuriores scripturæ locos perspicimus. Quum Christus Ioan 6 sic loquitur: Omnis qui cognoscit aut videt filium & credit in eum, habebit vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Hic vltimus etiam dies pro fato cuiusq; accipitur. Atq; iterum quum Martha fatetur se admittere, quod Lazarus frater eius resurrecturus esset in nouissimo die, hic nouissimus dies pro vniuersali die capitur, non pro cuiusq; fatali. Secundæ acceptionis exempla per omnem scripturam sæpiuscule in Prophetis occurrunt. Sub qua istud quoq; 1. Corinth. 3. comprehenditur: Ipsa dies indicabit quidque quod igne reuelatur. Nam hic quoq; dies pro afflictionis momento accipitur, non pro vltimo die, Esa. 13. Quoniam prope est dies Domini. Significat aduentum vltionis diuinæ, Esa. 61. non ponitur pro momento, quum in nos animaduertit Deus, sed pro eo, quum de hostibus nostris, & præteritum de aduersario nostro diabolo vltionem capit Propheta: Diem vltionis Dei nostri. Et Hiere. 46. Dies autem illi Domini Dei exercituum, dies vltionis &c. Vltimæ verò acceptionis tot sunt exempla vt eorum vi reliquæ duæ acceptiones absorptæ. Et fermè per omnem scripturam dies Domini, pro vniuersali iudicio acceptus. Quæ Christus apud Euangelistas tres Mattheum, Marcum, Lucam, de die Domini, de quo discipuli percontabantur, disseruit: interim de vrbis, interim de orbis excidio res ipsa cogit intelligere. Sic cum dies Domini omne tempus diuini aduentus (vt & supra patuit) significet, siue ad vindicandum peculiare tum populos, tum homines, siue ad iudicandum vniuersum mundum veniat. Fit vt pro sermonum & sententiarum varietate eadem loquutio aliter atque aliter accipiatur.

17 Hinc in die illa, Esaia. 27. quoque variè hac loquutione Hebræi vsuntur aliquando pro eo tempore referendo, de quo antea mentio facta est, vt superius indicatum est. Aliquando pro quodam tempore certe quidem isto, sed indeterminato, vt cum ponitur pro vltimo die, certum quidem est eum fore, sed post quot annorù curriculum, id quidem cunctis ignotum est, Esa. 38. In diebus illis, pro incerto definito q; tempore. Et erit in die &c. Quæ loquutio certum tempus, quauis non

definitum, Hebraeis in loco significat, Esaia decimo quarto.
 18 Porro in diebus illius, idem est quod regnante illo Esaia 7. Et factum est in diebus Ahas, nihil aliud est quam regnante Achazo. Ne forte nugeris cum Origenistis, qui bonis tantum viris dies tribuunt. Ecce & Ahas dies habet, licet non crediderit. 19 Sic in diebus vestris, apud Abacuc 1. capi. idem est quod seculo ipsius. Nisi dicere libet more Prophetico de re futura, certitudinis gratia, tanquam de presenteloquutum, ut sit in diebus vestris idem quod vestrae posteritatis aetate. Quae expositio locum alicubi habet, ut Mala. 3. Accedam ad vos &c. in persona Dei iudicis dicuntur, qui est Christus. Haec in compluribus locis scripturae reperies. 20 In postremitate dierum, iuxta linguam phrasim, est idem quod in postremo vel nouissimo tempore dierum in quibusdam locis scripturae vocantur, in quibus nasci & pati debebat Christus, nimirum plenitudo illa temporis, ad Gal. 4. Eph. 1.
 21 Quoties in scriptura legis: In nouissimis diebus, aduentus Christi docetur. Lex enim & Prophetae usque ad Ioannem. Omnia enim impleta sunt, & nihil reliquum, quam quod expectetur Christus in iudicium. Esaia 1. Erit in nouissimis diebus, vel in postremitate dierum.
 22 Tota die, apud Psalmographum idem est quod perpetuo & iugiter, Psal. 37. Tota die contristatus ingrediebar: Item tota die expandi manus meas. 23 Sic die ac nocte, Tropo quodam scripturae, pro assidue, sine intermissione usurpatur, Psalmo 1. Et in lege Domini meditaberis die ac nocte. 24 Item per diem, Paulus in Romanis intelligit Euangelion, quod nimirum dies ille est, quo corda & animae illustrantur. 25 Contra, per noctem intelligenda est omnis doctrina quae non est Euangelion. 26 Hinc per diem hunc, vel per hodie, in Esaia omne tempus a primo aduentu in secundum usque CHRISTI aduentum accipiendum est, Esaia duodecimo cap. Dices in illa die, pro tempore redemptionis. Sic in scriptura: Haec est dies quam fecit Dominus hodie, &c. Nam prima resurrectio nostra ad vitam Adae & sapientiam mundi comparata, hoc est, & sola sapientia & tanta claritas, cui etiam se iste sol non auit conferre, Esaia. 14. capi. Propterea nostrum tempus post CHRISTI resurrectionem, in scriptura vocatur tempus acceptum, dies salutis, 2. Corinthiorum 6. Esaia 49. capit. 27 Item duos dies habes, Psal. 94. diem exacerbationis & irritationis diuinae maiestatis, & obdurationis humani cordis. Diem quoque, quando auditur vox Domini, & non obdurantur corda. Illa dies legis est & ira, in his qui errant corde, id est, non credunt. Quos duos dies eleganter expressit Paulus ad Hebr. 3. & 4. cap. 28 Item dies visitationis & inspectionis Dei, est cruciatu impiorum. Nam solo suo aspectu intollerabili Deus discruciat impios, sicut Abacuc 3. Alpexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seguli. Sic Exod. 3. respexisse legitur, solum supra castra Aegyptiorum.

29 Dies

29 Dies vnus, mille anni ante oculos tuos tanquam vna dies, Psalm. 89. 2. Petri. 3. Scriptura diem a vespera incipit, & mane finit, hoc est, vespera cum sequente nocte vna diei dimidietas est: altera, mane cum sequente die. De naturali namque die scriptura loqui solet.
 30 Et Dies reuelationis, Roma. 2. In die irae & reuelationis iusti iudicij, iudicium extremum significat. 31 Dies regis dicebatur, quo die rex inauguratus esset, is solennis habebatur, Hosea. 7. Dies regis nostri, coeperunt principes incallescere vino. 32 In dies venire, loquutio est Hebraica. Sic Genesis decimo septimo cap. Erant ambo senes prouecta aetate. Hebraice ita: Abraham & Sara senes scilicet erant, venientes in dies. 33 Dies annorum, quoque schema apud Hebraeos est non inelegans. Nam hi qui tot malis adfliguntur, quem admodum Iacob Gene. 41. numerat diem ex die, saepe vna dies annus esse videtur sic hoc cap. Gene. Dies annorum vitae meae seu peregrinationis. 30. centum anni, pauci & mali fuerunt dies annorum vitae meae. 34 Dies retributionis dictus est, in qua retribuet dominus unicuique secundum opera sua, id est, iudicium. 35 Diei malitia, vel dies mali, sunt vitae huius incommoda & crux quotidiana, ob peccatum nobis imposita, Matth. 5. & Psalm. 93. Et Ephes. 5. Paulus dies malos vocat, non propter tempora quae a deo creata sunt bona, sed propter ea quae in temporibus quibusdam hominibus accidunt. Sic Paulus appellat. Tempora periculosa, 2. Timo. 3. cap. 36 Contra, Dies boni, vitae tranquillitas: ut Gene. 3. Prius ducebant & habebant dies bonos. 37 Item, Dies antiqui, significant in scriptura generationes seculorum, Esa. 51. Confurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. 38 Et Dies pro tempore, Esa. 3. Dies temporum. 39 Item, sanctorum scripturarum intelligentia, ut in Petro: Donec dies elucescat, &c. 40 Dies & dies tertius, pro tempore longissimo accipimus, Osee. 6. cap. Viuificabit vos post duos dies, in die tertia suscitabit vos: quia ternarius numerus repetitur. Indefinitam vitam continuatam alias quoque significat, Esa. 6. cap. 41 Dies statim ac solennes, Hebraeis ימים מועדים dicuntur a contestatione atque admonitione, a verbo יעץ id est, testatur est: quarum dierum frequentissima est mentio in sacris literis. Earum itaque Sol et Luna indices sunt: ad solis enim ac lunae cursum, huiusmodi dies celebrantur ac repetuntur Gen. 1. 42 Dies festus ac solennis domino, tempus vltionis vocat scriptura, ut apud Osee. 8. & 9. Dies carus. Sic namque ait Vates: Quid facieris in diebus castus in die festo domini: quo similiter eadem populi intelligit, quod in eo maiestas potentiaque illius declararetur, quem admodum a pio populo diebus festis, ritibus & visu ceremoniarum, officio se ferri voluit. Similiter Sacrificium magnam, hominum cedens significat, Sopho. 1. Hac metaphora vsa est scriptura, cum alias tu Esa. 34. Gladius domini plenus sanguine, &c. quoniam sacrificium domini in Bat

G 5 zarah

DIVINAE SCRIPTURAE

zarath. Ad eundem ferè modum legitur Hierem. 46. Item de excidio Aegypti Ose. 9. vt superius. 43 Dies humanus in scriptura, est magni esse apud homines, alijs præferri & celebrari insigni aliquo nomine. Sic Hieremias de humano die loquitur cap. 17. Humanum diem nuncquam desideravi, scis domine. Q. d. Impingunt quod noua prædicem, nominis desiderio et celebratis apud homines, sed tu scis scus se habere, & humanum diem hunc, vt apud homines conspicuum habere, me nunquam quæsiisse. Sensus idem dicit Christus, Ioann. 5. Gloriam ab hominibus non accepi, id est, nõ quæro vt me homines magni habeant & celebrent. Et eodem capite de Ioanne dicebat: Ad horam voluisti exultare in lumine eius, id est, quæsiuisti Ioannis testimonio illustrari & reddi nobiles, quo breui huius vitæ tempore, quæ horæ similis est, apud homines alicuius nominis vel celebratis fuissetis haberi, id erat studium vestrum. Sententia Pauli idem est, quum ait: Mihi vero pro minimo est iudicari à vobis, aut humano die: perinde est ac si dixisset: Nullius facio, neque tantillum me mouet iudicari à vobis, hoc est, vestro iudicio alijs præferri, & primas mihi dari, haberi, lucem, famam ac nominis celebritatem. Vocat autem hunc diem humanum, quod ab hominibus veniat & cum hominibus transeat, ac si dicat: Humana homines quærunt, nos Christi ministri sumus, & dispensatores ministeriorum Dei. Quare item probari nos oportet à deo & domino nostro Iesu Christo. Huius diem & iudicium non moramur, à mundo nos prædicari & extolli, nobis pro nihilo est. Summa: Dies humanus nihil aliud est, nisi calculus & iudicium, imò adprobatio ipsa, & spectatio humana. 44 Dies bona. Mos fuit veterum, vt quum tonderent oues solenne instituerent conuiuium, & amicos quosque ad illud inuitarent: vocabantque diem illum, diem bonum, id est, solennem. 45 Dies carnis, schema est in epistola ad Heb. 3. Qui in diebus carnis suæ. Ne putes Christum carnem reliquisse vnquam eo quod hic sit, in diebus carnis, hoc est, quum adhuc mortalis esset & humiliter versaretur inter nos, vt sit æmulus deorum preces cum supplicatione significat, *inertia* vehemens & in humilitate oratio. 46 A diebus illis, Idiotismus est Hebraicus, idem est quod quotannis vel per singulos annos. Incipiendo. s. à diebus illis. Et reuoluto anno, rursum in illis diebus celebrare Passah. 47 Et Leuitici. 23. Rem in die suo, primum quodque sacrificium offeretis in die suo. Nam quum annus diebus constat, vtuntur nimirum Hebræi diebus in pluratiuo pro annis, Exod. 12. patet. 48 Tribus diebus nemo mouit se de hoc loco in quo erat. Hebraice: Nemo surrexit de sub se, Exodi. 10. Omnia per hyperbolen dicuntur, neque enim immoti stabant homines, sed ad opera & negocia sua nemo exire poterat. Sic Exodi. 16. capite. Maneat quisque sub se, id est, nemo exeat de habitatione, hoc est, de ciuitate aut habitationis loco. 49 Dies & hora, pro tempore nonnunquam

PHRASES.

quam vsurpat Augustinus. Hesyechius quoque de tempore secundi aduentus: sic D. Ioannes horam nouissimam appellat. 50 Item per diem vnum, mille annos accipi. Vide Augustinum ad eundem, de summo mundi die, epistola, 80. 51 Item, Vt est dies hæc, pro, vt testatur dies ista, vel, vt omnibus hodie notum est, Deute. 2. 52 Diei maledicentes, dicuntur quibus grauis est vita sua, ita vt in maledicentiam prorumpant: vt Iob 3. Faciebant autem hoc & lamentatrices & Threnistæ in funeribus.

DIMIDIARE DIES.

1 Impij etiam Nestoreos annos viuentes, dimidium annorum non attingunt. Nam quando mortis proflus sunt immemores, multa moluntur, multa proponunt animo, & machinantur in bonorum virorum perniciem. Itaque mors inopinata, semper opprimit multa cogitantes, & nondum paratos: quippe multas technas etiamnum struit, quæ aliquot annorum centurias desiderant, quo plenius absoluantur. Hoc est quod spiritus sacer Psalmo. 54. his verbis explicat: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.

DOCERE.

1 Docere nonnunquam est in scriptura idem quod ordinare, instituire. 1. Cor. 7. Vnicuique sicut vocauit Deus, ita ambulet: & sicut in omnibus ecclesijs doceo. 2 Item quum fundamentum fidei ponitur, & his prædicatur, qui nihil adhuc huius nouerunt. 3 Exhortari autem vel admonere, vt. 2. Pet. 1. Est prædicare his, qui ea antea audierunt & didicerunt, vt graniter illis incumbant: & excitare eos ne cessent, sed magis vt viriliter pergant & proficiant.

DOCTRINA SANA.

1 Doctrina sana est forma salutarium verborum. Sic Paulus docet 1. Timotheum 1. Formam habens sanorum verborum, quæ à me audiisti in fide & dilectione, in Christo Iesu. Ad Titum 1. Episcopus vt potens sit exhortari in doctrina sana, &c. Et alibi: Erit tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt. Sana ergo doctrina non est, quæcunque non est secundum formam sanorum verborum, quæ nobis in sacris literis prodita est.

DILECTIO

1 In scripturis sacris non in vno loco pro amore Dei & proximi accipitur. 2 Apud easdem scripturas sacras in bono & in malo indifferenter accipitur, Augusti. libr. 14. de ciuitate Dei c. 7. ita habet. Scripturas religionis nostræ quarum auctoritatem cæteris quibuscunque literis anteposimus, non aliud dicere amorem, aliud dilectionem vel charitatem, insinuandum fuit. Nam & amor in bono dici iam ostendimus, Christi Lucæ. 7. peccata remittendi virtutem dilectionis tribuit. Remittuntur ei inquit peccata multa, quoniam dilexit multum, Idem inuenias in scriptura Pauli. 5. ad Galatas. 2. Apocal. 1. dilectio significat

DIVINAE SCRIPTURAE

significat amorem, quo Deus nos, ut eius filij efficiamur, cōplectitur, quo etiam diuina sua beneficia tam spiritualia quam corporalia nobis communicat. 3 Alibi etiam significat amorem & charitatem ac pietatem, qua nos ipsum Deum amamus. 1. Ioann. 4. Non quasi nos prius dilexerimus eum, sed quia ipse prius dilexit nos. Vide Augusti. lib. de spiritu, & litera capite. 32. ubi interpretatur hunc locum de eo amore quo ipse Deus sui nos dilectores fecit.

DIVITES.

1 Diuites in scripturis significant feroces, potentes, aliena rapientes, iniusta lucra quærentes, ex aliorum sudore viuentes, præterea sua merita iactantes & suis viribus confidentes, ac se aliquid putantes, quum nihil sint: quos scriptura diuites, id est, saturos sua iustitia vocat, ut Psalmo. 71. Quia liberauit pauperem à potente, hoc est, diuites. Sicut et Maria cantit: Et surientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, Psalmo. 33. Diuites egerunt & esurierunt, Hebræus videlicet textus habet: Catulus leonum, Sic diuites adpellat. 2 Diues spiritu dicitur, qui corde opibus non adfixus est, siue harum copia ei vel inopia sit. De hoc Propheta Psalmo. 63. sic ait: Diuitiæ si adfluant, &c.

DERISORES.

1 דַּרְסוּרִים, derisores vel malitiosi, R. D. Kim. dicit esse astutos & ad ledendum callidos, tum arrogantes, quorumque studium sit alios infamare & secreta reuelare, atque ita cōcordiam labefactare, hoc est diabolos agere, sycophantas & perperos quosdā homines insigniter malos, & ad laceffendum alios non minus appositos, quam percupidos, De quibus Psalmo primo.

DECALVARE.

1 Decaluare est confundere, erubescere, tondere. Nam coma decorum virginibus & mulieribus addit. Vnde Esaiæ. 3. Decalua-bit dominus verticem filiarum Sion, & erit pro crispanti crine caluitium. Micheæ. 1. Decaluare & tondere super filios decimarum tuarum. Dilatat caluitium tuum, &c. 2 Significatur autem comis sacerdotium dei, cui festæ epulæ, dies celebres commissi sunt, ad publicam populi læticiam & laudem Dei, Quid autem significet Caluitium, vide supra.

DICERE.

1 Dicendi verbo frequētissime et varie vtitur Hebraica lingua, maxime vero Moses in Exo. 2. &c. 3. & innumeris locis pro cogitare, deliberare, & statuere: vt, Dixit vadam, hoc est, intra se cogitauit. Et sæpius in Genesi cap. 4. Sic dicēs, id est, cogitans. Possedi hominem per Desi, vel cum Deo, hoc est, Dei bonitate: nam Hebræi varie vtuntur suo דָּן, vel per Deum. Sic Eva quum peperisset filium Cain, dicebat: Pof fideo iam eum, ecce teneo eū, ecce adeft, quem mihi pollicitus est Deus inueni, nactus sum hominem per deum. Ita enim intellexerant Adam & Eva promissionem, Id quod Latinus interpres sæpius in Euange-

liographis,

PHRASES.

54

liographis, intra se dicere verit, pro cogitare & reputare, Matth. Dice bar enim intra se, id est, secum cogitabar. Vnde eiusdem. 16. At illi cogitabant intra se. 2 Pro consilium capere, Esaiæ. 42. Facti sunt, nec est qui dicat, id est, cogiter, consilium capiat. Esaiæ. 36. Aut ne sic temere dicetis, id est, cogitatis. Esaias: Audiui vocem dicentis, id est, de-liberantis. 3 Item Dicere pro putare, Rom. 1. more Græcanico: Di-centes se esse sapientes, id est, putantes. 4 Dicere autem Dei, velle Dei est, operari est. Gene. 1. Et dixit Deus, quasi diceret Moses: Volun tatem suam deus externa operatione prodidit. Atq; quū dixit, statim facta & dicto absoluta sunt. Nam mox sequitur: Et factum est ita. Sic etiam de Christo legimus Matth. 7. Dic tantum verbum, & sanabitur: quibus verbis Christum dei filium & virtutem solo verbo mēderi valentem, ingenuè confelsi sunt. 5 Item Dicere idem pollet quod mandare, promittere, concedere, cognoscere, credere, fidere, iu-bere, monere, sicut & Latini: Iubet saluere, & dicit. 2. Corinth. 4. capi-tur. Esa. Sic dixit Dominus, id est, promisit. Et Paulus. 1. Corinth. 12. Nemo potest dicere Dominū Iesum, id est, credere, fidere &c. Alioqui & impij nominant siue inuocant. 6 Item Dicere pro quærere aut deprecari apud Hieremiam: A ieculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti. 7 Et Dicendi verbum pro vulgo sentiendā accipitur, vt Hiere. 3. Vulgo sic dicitur, hoc est sentitur. 8 Item In ius dicere περιφρασηκώς ponitur pro imperare & primas tenere, vt innumeris locis declarandum esset, si tempus suppeditaret. 9 Porro Hęc dicit Dominus, Hebræis ac Prophetis familiaris isthęc particula, qua inserunt Dei personam. Vnde & Moses crebro ait: Hęc dicit Do minus, quo videlicet & maior fides dicti haberetur, & Prophetarum factus minus cresceret, vt supra in litera A, quoque declaratum est. 10 Deinde Dicere in cordibus vestris, est idem quod prudenter dicere quod dicere vultis. Nam & hoc Tropo vsus Christus, ad Iudā dixit: Quod facis, fac cito, id est, quod vis facere, seu etiā proposuisti facere. Ita Psalmo. 5. Quæ dicitis, id est, qui vultis dicere in cordibus vestris dicite, quæ impatentia iræ stulte vultis dicere, vt meditatione cordis prudenter sapienterque dicatis.

DARE.

1 Dandi verbo satis eleganter apud Hebræos vtuntur pro intermit-tere, relinquere, omitttere, reddere, facere, donare, deponere, vertere: vt Numeri. 21. Neque dedit Sion Israëlem præterire per terminum suū, hoc est, non permisit. 2 Et pro mutuo vel accommodato dare. Exod. 22. 3 Item verbum Dandi accipiunt pro verbo ponendi & rursus verbum ponendi pro dandi: quod recte Latinus interpres ob-feruauit Gene. 17. Ponamque fœdus inter me & te: vt diceret ponam, non dabo: tamen si quædam exemplaria habeant dabo. Nam dare fœ-dus Latinis in vsu non est, sed Hebræis frequens,

4 Etiam

DIVINAE SCRIPTURAE

4. Etiam In loco dare pro deicere ponit. Esa. 41. Vt gladio suo des, id est, deiciat, proiciat. Suetonius quoque significatione hac usus: Aquila (ait) coruos ad terram dedit, id est, proiecit ad terram. Et Hier. 5. Et dedit eum in neruū, id est, coniecit. 5. Dare siue redigere in acervos, loquutio est proverbialis, idem sonans quod destruere, demoliri, diruere ac dissipare: qua nō in vno loco vritur prophere. 6. Observabit igitur diligens interpres que cuilibet linguæ propria ac peculiaris sunt, he linguarum proprietates ac idiotismos cōiungat. Sūt enim quædam loquutiones Hebræis tam propriæ tamque familiares, vt in alienam linguam transferri nullo pacto possint, quin omnem gratiā, omnem venustatem amittant. Quod de Hebræis dicitur, de qualibet lingua intelligendū est. Habet enim quæq; sic suos Idiotismos, sic sua Schemata, vt alterius esse non possint. 7. Sed vt ad verbū Dandi revertamur, ipsum aliquoties pro existimandi aut putandi accipit Hebræus, vt Gene. 42. Et dedit nos sicut exploratores terræ. Vult ergo se exploratores terræ indicatos & habitos. 8. Præterea dare aliquando significat nuptui dare. Sic Gene. 29. ad veritatem Hebraicam: Non sic fit apud nos, vt detur minor ante primogenitā. Pro quo Latinus interpres: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. 9. Sic Gene. 35. Dare & accipere connubia, & matrimonia coniungere significat. Sic capite allegato: Dare quæsiō emi filio meo in vxorem. 10. In caput dare iuramentum. Loquutio isthæc apud Ezechielem cap. 17. versu. 19. reperitur. Sic ait Propheta: Vivo ego, si non iuramentum meum quod sprenit, & fœdus meum quod fregit, & dabo ipsum in caput eius. Iurat Dominus perfidiam in homines vlturum se, ranquam in se peccatum sit. Dicit enim suum iuramentum, quo fidem Babylonio obstrinxit, quia nomen suum in vanum per illud assumptum, ita vt veniat super caput, periuri imprecatio, quæ נִשְׁבַּח dicitur, & solennibus fœderibus adiungebatur. Qui non steterit cōditionibus illis, sic aut sic eueniat, scindat in frustra &c. Hieremiæ. 31. Inde prouerbiū etiam in alijs rebus: Redundare in caput, recidere mala in caput autoris.

DORSVM.

1. Dorsum ponere, aut in dorsum dari, fugare est, & ita propulsare hostem, vt tergum illius appareat. Psalmo. 17. Inimicos meos dedisti mihi in dorsum. Et Psalmo. 20. Pones eos dorsum. 2. Cæterū quando tergis hominum & iumentorum imponuntur sarcinæ, non inepte itidem dorsum ad labores & molestias describendas videtur esse accommodatum, vt Psalmo 128. Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores, id est, affixerunt me, & pœnis adfecerunt. Et allegorice est. 3. Dorsum incuruari, est deprimi opinione vel conscientia. Nam qui carent verbo spiritus illuminante, hi semper ex alio errore alium patiunt. Et qui carent verbo consolatorio gratiæ, hi subinde aggrauntur alijs

PHRASES.

vtur alijs & alijs peccatis, Ephē. 4. Sic gentes ambulānt in vanitate sensus &c. Rom. 11. Et dorsum eorum semper incurua. In Hebræo legitur: Lumbos eorū fac nutare, seu trepidare: quod nō est aliud, quam quod etiam ad Ephē. 4. dicit, fluctuare falsis opinionibus. Et Psalmo. 68. Et dorsum eorum semper incurua, id est, non solum vt premantur omnibus malis foris inter gentes, sed etiam vt non videant sursum in cœlum, & inuocare possint ex fiducia cordis dominum, vt Psalmo. 16. ait. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

DENTES.

1. Per Dentes & Linguam sermonis instrumēta, noxias & pestilentes assentatorum delationes atque consilia scriptura intelligit, vt Psalmo. 57. Et Psalmo. 58. quoque verba nocentia & innocentes lacerantia intelligit. Nam in multis scripturæ sacre locis crebris & frequens est maxillorū & dentium Metaphora. Scriptura autē accipit pro mordacibus calumnijs, noxijs conatibus, obstinatia, pernicatia, vi, ferocia impiorum &c. quibus innocentes & vt à scriptura Cononica vocantur דַּוְרֵי טַיִם, hoc est, boni viri opprimuntur, iuxta Psalmo. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sic Psalmo tertio: Dentes peccatorum cōtriuisti, id est, fortiter cōminuisti blasphemiam eorum, qui obtredebant veritati, qui clamabant contra me vt seductū & seductorem. Et Psalmo. 57. Deus conteret dentes in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus. Nata est hæc translatio ab altera, qua nocētes & perniciosi homines, carnes, lupi, vrsi, leones & vnicornes dicuntur, bestiæ dentibus formidabiles. 2. Contrā & sponsa Christi dentes quoque habet Cant. 4. & 5. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascēdūt de lauacro, id est, increpationis quibus Ecclesia mordet & arguit peccatorem, morsusque conuertit et sibi vnit atque incorporat. Sunt sicut oves detonsæ, hoc est, arguentes sine furia, nec quærentes lucra & lanam ouium: neque enim prædicare etiam Apostoli, & simul seruire mensis voluerunt vt Act. 7. describitur. Et de Christo Iacob patriarcha in benedictionibus dicebat: Pulchriores oculi eius vino, & dentes lacte candidiores. Clari enim & aperti Euāgelici Christi sermones sunt super lac regale, Isychius in Leuitic. libro. 7. cap. 24. Hi dentes figurati sunt in maxilla quā Samson leuauit, & percussit cū ea mille viros. Iudic. 5. Vnde & mitiore persequutione percutit & conterit Deus dentes peccatorum misericorditer, quando per gratiam conuersionis ex maledicis facit beneuolos, & ex criminatōribus ac detrectatoribus istorum prædicatores & laudatores. Sic S. Paulū lupum voracissimum robustissimis dentibus præualidum contriuit, & Apostolum fecit deuorantem omnium gentium vsque in hodiernam lucem. Quo sensu & Esa. 2. dicit: Constabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces, quasi dicat: Mutabunt linguas

noxias in salutare & vltices terrenorum hominum, vt sint vomeres corripiendo, et falces colligendo populos ad Christum vnicum aduocatum nostrum. 3 Reperiuntur & Dentes putridi, & pedes lasi apud Salomonem. Hoc schemate autem notat Salomon doctores Ecclesie qui non faciunt officium suum: & pedes lasi, id est, non ingredientes: quo nihil periculosius in prædicatoribus Euangelij est. Proverb. 23, capite: Deus putridus & pes (aic) lassus, id est, non vult cernere quæ sunt fidei abscondita, sed cernit præsentia homines, qui tueantur eum.

DISCERE.

1 Discere Hebraico Tropo est aliquando assuescere: vt Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem & pardus maculas suas, poteritis & vos benefacere, quæ didiceritis malum, id est, assueti sitis malo. Esa. 1. Discite benefacere, id est, assuescite. Quo verbo discendi non solum nemur vt audiamus & legamus legem Domini, sed & assuescamus beneficentiam seruantes. 2 Nonnunquam dicere vsurpatur pro experiri, sese probare. Sic Christus Hebr. 5. dicitur ab his qui passus est patientiam didicisse, hoc est, sese probasse, sese obedientem coram hominibus ostendisse, Phil. 2.

DISPUTARE.

1 Verbum Latinis æque Hebrais pro conferendi ac ratiocinandi ponitur, vt Esaias inquit: Disputemus, inquit Dominus. Vult enim Deus ratione cum eis inire beneficiorum eius et ingratitude populis suis.

DEFICERE.

1 Iudæi quum volunt significare mortem hominis non fuisse violentam, sed naturalem (vt dicimus) dicunt פָּגַע defecit. Satur dierum. Per tegus est vitæ, mortem operauit. Hoc enim omnes pij faciunt: Cupiunt dissolui & esse cum CHRISTO Gene. 25. Deficiens, mortuus est in senectute bona prouectæ quæ aratis, & plenus dierum.

DIMITTERE.

1 Scriptura nonnunquam verbum Dimittendi pro remittere accipit: vt Luca. 6. Dimittite, & dimittetur vobis. 2 Item pro repudiare, Matth. 1. Occulte volebat Ioseph Mariam dimittere, hoc est, repudiare, et diuortium cum ea facere. Id enim sensit Euangelista, id quæ clam, quod saluam non posset citra periculum simul & infamiam vxoris. 3 Apud Suetonium reperitur quoque: Dimissa est, id est, repudiata. Græcis anceps est verbum ἀπολύσαι. Dimittimus exercitum instructum, dimittitur senatus, quæ vnicuique potestas sit quod velit abeundi. 4 Dimittere, etiam significat interdum mori. Luca. 2. Nunc dimittes seruum tuum Domine.

DEBITVM REDDERE.

1 Debitum reddere, omnino coitum siue coniugalem actum (apud Paulum, 1. Corinth. 7.) significat, Aut debitam beneuolentiam reddere,

dere, vt rem parum verecundam verecunde notaret, 2 Alias Debitum absolute, est subuenire doctorum necessitatibus: vt habes, 1. Corinthiorum. 9. & Galatas, 6. & Mattheum, 10. & Roma. 15. capite, Et debitores sunt eorum.

DORMIRE.

1 Si vlla est in scripturis diuinis consolatio, quæ hortetur non modo rerum iacturam ob Dei amorē leuem esse, sed vitam hanc parui aestimare, ea potissimum in hoc consistit, quod finem et periodum nostram non mortem, sed somnum passim solent appellare. 2 Hinc dormire, pro mori accipi. Hebrais non infrequens est, id quæ propter corpus quod olim excitandum est. Sic Paulus mortuus Dormientes vocat, 1. Thess. 4. Et Deus eos qui obdormierunt. Sic mortui dormientes dicuntur, secundum Augustinum ad Honoratum Epistola. 120. propter futuram resurrectionem velut euigilationem. Hinc Apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres. Et alio loco: Ex quibus plures manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt: vnde & in secularibus literis multa reperies, vbi mors somno comparatur. 3 Item, Dormire idem est quod nonnunquam negligere & ignorare Dominum. Sicut in Parabola euangelica habetur, Matth. 13. Id quod sequitur ex inebriatione, quæ intelligere licet, curas & sollicitudines, diuitias, voluptates huius vitæ, vt vides Luca. 2. Paulus. 1. Thess. 2. Contra vero horum vocat euigilare & sobrios esse. 1. Timoth. 2. Mat. 13. & 24. Hinc dormientes operum studiosi, & fidei negligentes, qui hæc tenent dormiunt, quod non sentiunt quid ipsis desit. 4 Mortui autem dicuntur hi, qui nullum sensum legis habent, ac libenter absque timore male viuunt. 5 Sic etiam Deum dormire & auertere faciem dicimus, dum adeo permittit suos impijs, vt sepe Psalmi habent. E contra. Euigilare & respicere dicitur, dum impijs prostratis suos seruat Psal. 44. Euigila, quare obdormis Domine? Quare faciem tuam auertis? 6 Dormire, cubare, vel requiescere, rerum optata pax atque tranquillitas, & summa securitas designatur, non vno in loco scripturæ vsus est spiritus sanctus: vt Psalmo. 3. Dormiam & requiescam, Inter bonæ quæ populo Israël, si legem seruasserat, Dominus promiserat, & hoc legitimus, Dabo pacem inquit Dominus, & ad quietem iacebitis, nec est qui exterreat, Ezech. 34. De ouibus sub pastore suo Dauide habitabunt in deserto secure, & dormient in saltibus, Et Osee. 2. Arcum & gladium & bellum conteram de terra, & dormire faciam fiducialiter. 7 Item, Dormire pro eo quod est coire ponitur, Leuitici, 20. Si quis dormierit cum nuru.

DECEM MILIA.

Mv̄tis, quod aliquoties decem milia significat. Dicunt enim decem milia vel duodecim milia: ingentem numerum, more Hebræo, signat: pro quo Latini abutuntur Sexcentis, Hinc & Paulus dixit Duo-

decim vel decem milia pædagogorū, pro quamlibet multis 1. Co. 4. Et in Apoc. dicitur. Duodecim, &c. Nā Hist. victoriæ Davidi plura milia habet.

2 Item, pro tota multitudine Israel, Num. 31. DE.
1 Idiotissimus est apud Heb. utitur hac præpositione De, sapiuscule, pro à vobis. vt Esa. 1. c. Quis querit hoc de manibus vestris, pro, à vobis. 2 Itē pro iuxta, cū dicimus, de latere te stipabo, pro, iuxta latus tuū protegam, Jer. 48. Sic non vno in loco scripturæ repies hanc præpositionem.

DIGITVS DEI.

1 Constat satis ex Euan. Digitū Dei vocari spiritū sanctū. Cū enim vnus Euan. dixisset. In digito Dei eijcio dem. alius hoc idē dixit. In spiritu dei eijcio dæmonia &c. Siue autē ipse spiritus s. ppter diuersitatē donorū, de quibus. 1. Cor. 12. in numero multitudinis dicatur digiti, siue ipsa dona, nihil refert. 2 Itē Manū, brachiū, & digitū Dei, p potētia & virtute Dei accipi, frequēs est in sacris literis: vt Ex. 8. Digitus Dei hic est. Elegans autē est Synecdocha, qua Hebræi virtutē Dei nō eleuāt, sed amplificāt potius. q. d. Tā potens est Deus, vt solo digito omnium potentiam huius mundi potentium facile superet, & 3. Reg. 12.

DOLVS.

1 מרמה Dolus, versutus, peruerus, consiliū, fallacia, calūnia est, Psal. 10. ver. 2. & Pl. 17. ver. 3. Hinc sæpenumero inimicus Dei dolus apud scripturam taxatur, Pl. 11. Idē dolus in corde operatū mala. Omne nanq; melius in peiore cōmixtione, dolū cōtineri & adulterari dicitur, vt: Vinū dolū su finiet, dū eo peius admiscetur, vt si aqua illi addatur. 2 Itē, aurū detrimētū paritur, ac dolū, dū cū argēto & are coit. Sic & veritas dolū sustinet ac damnū facit, quādo suis verbis falsa & deteriora connexa sentit. Hæc Basilii Magnus in Ps. 14. 3 Hinc propheta dolū vocat spiritus, nō rationis, mūdi aut carnis, dicēs Ps. 31. In cuius spiritu nō est inuētus dolus. Non enim p hūc, sed spiritus per eum fallitur & decipitur, vt nō nisi fide queat percipi, nequaquā sentiri, aut ratione cognosci. 4 Summa. Dolus est deceptio in rebus, deceptio in fraude, & adulteratione in verbo Dei, quæ est hypocrisis, & fermentū Phariseorū, Pl. 54. Et non defecit de plateis, &c. 5 Dolus in spiritu & ore, idem suat: est p hypocrisim, seu simulatā sanctitatē se iustū putare, Pl. 31. Beatus vir cui nō imputauit Dñs peccatum, nec est in spiritu eius dolus. 6 Et Pl. 14. Qui nō egit dolū in lingua sua, id est, neminē fictis verbis decepit. 7 Dolosa manus dicitur, quæ malis artibus, technis dolosis seu imposturis rem augere, & discescere studet, vt Prou. 10. Dolosa manus parat aegritatē, sed tantū abest, vt illa sequatur, vt pereāt etiā: vt sicut in Iacob & Labā cernitur, & alibi aegritatē operata est manus subdola. 8 Dolosa lāces, est sine teste occulte, & sine vilo cōficio fallere, vt apud Oseam. 12. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. DECERNERE.

1 Verbo Decernēdi nonnunquā D. Paul. oblectatur, intelligit autē decretis & cōstitutionibus hominū duci, veluti subiectos, & hoc vocat *δευξασ* *τὴν ἐξουσίαν*. Dogma enim Græce decretū est, q. Paulus ferē in malā partē accipit, p legibus quæ non Dei, sed hominū arbitrio præscribuntur, quemad-

modum

DIACONIA.

modum & alibi.
1 Apostoli post Christi ascensionem, septem viros boni testimonij, spiritu sancto afflato oratione & manuum impositione ad diaconatus officium diuinitus illuminati elegerunt, qui Episcopatus & ecclesie essent ministri. Inde factum est, vt totius Ecclesie, hoc est, eorum patrum qui Apostolis successerunt, cōmuni sententia & autoritate stabiliretur, vt in omni Ecclesia Metropolitana, septem diaconi constituerentur, qui circa Christi aram excellentiori gradu ac dignitate conspici et eminentes Episcopo rē sacram peragenti assisterent. Quibus etiam postmodum ea fuit demādata prouincia, vt tanquam Episcoporum oculi studiosius subditorum actiones obseruarent. Vt si quem collabentē viderent, quique alicuius peccati fordibus se vellet cōtaminare, ad Episcopū prorinus eū, vt ipsum admoneret & corrigeret, deferrent. Hoc testatur Clemens Epist. ad Iacobū fratrem Dñi. Et Ignatius ad Heronē diaconū Epist. 9. Episcopi, inquit, baptizant, sacerdotiū agunt, ordināt, manus imponūt, tu vero ministras sicut S. Stephanus Iacobo, & ceteris presbyteris in Hierosolymis. Hoc plene etiā testatur vocis Græcæ vera significatio. Siquidē *διακονία* semper significat ministeriū quo alteri seruitur. Ex isto ministerio nactus est nomē ordo diaconatus, nō ex mensarū, aut elemosynarū distributione, quæ postea ppter dissēsiones & murmura Græcorū, qui causabantur suas viduas indignē præteriri in distributione elemosynarū, eisdē diaconis, vt ex æquo viduis tā Græcis q̄ Hebræis necessaria ipsi contriuerent, fuit ab Apostolis demandata. Quæ omnia luculenter satis Actorum 6. Lucas ostēdit, & historia Sancti Laurentij diaconi. DIABOLVS.

Diabolus Hebraice pollet Satan, significat autē vtrūque aduersarium & calumniatorē. Ita dicebat David. 2. Reg. 19. Quid mihi & vobis filij Ze rula, cur efficiamini mihi hodie in Satan, i. pro aduersarijs: Suadebāt enim occidere Semei, atq; ita funestū reddere Davidis reatū volebant. 2 Ita reuocanti à cruce Petro Christus dicebat, Vade retro: Satana, Mat. 16. aduersabatur enim Dño, & à mandato reuocare patris, laborabat. 3 At quia veterator ille spiritus nusquā non aduersatur nobis, ac pessima vbi- que suadet, tum ad vltionē postulat, peculiariter cœpit Satan vocari. Vnde. 2. Reg. 21. Consurrexit autem Satan contra Israel, & incitauit David, vt numeraret Israel. Sed Iob primo & secundo. Studia eius plenius describuntur, qui totus in eo est, vt nobis aduersetur & noceat. Vnde Petrus ipsū vltimo Epistolæ suæ prioris, rugienti leoni obambulanti & querētī quem deuoreret, similem facit.

DIABOLI APPELLATIONES.

1 Deus huius seculi Satan est. 2. Cor. 4. In quibus deus huius seculi excacauit mentes &c. 2 Princeps potestatis, aëris, Ephe. 2. 3 Potestas tenebrarū, Co. 1. 4 Princeps huius mūdi, Ioan. 17. 5 Leuiathā appellatur, i. additamentū, ppter augmētū potestatis suæ, & significat serpentē illum magū & antiquū, q. erat in paradiso, Gen. 3. 6 Item serpens tortuosus, propter varietatē fraudū, Apoc. 12. 7 Coctus, quia regnat in mari huius

H 2 mundi,

DIVINAE SCRIPTURAE

mundi, agens impiorum corda, quo voluerit de quo legis Job 40.
 8 Calumniator, Psalm 71. Et humiliabit calumniatorem, id est, mendacem, accusatorem, qui nos accusat, & conscientiam in his confundit quæ recte gessimus, & Deo placent tum quæ male egimus, supra modum magnificat, utrobique onerosissimus & importunissimus, qui dicitur Diabolus. 9 Serpens, propter astutias, Genesis 3.
 10 Draco propter crudelitatem. Eisaï, 27. Nam Græcis draco dicitur. 11 Aspis & Basiliscus nuncupatur, ut supra ostensum est Psalm. 9. Super aspidem & Basiliscum ambulabis. 12 Nequissimus Eph. 6. Extinguite ignea tela nequissimi spiritus. 13 Item *πονηρός*, Malignus, Malus, Malum, Prauus. 14 Leo rugiens. 15 Catuli leonis. 16 Tentator, Mattheum 6. vocatur, & Ioannes 2. Ephesiorum 6. atque alijs multis locis.

DEVOTIO.

1 Deuotionem Latini consecrationem vocant. Est enim anceps vox consecratio, ut quæ in bono & malo, sed in loco ponatur: & idem ferme est quod votum. Hac voce Lucas in Act. 23. in malam partem vsus est. 2 Denouerunt, ait, se dicentes, neque manducatuos, neque bibituos, donec occiderent Paulum &c. Et dixerunt: Deuotione deuouimus, nos nihil gustatuos, donec occidamus Paulum &c.
 3 Alias non in vno loco. Scripturæ in partem bonam accipiunt Hebraei. 4 Accipitur etiam pro pietate, quemadmodum & apposito quoque dicunt deuotus, pro eo quod est pius, religiosus.

DIVI TIAE.

1 Diuitiarum vocabulo delectatus est Paulus, vel hoc argumento, quod eo frequentius vitur, quoties ingentem rei cuiuspiam vim & copiam vult intelligi, ut Diuitias bonitatis, et diuitas plenitudinis, Coloss. 2. Rom. 2. Porro bonitatis non est *ἀγαθοσύνης*, quod eam significat bonitatem quæ opponitur *πονηρία*, id est, malicia: sed *χρηστότης*, quæ benignitas latine dicitur. 2 Eam ita finiunt philosophi. Benignitas est virtus sua sponte ad benefaciendum exposita, unde Græca vox ab utilitate dicta est. Quanquam eadem accipitur pro commoditate suauitateque morum, qua nos faciles ad vitæ consuetudinem præstamus. Si quidẽ vsurum pro familiaritate siue consuetudine dicunt et Latini. Et Græci vehemeter comes ad congressum ac blandiores *χρηστέλους* appellant: nec multum abest bonitas à benignitate. Etenim cum Deo bonos vocant, beneficos intelligi volunt. De hoc tropo supra.

DENARIII MYSTERIUM.

1 Denarius, sicut Septenarius, plenitudinis numerus est, perfectam tetradem cum suis inclusis numeris continens. Resultat enim Denarius ex vnitare, denario, ternario, & quaternario &c. Id sæpe reperire licet in sacris. Et soler scriptura multitudinem sic annunciare, Numeri. 14.

PHRASES.

meri. 14. Tentauerunt me iam per decem vices. Job' 29. En quæ decies me confunditis?

DILATARE.

1 Dilatare, in Psalmis ad consolationis gaudium transfumitur, Psalm. 4. In tribulatione dilatasti me, id est, gaudio consolationis tui spiritus me adfecisti. Et Genesi. 26. Dilatauit nos Dominus, id est, post tot labores et angustias Deus nobis lætitiæ et pacem dedit. Nam lætitiæ cor dilatat, tristitia vero ac mœror constringit et contrahit. Vide Pro verbio. 15. Item quid sit dilatari cor, supra declaratum est in litera C. 2 Dilatari quoque cor, apud Hebræos significat interdum audacia efferri, arrogantem, aut tumidum effici, Deut. 6. Ne dilatetur cor tuum. 3 Dilatatio gressuum, rerum secundationem, siue prosperitatem significat, & hoc frequens est in literis sacris cernere. Psalm. 18. Per dilataationem gressuum sub se, hoc est, inoffensum & expeditum.

DUNTAXAT.

1 *ἸΝ*, Quæ vox Hebraica perinde est ac duntaxat Latinis, nonnunquam confirmationis nota est, quomodo Fabius alicubi vitur. Nec iniuria. Quæ enim duntaxat quid sunt, & certe firmiter sunt id quod sunt. Eliaas vsus hac voce bis in cap. 45. Profecto enim Deus tecum, præter quem nullus: vbi hæc vox habetur, vel duntaxat tecum. Et in sine capitis eiusdem prophetæ Eisaï: In Domino fira est mihi iustitia & fortitudo. Hic iterum *ἸΝ* pro duntaxat, id est, omnino, ponitur, Ve sit sensus, omnino mihi: vel, duntaxat mihi in Domino, inquit iustitia & robur.

DIFFICILE.

1 In Scripturis nonnunquam Difficile pro impossibile accipitur, ut ad Hebræos: Impossibile est, id est, difficile enim eos, qui semel illuminati. Et Leuit 5. capite. Vide Isychium in Leuit. libro. 1. capite 5.

DECIMAE.

1 Decimarum nomine vocantur veteres, quæcunque honorifica dona, ut Gen 14. patet. Et Abrahæ Melchisedech altissimi Dei sacerdoti decimas dedit ex omnibus, id est, eximias & honorifica dona ex spolijs ei obtulit. 2 Decima Decimæ, Numero. 29. Hebraicus loquendi modus est, ut dicatur Decimam decimam, id est, quælibet decima, cuiuslibet agno.

DESERTVM.

1 Apud Iudæos deserta non sunt loca, quod nihil ibi sit rerum, vel hominum, quum in scripturis multæ vrbes in deserto fixæ scribantur, sed sunt loca syluestria, pascua, seu campeltria, ut sæpe in scripturis, ut sicut Moles abegit oues Iechri Coceri sui in interius desertum: Hier. 12. Super omnes colles in deserto venerunt vastatores. Item Matthe. capite 3. Et Lucas. Et venit in omnem regionem finitimam Iordani.

2 Ergo desertum illud non fuit omnino vastum, in quo nemo: sed in quo

H. 3. 2. 2. 2. 2.

DIVINAE SCRIPTURAE

sparsim hōies & rari habitabāt, sicut in Hercinia sylua. Vogefo & similibus inculis locis videre est. Vnde Iof. 15. Sorti tribus Iuda. in deserto. 6. ciuitates, quæ & suas villas habuerūt assignatas, legimus. Ex Hebræo vertit Araba, q̄ proprie significat planiciē, vbi sine syluis & mōtibus late patēt cāpi. Sūt & quædā aspera & mōtosa. Ex. 15. Et egresit in desertū Hur. 3. Desertū interdū pro via gentium, vt Psa. 67. Iter facite q̄ pergit p̄ desertā gentiū, apud quas ante gratia nō erat. Esa. 35. Letabitur desertā &c. 4. Sūt quoq; desertā mētes credentium, quorū vita abscondita est in Deo sicut Christo, in quibus mortificatis graditur Dei spiritus & ducit quo vult, vt nesciant interim ipsi, quo vadant, sciētes tamē, q̄ Deū sequātur, quem admodū Abrahā. Sic & olim De⁹ per desertū præcessit filijs Israel in colūna ignis per noctem: Dñs, inquit, est nomē illi, ne quid dubiteris de eius protectione &c. 5. Itē desertū nonnunq̄ pro plaga meridionali vsurparur, sicut יַם הַיַּבִּיט. i. mare, pro occidentali, propterea q̄ mare Iudæis sit ab occidēte, Psa. 75. Nec enim est exalatio, nisi à solo Deo, nō ab ortu solis, nō ab occāsu, neq; à deserto, hoc est meridie, illa potest peri. 6. Desertū magnū à meridie Iudææ est, ideo pro meridionali plaga ponitur. 7. Item pro toto mūdo, Esa. 40. 8. Desertum populorū, apud Eze. 20. est carnis vastitas, & eius mortificatio. Eze. inquit: Et introducam vos in desertum populorū &c. Nam per desertū Aegypti ducebātur ad promissā terram Canaan.

D O N E C.

1. Donec, iuxta proprietatē idiomaticæ, vltra euentū rei se protēdit. Esa. 6. Donec ponāt ciuitates, ita vt sint absq; habitatore. Quomodo & Euāgelistæ aliquando vsurpant, vt sit idē q̄ nunq̄. Nā scriptura id q̄ perpetuo durare debet, huiusmodi verbis eloquitur. Sic Mat. 5. Nō exibis illinc, donec persolueris extremū quadrantē, i. nunq̄ exibis. Sic Mar. 1. de Ioseph scribitur, q̄ non cognouerit Mariā, donec peperisset filiū suū primogenitū, vbi non sequitur, Ioseph posthac vnq̄ Mariā cognouisse, cuius virginitatē perpetuā in Deo, et credimus et veneramur. Et Psa. 109. & Mar. 12. Ad eundem modū legis de coruo emisso, Gen. 8. qui egrediebatur, et nō reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terrā, quū significet auem nunquā fuisse reuersam. Et in Gene. de fratribus Ioseph legimus, Donec cessauerint bibere, pro, donec satis biberint. **D E T R A H E R E.**

1. Detrahere verbo Dei, vel addere sermonibus eius, est aliter sentire de Dei voluntate, quam ipse tradidit in verbo. Detrahunt igitur qui non timent quantum debent, seu qui non credunt quantum debent.

D A E M O N I V M M E R I D I A N V M.

1. Dæmonium meridianū, est subitus splendor fictæ sanctitatis, qui vsque aded splēdet, & in tantū oculos reuerberat, vt ei cōtradici nō possit ab illis, qui verbū Dei siue sicutū veritatis non habēt, quin pro sanctitate & cultu habeatur. 2. Hic est angelus Satanæ, transfiguratus in angelum lucis, speciē pietatis prætendēs, absq; eius virtute, hoc est, Dæmonium quidē, sed est meridianum. i. lucidissima specie amictū atq; connectū ne deprehendatur. 3. Scriptura appellat incursum hūc Dæmonij meridiani, ægritudinē deua-

P H R A S E S.

89

deuantantē in meridie Psa. 90. Ab incurfu & dæmonio meridiano. Aliās vocatur ebrietas, laquei, angelus lucis, mensa in laqueū versa, vt Rom. 13. Psa. 69. &c. 2. Timo. 2.

D R A C O.

1. Dracones quandoquidē in promptu habent venenū quo noceant, sique istud animantis genus inuisum hominibus, recte hoc verbo cōueniet impios intelligi, qui tum detum suo se sanctos vitæ officio arbitrantur, vbi læserint viros bonos: veluti Pharaō ille populū Dei opprimens: tandem & ipse oppressus in mari diuina potentia, vt legis Psa. 73. Tu cōfigisti capita draconis, dedisti eū escā populis Aethiopū. i. submersisti exercitū Aegyptiorū in sinu Arabico, ita vt Aethiopes vicini exuias detraxerint, mire dicati sunt. Sic Psa. 90. Vbi auxilium Dei credenti cōtra impios promittitur: Super aspidē & basiliscū ambulabis, & conculcabis leonē & draconē, Esa. 27. Pharaonem & Leviathan & draconē appellat. 2. Item יַם הַיַּבִּיט. i. dracones maris, pisces maximi. Eodē verō nomine dracones terrestres atque marini vocātur. Neque enim Cete & maximē pisces aliud in aquis sunt, quā dracones ac serpentes in terra. Quanq̄ igitur nomē Hebraicū draconē sonet, tamē pisces qui eadem forma, ac magnitudine sint, significat. 3. Inuenimus & alibi ingētes pisces, dracones vocari, vt Psa. 147. תַּבְּרִיבִיּוֹת וְכָל אַבְּיִסִים, id est, Dracones, & oēs abyssi: per abyssos aquas copiosissimas intelligēs: per dracones maximos pisces. 4. Itē per draconē magnum videlicet aquatilem, apud Eze. ca. 29. rex Aegypti intelligitur, sicut per alios pisces signantur reliqui Aegypti principes &c. 5. Hinc Draconū et Struthionū luctus seu serpētū plāctus, celebris est in scriptura in deserto horribiliter eiulantū. Et vbicunq; in scriptura metio est illorū, ibi vastatio, horror & luctuosa miseria significatur. Mich. 1. Faciam planctū sicut dracones, & luctū sicut filij Struthionū, vel filia Syrenū. Nā hoc significatur Deū nō vltra miseraturū: vt Osee. 1. Nō addā vltra misereri domui Israel. Struthio enim statim induratur erga pullos, ac si nō sint sui, Iob 39. & Isa. 47. Vbi rursum promittitur salus. Glorificabit me, inquit, Bestia agri, Dracones & Struthiones, quia dedi in deserto aquas. 6. Itē Draconū locus nonnunq̄ in scriptura seruitutē inter crudeles gentes designat, quæ feritate draconū similes sint, de quibus Psa. 144. canit. Eandē vocat vmbra mortis, morte etiā durius expōsitū esse per omnia libidini impiorū, et audire cōtinuo blasphemare nomē Dei, dānare omnem pietatem & iustitiam &c.

D E I E S S E.

2. Hebræi Dei esse dicunt, quæ sunt optima & egregia, Psa. Iustitia tua sicut montes Dei. Et in alio Psa. Sicut Cedros Dei. Gen. 13. Sicut Paradisus Domini, optimus situs illius terræ Chananae hortus Dei dicitur. Sic Arbores Dei, Viros Dei, & quæcunq; significare volunt magna eximia & ingentia esse. Sic Dominus castigat pios virga & plaga humana, non quam scriptura Dei vocare solet, qua impios exterminat, quæ visitatio Dei dicitur. i. magna & ingens. Nam à suis misericordiā suam nequam auferet, vti Davidis posteritati, hoc est, Christianis, et omnibus vere Dei filijs, 2. Reg. 1. Psa. 89. promissum legitur.

H 4

DETE-

DIVINAE SCRIPTURAE
DETESTARI.

1 Nonnunquam verbo Detestandi & id non raro Hebraei vtuntur pro negligere, aut post habere: vt Gene. 47. Quia detestantur Aegyptii omnes pastores ouium, id est, posthabent & negligunt nullius existimationis sunt apud eos. 2 Detestari etiam significat mala tibi imprecari: sicuti Petrus, Matthei 26.

DOCTRINA LITERAE.

1 Doctrina litera, est puram legem, eiusque opera docere, absque diuinae gratiae cognitione & subsidio. 2 Doctrina autem Spiritus, est gratiae diuinae per Christi fidem agnitio & subsidium.

DENOMINATIO

pro denominato.

1 In sacra lingua, hoc est, Hebraica, frequentissimum est, vt denominationes pro rebus denominatis ponantur. Itaque non dicitur in ea lingua, id esse falsum sed falsitatem: neque verum, sed veritatem, atque id genus innumera, & supra quoque mentionem fecimus. Quae loquutione & nos quoque vtimur, vt Conici, cum sceleratum adpellant scelus. Est autem idem & denominatio et denominatum, sicut idea, & id quod ideae particeps est, sed hoc differunt, quod denominatio totam rem simplicem amplectitur, ac denominatum tanquam pars est, ideo nescio quid vehementius est, aliquem scelus adpellare, quam sceleratum: & bonitatem, quam bonum, quasi totam rem amplectaris.

DESPICERE SV-

per inimicos.

1 Pollicetur fides quae est in Deum, fore vt credentes qui iam abiecti sunt & contempti ab impijs: post tenebras huius vitae, in luce aeterna, coram Deo si perseuerint in charitate vsque in finem sint conspicui: Non modo erepti ab oppressione: sed etiam in sublimi supra impios ita collocati, vt despiciere illos ex arduo videantur Psal. 53. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus. Huc accedit Sapient. 5. Vox impiorum de credentibus. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.

DONVM DEI.

1 In scripturis sacris illud dicitur, quod diuinitus sine nostris meritis propter misericordiam Dei nobis datur, tale donum est fides, spes, charitas & gratia. Paulus ad Ephes. 2. Marth. 16. docet fidem esse donum Dei. 2 Est etiam donum Dei intelligentia seu cognitio scripturarum sacrarum, Luc. 24. ait, Christum discipulis euntibus in Emmaus aperuisse sensum, vt intelligerent scripturas.

3 Dicuntur etiam dona Dei, omnia bona quae habemus tam spiritualia quam corporalia, Mar. 15. de talentis, vbi docemur, nihil nos habere, quo vel corpus sustentamus, vel animarum salutem procuramus, quod non est Dei op. benigno procedat dono. 4 Significat etiam donum

in scripturis

PHRASES.

60

in scripturis ministeria, quae Christus in caelos conscendens in suae ecclesiae aedificationem, hominibus concessit: quando alios Apostolos, alios Euangelistas, Pastores & doctores constituit. Paul. Ephesio. 4. 1. Petri. 1. Haec dona scriptura Roma. 12. vocat donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes. 5 Paulus 2. Corinth. 10. dicit se gratias agere Deo, super inenarrabili dono eius. Anclmus in huius loci commentarijs ait, donum hoc inenarrabile esse charitatem. Et in 5. capite ad Romanos misterium incarnationis vocatur donum, quod Adami delictum excedere maxime, dicit. Isaia. 11. referuntur dona Christo in maxima plenitudine collata, in nobis Christianis secundum mensuram communicanda, scilicet Deum sapientiae, scientiae & timoris Domini. Scriptura etiam Ioann. 4. docet Christi incarnationem donum Dei esse. Christus dicit Samaritanarum: Si scires donum Dei, hoc est, si scires me esse filium Dei, diuinitus mundo a patre aeterno datum ad redemptionem humani generis efficiendam.

6 Haec dona Dei in scripturis sacris duplicia sunt, alia scilicet, temporalia & carnalia, alia vero spiritualia. Illa, et peccatoribus perinde acque iustis sunt communia, vt sunt dona linguarum, expulsio daemonum, prophetia, cognitio scripturarum, ingenij acumen, natura eximia, fides, denique humilitas, castitas & alia id genus, quae peccatoribus inesse possunt, fueruntque in illis quos Mathaeus commemorat daemonia eiecisse, aegrosque curasse. Et seruus ille nequam habuit donum, per talentum iuxta omnes patres Ecclesiae significatum 25. Et Paulus etiam 2. Corinth. 13. docet fidem peccatoribus inesse posse. Et Nume. 22. & 23. Balam malus homo habuit donum prophetiae, ideam docet scriptura 2. Pet. 2. Alter etiam propheta verbo Dei in obediens a Leone occiditur 3. Regum 13. Et Iero. socer Moyse, homo gentilis & idolatra de magistratibus constituendis grauisimo consilio ipsum Moysem docet ac instruit, Exodi 18. Alia vero dona quae animam colunt, sanctificant, iustificat & glorificant, non insunt nisi pijs ac relictis corde: talia sunt, Charitas, iustitia, gratia gratum faciens & alia id genus, quae peccatum non admittunt. 7 Haec omnia idcirco scriptura dona esse dicit, quia nec nostro labore illa nobis acquirimus, nec nostra industria illa inuenimus, nec nostris meritis aut dignitate illa promeriti sumus, sicut nec nostris viribus illa nobis parauimus, sed diuinitus a Deo nobis ex suo beneplacito conceduntur.

8 Docet scriptura Deum patrem esse authorem ac largitorem omnium donorum atque datorum quae sunt bona, Iacob. 1. Omne datum optimum defursum est descensum a patre luminum: dicit esse defursum, vt intelligamus haec dona commemorata, esse caelestia, diuina ac supernaturalia, non humana nec terrena, sed neque carnalia, Christus etiam ait, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus &c. Matth. 16. 9 Scriptura etiam do-

H 5 cer,

cet, mortales minime posse suis tantum viribus assequi, nec intelligere, nec percipere quae sint dona Dei, nisi diuinitus ipsis detur ut haec intelligant Pau. 1. Cor. 2. ait, Nos autem non spiritu huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quae à Deo donata sunt nobis, quae & loquimur.

DIFFLVERE.

1 Scriptura diffluxu, interitum & extinctionem populi significare solet, Psal. 46. versu 5. Inde describitur Iosue 7. de populo metu consternato: Liquefactum est cor populi, & factum est ut aquae.

DELICTVM.

1 Delictum iuxta Canonem scripturae interdum significat totam antea vitam, quam in infidelitate viximus, ignorantes veritatis, dum non solum crassa vitia admisimus, sed etiam in iniustitijs nostris ambulauimus. Delictum (inquit Hefychius in Leuiti. libr. 1. capite 5.) in scripturis pro decumano aliquo crimine accipitur. Delictum, inquit, proprie à Legislatore dicitur peccatum quod in Deum committitur. Ego Dominus &c. Ostendens, quia delictum, id est, impietas in Deum, incomperens sanctorum perceptio dicitur. Delictum appellare: nunc quidem peccatum quod ad scientiam peruenit, & nequam iam ignotum est peccanti, nunc autem quod in Deum ipso commissum est, veluti iureiurando, aut etiam in sanctis: non sine causa hoc vocat delictum. Haec ille.

DENUDATIO.

1 Pudenda Hebraeis Denudatio vocatur, quam semper Hieronymus turpitudinem appellat, cuius vocis creberrima in libris Moisaicis mentio fit Gen. 9. נָדָה, Vereda patris. Septuaginta vertunt γύμνασιον, hoc est, nuditate. 2 Denudare brachium, quid significet ante dictum est.

EVANGELIUM.



VANGELIA Graecis dicebantur sacrificium & supplicationes pro iucundo & optato nuncio suscepta. 2 Item fausti nuncij praemia. Nam vetusti praemium *εὐαγγέλιον* vocarunt, quod dabatur fausta nunciante. Sic Cicero ad Atticum. O suaves epistolas, quibus Euangelion deberi fateor. Lege G. Bud. in an-

notatione Pandectarum, in titulum, De officio praefecti praetorio.

3 Autore autem Hefychio, etiam ipse renunciationes et praeconia. *ιαμνήματα καὶ κηρύγματα* significant.

4 In qua significatione, nostri scriptores hac voce Euangelij vsi, exprimere voluerunt, quod Hebraeis dicitur *קריאת*, & significat ferè publicam multum expectare rei renunciationem, ac ceu praeconiū, deductū nomen, à verbo *קרא*, quo Prophetas ferè vsos legimus, quoties de gratiae praedicatione per Christum euulganda, sunt vaticinati. Id Septuaginta interpretes semper per *εὐαγγελίζεω* reddiderunt. Vt Esa. 52. Quam pulchri sunt super montes pedes praedicantis, annunciantis pacem, praedicantis bonum.

Vbi

Vbi nos praedicantis, Hebraea habent *קרא*. Septuaginta *εὐαγγελίζομαι*, nam per pluralem numerū id efferunt. Sic 6. apud eundem Vatem. Spiritus dominatoris Domini super me, propterea vixit Dominus me, ad praedicandum humilibus misit me. Hic vbi nos, ad praedicandum, Hebraeus *קרא*, Lucas & post Septuaginta *εὐαγγελίζομαι* legunt. Ita Psalmo quadragesimo, Annunciatui iustitiam tuam in Ecclesia magna, Psalmo sexagesimo septimo. Dominus dabit sermonem annunciantium, Psalmo sexagesimo. Benedicite Domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutem eius. His omnibus locis, vbi nos annunciare Hebraei habent *קרא*. Graeca aditio *εὐαγγελίζομαι*.

5 Discimus hinc ergo, noui testamenti scriptores Euangelij vocem, pro publica gratiae ac redemptionis per Christum partae, renunciatione ac praedicatione, de qua iam memorata, ac alia innumera scripturae oracula, praedixerunt usurpasse.

6 Paulus ad Roma. 1. definit Euangelium esse Dei virtutem, ob idque eius praedicationem non erubescere. Non inquit, erubescio Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum & Graeco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: Sicut scriptum est, iustus ex fide viuuit. Anselmus in commentarijs huius loci. Virtus inquit, est Euangelium, quia virtutem victoriae Christi annunciat, & quia gratiam praestat, per cuius auxilium valeamus facere, quae praecipit. Quod, quia lex non fecit, infirma fuit: virtus est valens. Dicit iustitiam Dei in Euangelio reuelari per fidem Iesu Christi, hoc est, per fidem qua creditur in Christum. Sicut autem haec fides, Christi dicta est in scripturis, non qua ipse Christus credit, sed quia per eam credere nos facit, sic illa iustitia Dei in scripturis non tantum illa dicitur, qua ipse iustus est, sed ea, qua iustos nos facit. Quae dicitur Dei & nostra: Dei, quia ex ipsius largitate nobis contingit: nostra, quia nostra etiam sit voluntate. Ita nos docet Aug. lib. de spiritu & litera cap. 10. & 11. Haec inquit, est iustitia Dei quae in testamento veteri, velata, in nouo reuelatur: quae ideo iustitia Dei dicitur, quod impartiendo eam iustos facit. Haec iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem, hoc est, ex fide annuntiantium in fidem obedientium. August. ibidem hac de re multum et eleganter dicit.

7 Euangelium, non tantum sunt promissiones, verum & ipsa praeccepta decalogi, concilia euangelica, exhortationes, interminationes, conditiones & omnia in lege etiam continebantur, spiritualia intellecta. Vnde Ireneus aduersus haereses Valentini & similia lib. 4. cap. 21. ostendit, vnus & eiusdem substantiae esse, quae secundum legem sunt, & quae secundum Euangelium. August. autem lib. de spiritu et litera cap. 14. illud ponit discrimen inter legem & Euangelium, quod lex habet mandatum bonum in litera demonstrante & Euangelium in adiuuante spiritu. Quando praeccepta seruantur timore poenae, est lex: quando vero amore iustitiae, est Euangelium. *Quam do adest*

do adest spiritus seruitutis, est lex, quādo vero spiritus adoptionis, est Euangelium. Quando lex seruatur ex charitate, est euangelium. Paulus 2. Cor. 13. dicit euangelium esse quod Christus mortuus fuerit & sepultus ac resurrexerit pro peccatis nostris. Sed quando scriptura Pauli dicit, Euangelium in sua diffinitione esse Dei virtutē ad salutem omni credenti, est notandum, Paulum non intelligere, literam sine spiritu illam diuinam habere virtutē. Siquidem litera sola occidit perinde atq; lex. Intelligit autem scriptura nomine Euangelij res ipsas euangelio conueras & annūciatas: qualia sunt sacramēta incarnationis, passionis et mortis Christi: Christi diuina merita, & septem sacramenta per quae illa nobis communicantur, & alia praecepta quibus vitam aeternam nobis promeremur. Vetusissimus est ille error nunc proxime in Germania per Brentium ab inferis reuocatum, quo ille tunc temporis docuit, & hic etiam obstinato & impudentissimo animo, docet contra expressum Dei verbum, gratiam Dei tantum esse, quod nobis diuina praecepta & beneficia predicentur & annūciantur: & quod Dei scripturas legamus: huius erroris Pelagius exciuit primus autor. Vsitatissimum est in scripturis sacris nuntium pro re ipsa quae annūciatur sumi, & Sacri scriptores autem promissiones *επαγγελίας*, non *επαγγέλια* vocant: & per Euangelion ubique Christi & pacis, gratiae, quam nobis restituit praedicationem publicam illam, & omni creaturae communicandam, & omnia sacramenta quibus soluamur, intelligunt: id quod quibus agnoscat, excutiens ea noui testamenti loca, in quibus haec vox legitur. 9 In summa, Euangelizare est laetum, iucundum, suauē, bonum & acceptum verbum nunciare. Id quod maxime conuenit condonationi noxae, per Christum consequatur.

10 Ita scriptura vitur verbo *בטח*, quod proprie est renunciare rem nonam, quaeque plurimum afficiat, praesertim Esaias eo vitur, vbi de praedicatione Euangelij loquitur, vbi supra. Quanquam & de infamita renuntiatione alicubi in scriptura vsurpetur. Vnde ille qui caedem Israël & filiorum Eli nunciabat, nihilominus *בטח* vocatur, 1. Regum 4. 11 Tantum ferē sibi Paulus in epistolis suis describendum desumpsit, vnde praeriteris miraculis penē omnibus, atque conuersatione Christi, quae in quatuor illis Euangelijs ad longum narrantur, ista edidit, satis nihilominus atq; abunde Euangelion complexus, maxime in Romanis.

EVANGELII NOMINA.

1 Consuevit verō Euangelion in scriptura diuina multiphariam appellari, videlicet: Virga directionis, & Sceptrum regni, Psal. 44. Lux magna, Esa. 9. Matth. 4. Virga oris Domini, & spiritus oris laborum, Esa. 11. & 2. Thess. 2. Cornu salutis, Luc. 2. Virtus Dei, Roma. 1. Administratio spiritus & iustitiae 2. Corinth. 3. Vterus & vulua, Esa. 46. Panis vitae, Ioan. 6. Dies virtutis, & vterus aurorae, Psal. 109. Est enim dies.

dies virtutis Christi, quo filij nascimur atque concipimur, velut ros: nempe citra operam hominū de caelo solo, gratia Spiritus sancti. Virga virtutis, Psal. 109. Huius virgae fastigium adorauit Iacob in manu Ioseph Genē. 49. Virga ferrea, Psal. 2. Farina pro Euangelio ponitur, Matth. 13. Iychnius lib. 1. Leuit. cap. 2. Scissura petrarum, Cauernę saxorum, Esai. 7. Cornu ferreum, Vngula aerae, Mich. 4. Clypeus ignitus, Prouer. 30. & ad Heb. 9. Benedictio, praetextu cuius aliquando praedicatur maledictio, Mal. 2. Fons aquae vitae, Ioan. 4. Granum frumentū cadens in terram, eiusdem capi. 12. quod & Christus ipse est fermentum nouum, Mat. 13. Azyma sinceritatis, 1. Corinth. 5. Mensa, Psal. 68. Manna, vt Christus ipse, Ioan. 9. Carbo vinus; Carbunculus vel Calculus Etia. capi. 6. aqua salutaris, vt supra.

ECCLESIA.

1 Ecclesiae nomen Graecis à conuocando deriuatum esse, nemo est quem fugiat. Vnde & Latinis receptum vocabulum, nunc pro coetu, nunc pro concione, pro certa multitudine, pro populo, tum secundum carnem, tum secundum spiritum in sacris literis promiscue accipitur. 2 Nam videre est in veteri testamento; quod vbi Hebraica veritas habet *קהל* vel *עדה*, ibi Septuaginta transtulerunt *συναγωγή*, aut *ἐκκλησία*: Latini verō coetum, congregationem, multitudinem, vniuersum populum Israël, aut idipsum Ecclesiae nomen posuerunt. Sed id manifestum ex his locis quos ostendemus, sic. Exod. 12. Loquere ad omnem multitudinem filiorum Israël. Hic habet Hebraeus pro multitudine *עדה*, Graeci *συναγωγή*, Leuit. 8. Omnem coetum filiorum Israël. Hic habent Hebraei *קהל העדה*, hoc est, omnem coetum Ecclesiae, quod & Graeci *συναγωγή ἐκκλησίας*, Numē. 20. Ecclesiam Domini. Hic habent Hebraei *קהל*, Graeci *συναγωγή*. 3 Haec autem omnia huc solum tendunt, quod Ecclesiae nomine totum populi Israëliti coetum, congregationem, concionem, exercitū, multitudinem intelligi videamus. 4 Ecclesiam Christi Paulus Ephe. 5. describit, sic inquit: Viri diligite vxores vestras, quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt ipsam sanctificaret, quam aquae lauacro per verbum mundauit, vt eam sibi copularet, quod praecleara esset Ecclesia, non habens vel rugam vel maculam. 5 Ecclesia Christi non est aliud quam collectio aut congregatio hominum fidelium, in eandem fidem, spem et charitatem spiritus, & sacramentorum communionem, sub vno capite Romano viuientium vbiunque terrarum fuerit. Haec Ecclesia, inquam, est consensus fidei, consensus animorum, consensus vnus baptismatis & sacramentorum & vnus Dei. Ad Eph. 4. Vna fides, vnus baptisma, vnus Deus. Vnde Christiani conciuēs appellantur, ad Ephe. 2. Esai. 6. Tu autem vocaberis quæstia ciuitas: sic sicut ciuitas Ecclesia Dei est, sic ciuitas est cōsensus ciuium, in obedientia vnus vicarij Christi, qui est &c.

DIVINAE SCRIPTURAE

est Romanus Pontifex viucentium. 6 Ecclesia ergo Deo ipsissima, eētus est in vnum Deum & Christum eius credentium. Quae (vt Cypriani verbis, 24. Quæstio, 1. Canone repetitis, vtar) Ecclesia, inquam, Domini luce perfusa, per totum orbem radios porrigit. Vnum tamen est quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur, ramos suos per vniuersum orbem copia vbertatis extendit. De qua & D. Hieronymus ad Eugenium Episcopum, distinctione 93, legimus, &c.

7 Vnde Ecclesia magna in Dauide, Ecclesia gentium est perfidem in Christo collecta, id est, omnium timentium Deum ex gentibus, per totum orbem, secundum illud Ioëlis 2. Et erit omnis qui- cunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Siquidem parua erat Ecclesia, quando verbum Dei, Deus ipse tantum erat inter Iudæos notum, Romanorum 10. & Psalmo vigesimo primo: Ad te laus mea in Ecclesia magna, confitebor tibi, Actorum 9. Psalmo 34. Confitebor tibi in Ecclesia multa, id est, magna videlicet gentium.

8 Sicut in veteri testamento, populus Dei, qui vnam eandemq; fidem Catholicam venturi Christi profitebatur, & eadem obseruabat Sacramenta, vniq; supremo sacerdoti Hierosolymitano diuinitus instituto se obsequentem præstabat, Ecclesia dicebatur, ita in scripturæ noui testamenti populus ille est vera Ecclesia Dei, qui vnam Christi fidem profiteretur & Sacramenta septem à Christo instituta participat, summoq; vni sacerdoti Romanorum Episcopo totius orbis diuinitus summo Christi vicario instituto in omnibus quæ ad fidem, & diuinum cultum & vniuersales mores pertinent, sine cōtradictione pareret & obsequitur. Anacletus papa & martyr in epistola de ordinatione Archiepiscoporum, Episcoporum & sacerdotum ait, Hæc sancta Romana & Apostolica Ecclesia, nõ ab Apostolis, sed ab ipso Dño saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecura est. Cypria, lib. 1. Epist. 4. affirmat primatum Ecclesiæ Romanæ super omnes Ecclesias totius vniuersi: Idem docet, lib. 1. Epist. 3. ad Cornelium Papam, & Epist. 11. Synodus Calchedonenfis scripturarum sacrarum autoritate commota, diuinitusq; inspirata primariam hanc ecclesiæ Romanæ prærogatiuam cognoscens Leoni Pontifici Romano acclamauit, Leo sanctissimus Apostolicus, & æcumenicus, hoc est, vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. Sixtus etiam sextus à beato Petro Papa & martyr se vniuersalis Ecclesiæ Episcopum prædicat.

9 Populus igitur huic Romano Pontifici parens & eius fidem tenens, vera est Christi Ecclesia, quam Paul. 1. Corinth. 3. vocat domum Dei vini, columna & firmamentum veritatis. Hanc Ecclesiam Romanam Scriptura vocat ciuitatem supra montem positam Matth. 5. Huius Ecclesiæ Romanæ, Episcopos, ministros, pastores, & prædicatores Christus in sua scriptura dicit esse salem terræ. 10 In hac Eccle-

64

PHRASES.

63

sia Romana & non alibi docet scriptura incensam esse candelam in candelabro illo Euangelico positam, vt luceat omnibus, qui in domo sunt, & non alijs, qui ipsam relinquentes alias non Ecclesias, sed Sathanæ delubra sibi ñngunt. Eorum, qui in hæc Ecclesia Romana, eiusque doctrinas docent, Christus per suum sanctum spiritum os aperit, vt doceant veritatem. 11 Huic Ecclesiæ Romanæ, Christus se cum ipsa fore per gratiam & illuminationem, vsq; ad consummationem seculi, Matthæi ultimo. Nam seculo absoluto, postea electi erunt cum Christo in æternum. In medio duorum vel trium qui in obedientia & fide huius Ecclesiæ Romanæ congregati fuerint, pollicitus est se futurum. 12 Huic tandem Ecclesiæ Romanæ & non alijs scriptura docet, factas omnes promissiones, quæ scripturis sacris cōtinentur: nempe de directione veritatis: de integritate atque perseuerantia in fide, atque de sua perpetua assistentia cum ipsa, vsque ad consummationem seculi. Ireneus libro. 3. aduersus hereses Valentini & similium, capite primo, affirmat Petrum & Paulum Romanæ Ecclesiæ euangelizasse: eandemq; fundasse ecclesiam. Et cap. 3. eiusdem lib. docet hanc Ecclesiam Romanam omnium esse maximam & antiquissimam, Ad hanc enim, inquit, ecclesiam propter potentiorē principalem necessesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique conseruata est, ea quæ est ab Apostolis traditio. Idem affirmat Ignatius epistola quinta ad Philadel. & Augustinus contra epistolam Manichei capite quarto & quinto, Hieronymus & Rufinus fidem suam Damaso Papæ explorandam miserunt.

ECCLESIAE

Nomina

1 Sunt hæc: Columba, Cantic. 5. & 6. Infula, quæ vndique procellis alluitur, & solo Deo adiutore contra tot tempestates secura consistit. Esaiæ. 21. Mons Sion, quia à portis inferorum & dæmonibus omnibus tuta est, & à peccato, morte & inferno, Esaiæ. 11. Species siue pulchritudo domus: vt Psal. 67. Rex virtutum, dilecti speciei domus, diuidere spolia. Specula, non solum quod Deum & celestia per fidem (id est, à longe) speculatur, sapiens quæ sursum sunt, non quæ super terram: sed etiam quod in ipsa sunt veri speculatores et vigiles in spiritu, quorum est populi subiecti curam habere, & insidias hostium & peccatorum obseruare, qui Græcè Episcopi vel speculatores vocantur, Mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, Esaiæ. 2. Domus spiritualis, Sacerdotium sanctum, Genus electum, Gens sancta, Populus qui in lucrum accessit, Populus Dei, Vini lapides, Sancti, quia Dominus sanctus est, 1. Per. 2. Cerua vel Caprea, Prouer. 5. appellatur Generatio, quam possedit Deus ab initio Psal. 77. Sion, Psal. 47. Domestici Dei superstructi super fundamentum

Apostolo-

DIVINAE SCRIPTURAE

Apostolorum, Ephe. 2. Corpus Christi, Conciues, Populus fortis, Ciuitas gentium robustarum, Esa. 10. & 25. Vrbs fortitudinis Sion, Esa. 26. Ablactata à lacte, Esa. 8. Auulsa ab vbere, Esa. 28. Deserta, Esa. 33. Docti à Domino, eiusdem, 54. Omne semen verum, Vineae electa, Hiere. 2. Formosa, Speciosa, Cantic. 2. Sponsa, Amica, Soror, Hortus conclusus, Fons signatus, Canti. 4. Immaculata, Sine macula, Canti. 5. Sine ruga, Ephe. 2. Suavis, Decora, Perfecta, Electa, Beatissima, Ancora, Luna, Sol. Cantic. 6. Consilium iustorum. Psalmo. 110. Participatio timentium Deum. Psal. 18. Hierusalem. Psal. 121. & 124. Tabernaculum, Tota pulchra, Psal. 14. Hierusalem noua, Psal. 64. Esa. 33. Interdum Sion. A Sion exiit lex, & verbum Domini à Hierusalem, Esa. 2. Mons sanctitatis, vbi laeti orabunt in spiritu, spiritualiaq; dona offerent in altari, id est, super Christum, qui est aduocatus & altare nostrum, Esa. 56. Et congregabo eos ad montem Sanctuarij mei, & exhibarabo eos in domo orationis meae, oblationes eorum etiam gratiae erunt super altari meo. Dicitur & Ecclesia Regia, quae verbo Dei construitur. Esa. 54. Item per Metaphoram, Ciuitas regis magni, Domus & Templum Dei, Esa. 2. In domum Dei Iacob, Multitudo credentium, Acto. 4. Semen Abrahæ, Acto. 3. Vineae Domini Zebaoth, Psalmo. 79. Esaia. 5. Regina, Vineae electa, Psal. 44. Vineae Domini exercituum, Germen delectabile, Esaia. 5. Filij Dei nati ex Deo, Ioan. 1. Filij lucis, Lucae 16. Fideles terrae, Psal. 86. Ciuitas Dei, Psal. 100. Lapidis vini, 1. Petri, 2. Promissionis filij, Galat. 3. Sagena missa in mare malos & bonos pisces congregans, Matth. 13. Area Hus triticum & paleas, Domus, in qua sunt vasa in honorem, & alia in contumeliam. Ecclesia sanctorum, Psal. 88. Domus Dei, Atrium Dei, Psal. 133. Solium David & regnum eius, Esa. 9. populus habitator Sion, Esa. 10. Peculium ac hereditas Domini, Regnum, Lux ipsa in Domino, 1. Theff. 5. Ephe. 5. Templum spiritus sancti, Terra sanctuarij, Horreum, Candelabrum, Iuda & Hierusalem, Regnum Dei, Regnum Christi, Celum: vt Psalmo 88. Et erit testis fidelis in caelo, id est, in Ecclesia sanctorum. His plura edocebit pius vsus sacrorum Bibliorum, qui nobis ante omnia vel ad verbum nota esse vult D. Augustinus de doct. Christi, li. 2. cap. 8. in hæc verba: Erit diuinarum literarum solertissimus indagator, qui primo totas legerit norasque habuerit: & si nondum intellectas, iam tamen lectione duntaxat eas quae appellantur Canonicae. Nam ceteras securius leger sicut veritatis instructus, ne praecipue imbecillum animum, & periculosos mendacis atque phantasmatis eludentes praedicerent aliquid contra sanam intelligentiam. Hæc ille. Quae quia ad lectionis sacrae studium non parum faciunt, in rem studiosorum describenda duximus, vt ad verbum ediscantur.

ELOQUIA DEI,
vel Domini,

1 Scriba

PHRASES.

64.

1. Scriptura sacra non intelligit tantum ea quae in libris scripta sunt, sed etiam quae voce proferuntur (quum vox sit anima verbi) & quae Dominus in nobis quando in Ecclesia catholica sumus loquitur.

E C C E.

1. Mulcum semper momenti est in hoc aduerbio Ecce & in pronomibus. Esaia. 12. Ecce Deus salutis meae. Salutem enim suam tanquam miraculum celebrat, Q. d. Deum esse saluatorem meum, hoc omne miraculum superat. De pronomibus suo loco dicemus.

2. Ecce, vox est obedientiae, & eorum qui praesto sunt ac parati in obsequium Domini. Vox est seipsum deditis atque offerentis in plenum obsequium Deo, Hebræ. 10. Similiter En me tibi, seipsum deditis ac offerentis apud Hebræos sunt: vt Ecce ancilla Domini, id est, ea me totam Domini obsequio offero ac dedo. Esaia. 6.

EPIPHONEMATA

apud Hebræos.

1. Vtuntur frequentioribus epiphonematis Hebraei, quam vel Graeci vel Latini: atque hoc *משורר פורע*, hoc est, in causis redditionibus: quum scilicet eius quod dictum est continua propria causa subditur vt Esa. 2. Quum extorsisset quod omnes sciamus ab homine stomachante abhorere, mox addit rationem, quod ijs per amentiam in quemque citra delectum irruat. Et in multis locis.

אָדָם, ENOS.

אָדָם, ADAM.

1. Autore Eusebio. n. Praeparat. Euangelicæ. 4. & D. Hieronymus in quaest. Hebraicis. Quod Enos proprie hominem significet secundum animam, Adam secundum corpus: & hoc recte. *אָדָם* enim Hebraice terram significat, de qua corpus formatum est: vt fit Adam dictus ab originis & materiae suae vocabulo, velut terrenus seu terrestris. Ad quod allusisse perspicue ceratur Apostolus in prima epistola ad Corinthios. 15. capite, vbi dicit, Primus homo de terra terrenus.

2. Enos autem Etymologia sua, Eusebio significat obliuiscentem. Nam homo secundum animam suam oblitus est Dei sui per peccatum, non vulgari quidem obliuione, sed in spiritu & veritate, cui Deus iam non est Deus, nec pater, nec benignus, sed iudex tremendus, terribilis, cuiusmodi erat Adam, quum in paradiso fugeret à facie Domini. Gene. 3. 3 Enos, autore Reclino, ab afflictione, dolore, moerore dictus, quod homo iuxta animam suam oblitus sit Dei sui, &c. Hic Enos est miser, moestus, pavidus, desperatus & plane in consolabilis, &c. Psalmo. 8. Quid est Enos, vel filius Adam, quoniam memor es eius,

4. Hinc scriptura Tropum huic seruat, vt filius hominum pro hominibus frequentissime dicat. Quo Tropo scripturae admodum *Christi* frequenti Christus se filium hominis ideptidem adpellat, & *ferè lius boni* quum sese deijcit suamque humilitatem praedicat. Est autem omnis.

I niao

nino id quod Paulus ait: In similitudine hominum factus, id est, perinde ac qui quae è vulgo hominum: verus nimirum homo; & nihilo plus, apud mundum quidem, quam quisquam ex in infima plebe.

5 Hebræis בְּנֵי אָדָם , id est, filius Adam vel hominis, nihil aliud sonat quam homo. 6 Hominem autem vocari in scriptura, humilitatis, imò contumeliæ est, quod omnis homo mendacium sit & vanitas. Sic Paulus quum verecunde & modeste humanam vanitatem depingit, consuevit dicere: Secundum hominem dico, ad Rom. 3. Et secundum hominem ambuletis. Sic etiam. 1. Corinth. 7. Nonne carnales, nonne homines estis? vt modestissime quidem, sed tamè significantissime et apertissime tangat humanæ naturæ miseriam, quoties nos hominis vocabulo scriptura censet, Psal. 9. Quoniam homines sunt, insigni affectu significat quam sit homo res nihili & miserissima. Quid. Agant quanta possint, simulent, ostentent, valeant & si quid aliud magnificum de eis dici potest, tamen homines sunt, id est, miseriam & prauitatem vniuersorū exprimentes, Enos, miserabiles. Eodem despectu loquitur, Esa. 32. Aegyptus homo, & non Deus: & equi eorum caro, & non spiritus. Sic in Ioan. 2. Sciebat enim ipse quid esset in homine. Ita & Psal. 13. Dominus de cælo prospexit super filios hominum &c. Et Gene. 11. Descendit Dominus vt videret turrim quam ædificabant filij hominum. Nam hoc vocabulo hominū licet tenui & exiguo in speciem, reuera tamen vniuersa miseria & malitia mortalium est comprehensa, vt orator aliquis pro hoc diceret: Quam ædificabant impiissimi, potentissimi & sceleratissimi hominum. 7 Nonnunquam Christus se filium hominis siue Adæ adpellat, hoc est, vere hominem & plebeium hominē prædicat, quod ex eius posteris prognatus esset, ex quo prodissent et ceteri mortales vniuersi. Item in hoc mire suā nobis iuxta & humilitatē et bonitatē cōmendat, qui nostræ salutis gratia eō vsque demiserit sese, vt nihil nisi homo haberetur, ac homo infimo quoq; inferior esse voluerit. 8 Porro filij hominū in scripturis opponuntur filijs Dei: quia enim filius Adæ, id est, peccatoris hoc nomen censetur, voluit nos Deus alia adpellatione dignari, vt vocemur filij Dei, Ioan. 1. Psal. 81. In illis natura dominatur, in his gratia. Psal. 4. Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quaritis mendacium? 9 Filios item Dei scriptura aliquando eos nominat, qui Deum metuebant, reuerentur atque amabant, qui à parentibus tuis in religione ac cultu vnius veri Dei erant educati: qui Deum pro suo Deo habebāt: qui ex linea illa erant ac gente, ex qua futurū erat semen promissum & benedictum Gene. 6. Videntes filij Dei filias hominum. 10 Contrā, Filios hominum eos dicit, qui de parente à Cain erant geniti, filij quoque Adam. Gene. 11. hanc euphrami habet. Quasi diceret: Miserū hoc mortalium genus, generatio illa carnalis, homines illi è terra, facti è luto, de quo initio huius.

11 Atque

11 Atque Hebræis, quam Græcis vsitata sunt hæc, Filij Israelis, pro Israelitis. Sicut græci frequenter dicunt ιατρῶν παῖδες , ιδῶν παῖδες , id est, medicorum filij, Indorum filij: ipsos medicos, ipsosque Indos intelligentes, non eorum filios, filij Achiuorū pro ipsis Achiuis. Sic & Hebræi hanc phrasim & ad loca accommodant: appellāt enim filios orientis eos, qui ad ortū habitant, filium pacis, timoris, mendacij, &c. vt in licera F, latius patebit, Et in hac periphrafi, Filij Heth pro Hethæis, Gen. 23. quemadmodū & superius, filij hominū pro hominibus.

12 Est autem filius natura, filius cura, filius adoptione.

13 Est & filius doctrina. Sic Ioannes, cura non sit verus & naturalis filius Mariæ: Deiparæ filius, cura & obedientia filius ipsius erit,

EREMVS.

1 Eremo scriptura pro locis saltuosiss, et campestribus ac irriguis, vbi non nihil succi est, vtitur, Esa. 43. Dabo in eremo, vel solitudine Cedrum & Myrtum. Myrtus enim & Olea, non viuunt in locis nimium siticulosiss, sed in ea relegauit abietem, vltimum ac platanum diuina prouidentia.

EXCELSA INHABITARE.

1 Est confidenter viuere, & quasi in turribus altis, Sicque animo securum esse, ab igne deuorante, Esa. 33. Ille excelsa inhabitabit. Vere in excelsis habitat Christus, qui surrexit à mortuis, cōsedit ad dexteram patris in cœlestibus, & cui mors vltra non dominabitur, Rom. 6.

EPHRAÏM.

1 Ephraim licet terra vnius tribus sit, Iosue. 13. tamen decem tribus ita adpellari, ex Hosea. 5. & deinceps notissimū est. Vnde alibi in Psalmo, per opprobrium, omnes Iudæi audiunt: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum. Et rursum: Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit. Rachel nanque mater Benjamin, & auia fuit Ephraim & Manasse duarum potentissimarum tribuum. Vnde pro ipsa congregatione vsurpatur, & pro populo Israelitico, Hiere. 31.

2 Hi etiam dicebantur regnum Israel: licet non omnes Iudæi essent ex Israel, siue Iacob. 3 Reliquæ autem tribus sunt regnum Iuda, & terra eorū proprie Iudæa. Vnde Ioan. 7. Non volebat in Iudæam ambulare &c. 4 Et vt semel dicam, dicebantur Ephraim licet non omnes essent ex Ephraim. Sicut Iudæi omnes dicuntur, & si non omnes sint ex tribu Iuda. Illi propter sanctificationem & cultum Dei, & regnum quod prius habebant. Hi ob eundem cultum & sanctificationem regnum, illic à Deo electum. Erat enim in Hierusalem electus à Deo locus, Deut. 12. de Iuda, Ephraim, Psal. 139. Et Iosue capite. 13. vocat Ephraim robur capitis, hoc est, principatus sui: quia potentior alijs, & numerosior tribus extitit, quare & regnum post defectionem Roboam, penes illam fuit. 5 Item Ephraim ego feci equitare, Hese. 10. capite, hoc est, sublimauit te in regnum, & permisit vt & Ie-

huda iuxta te aratoris teneret officium.

ET.

- 1 Apud Hebraeos varie utitur **ו**, Vofiam rationali pro accusativo, pro. cauffali, vt cauffaliter exponatur. Sic Efa. 6.4. Ecce tu iratus es, & peccauimus. i. quia nos peccauimus, ideo tu iratus fuisti. Sic in falutatione angelica, Luca. 1. Benedicita tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, i. quia fructus ipse benedictus, ideo et tu benedicta es: nimirum non per te, sed à fructu quem gestas in vtero tuo, per quem et benedicetur gentes, vt fit ipse et benedictus et benedicens, sicut sanctus & sanctificans. 2 Gene. 3. Et emisit eum Dominus Deus, id est, Et hæc fuit causa, vt mandaret eum Dominus. 3 Gene. 4. Hebraeus sic legit: Et concepit & peperit Cain, & dixit. Hic, Et, cauffalis coniunctio: & dixit, pro, nam dixit, hoc est, intra se cogitauit. Et Exodi. 10. 4 Item pro dum ponitur, vt Gene. 7. Et diluuium aquarum fuit vel venit, id est, dum venit, quando venit. 5 Item pro tunc. Gene. 11. Et dixit ad Saram vxorem suam, id est tunc, & hoc consilium iniit cum vxore. Mox sequitur: fiet, sic enim habent Hebraica ad verbum. 6 Iam Et pro igitur vel ergo ponitur, ac si dicat: Noui te esse venustâ, fiet igitur quum Aegyptij te viderint &c. Deinde mox: Et dicent, iterum Et, pro tunc. Tunc dicent, forma scilicet tua visa: Et me interficient, hic copulat. 7 Et quoque coniunctio, obedientiæ promptitudinem significat, Danie. 1. Et ad finem dierum, quos rex dixit vt introduceret: & introduxit illos &c. Sic & in 20. versu eodem capite. Et comperiebat &c.
- 8 Item Et pro ideo, Gene. 26. Abimelech dicebat: Potentior nobis factus es, recede à nobis. Et ille discessit, id est, ideo.
- 9 Porro Et pro vt, quod Hebraeis frequens est, Gen. 20. Orabit pro te, & viues, id est, vt viuas. Et Gene. 23. in Hebræo legitur: Et dabit mihi speluncam duplicem. Pro quo Latinus interpres: Vt det mihi speluncam, &c. 10 Et, interim pro nam vel enim ponitur Hebraeis, & hoc sæpius. Cuius exemplum habes Gene. 35.
- 11 Item pro relatione ponitur **וְיָנ**, Efa. 3. Et sicut grex quem colligit. Hebræus: Et sicut grex, & nemo, id est, quem nemo colligit.
- 12 Nonnunquam Et coniunctio omittitur, vt Exod. 17. Projice vir gam coram Pharaone, erit in colubrum.
- 13 Atqui inter innumeras acceptiones istam quoque, vt celeritatem & accinctum significet, vt. 1. Regum 17.
- 14 Item Et copulatiua. Id sæpe fit inter duo substantiua: Et quodcumque verbum sapientiæ, Apud Hebræos: Omne verbum &c.
- 15 Sæpenumero enim duo Et, in duobus membris vim habent, quæ admodum cum & tunc, aut, protinus enim: vt in Genesi cernere licet.

ELEEMOSYNA.

- 1 Eleemosyna, iuxta vocabuli rationem, est beneficentia quæ miseris potissimum

PHRASES.

potissimum exhibetur. Nam à verbo **לָעוֹן**, quod misererium genæ diducitur. Hinc est quod scriptura omne officium subleuandorum, mo impensum, misericordiam vocet & eleemosynam, Hose. 6. & Num the. 6. cap. ait: Eleemosynam præstandâ proximo esse, id est, ei quem Dominus tibi obtulerit, beneficio tuo fouendum. Moneo vt quæ maxime fratribus profimus, idque ad gloriam dei: quod qui spectat, eum facile docebit spiritus, quibus maxime fit eleemosynam præstare.

2 Paulus Eleemosynam munificentiam, benedictionem & communionem vocat, eò quod eleemosyna cedat in vilitatem tam dantis quam accipientis. Romanorum 15.

EXPECTARE.

- 1 Expectare Deum, est tempus miserendi Deo non præscribere, sed patienter ferre, moram certi de auxilio ferre: quando quidem futuro pro verbo sæpe utitur scriptura, Psalm. 28. Expecta dominum, vilitate age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.
- 2 Sustinere eodem Tropo sumitur, est sperare in Deum, & frangi aduerfitatibus, Efa. 33. capite, Domine miserere nostri, te enim sustinimus vel expectauimus.

EXATIARI.

- 1 Exatiari, nonnunquam est voluptate ob proximi incommodum adfici, Job 16. Simul super me exatiati sunt. Hinc exatiantur mali, si pij adfignantur. Exaturabuntur rursus omnes creaturæ in iudicio Domini, propter impiorum perditionem, vt Efa. 64. ait: Erunt ad satietatem visiois omni carni.

EXECRATIO.

- 1 Execratio aliquando in sacra philosophia pro iuramento ponitur, Gene. 24. Innocens eris ab execratione vel maledictione: vbi execrationem vocat, quod alibi iuramentum vocauerat.

EBRIETAS.

- 1 Ebrii in Prophetis aliquoties sunt mundi sapientes, vt qui proprio sensu innotuntur, imò insatiuntur, Efa. 29. Inebriamini. Sic Elias ebrietatem vocat, secularem sapientiam, & carnis prudentiam, nimirum quod velut ebria iudicio parum valeat, sordidaque fit, ac ideo abominabilis, id quod Propheta per vomitum designat, Efa. 19.
- 2 Ebrietatis nomine in sacra scriptura non vbi que de temulentia dictum est, sed & satietatem interdum significat. Audi David dicentem: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, hoc est, implebuntur.

EXCIDERE.

- 1 Excidere Latinis significat oblitisci, negligere, cessare, aut omittere. 1. Corinthiorum 13. Charitas nunquam excidit.

ERVMPERE.

- 1 Erumpendi verbo impense vtuntur Hebræi pro augendi & subleuendi, vt in libris Moisaicis sæpissime legitur, Efa. 54. Longos

DIVINAE SCRIPTURAE

fac funiculos tuos, & claves tuas consolida. Ad dexteram enim, & ad leuam erumpes.

EXULTARE.

1 Hoc verbo Theologi volunt significari vocalem lætitiæ, siue cātando, siue loquendo id fiat. Sicut gaudentes solemus iucunde loqui, aut etiam canere, garrere, laudare, iactare, prædicare cum in quo gaudemus, Psalmo. 50. Exultabit lingua mea iusticiam tuam, id est, cum gaudio prædicabit. Ita Psalmo. 5. In æternum exultabunt: quasi dice-
ret. Erunt prædicatores & Euangelizatores, id quod, proxime huius verbi alludit significatio, vt supra in verbo. Euangelizare visum est.

2 De hoc ita scriptum reliquit Basilius Magnus in Psalmo. 32. Exultate iusti in Domino. Consuetæ quidem ac familiaris est facris voluminibus Exultationis vox, clarissimum quendam ac iucundum in rebus animabus statum ostendens. Exultate itaque iusti in Domino. Non autem quando rem prosperam domi habetis: Nō item quando corpori bene fuerit: Nō postremo quum ager fructibus omnis generis refertus erit, sed quod Dominum habetis, talem habetis pulchritudinem, talem bonitatem, talem denique sapientiam. Hæc ille.

EXALTARE.

1 Exaltandi verbum pro adparandi, vel conspicuum fieri interdum ponitur, Esaiæ. 49. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Interdum pro laudibus vehere, vt Exod. decimo quinto, Deus patris mei, & exaltabo eum. 2 Interdum Extollere siue exaltare vtuntur Hebræi per Metalepsim, pro interficere, quem. n. contere volumus, extollimus. Sic Christus Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra. Item 3. Exaltari oportet filium hominis, pro mori.
3 Hinc familiare est Hebræis, vt crucis supplicium Exaltationem vocent, quomodo & Christus voce vsus est, Esaiæ. 53. Sic habent Hebræa: Et cum dite, hoc est, diuitibus exaltatio eius.

EGREDI.

1 Egrediendi verbo Hebræi vtuntur pro habitandi & conuersandi. Omnes, inquit, qui ex ea vrbe egrediuntur, pro omnes qui in ea vrbe viuunt, Esaiæ. 55. Quia in læticia egrediamini. 2 Egredi quoque vocabulum militare. Sic Psal. 57. Non egredieris Deus in virtutibus. Et 2. Reg. 25. Egredere, egredere vir sanguinum. 3 Hinc Egredi deum ante populum suum, est ipsum pro illo suam exercere virtutem. Psalmo. 60. memoratur sanctorū querela, Deum non egredi in exercitiis suis. 4 Item Egredi de ore, loquutio est qua statuere aut *παρομιζειν* significant. Hiere. 4. Sed faciemus quicquid egredietur de ore nostro. 5 Egrediuntur præ pinguedine (vt patet Psal. 37. versu. 7.) oculi impiorum, liquet allegoriam esse, & voluisse Vatem tumentis ob pinguedinem similitudine, fastum & tumorem ob nitiā opulentiam & rerum successum significari. 6 Egredi oculos quoque Vates pro eo

PHRASES.

67

pro eo dixit, quod est cyanescere, vri accidit ijs quibus nimium genæ intumescunt, eodem Psalmo. Et Gene. 42. Egressum est cor illorum, Idiotismus est, pro destitui viribus, sicut & Germani dicunt: Elapsum est cor illi, quum quis in magno discrimine, desperato est corde.

EXIRE.

1 Exire, nomen belli & vocabulum militare quoque est, Esaiæ. 41. Dominus sicut Gigas exibat. Zach. 2. Interdum pro ire aut proficisci, velut pro consules, præfides, prætores, præfecti in prouincias proficiscuntur, vt ius dicant, Esaiæ. 2. De Zion enim exibat lex de Hierusalem &c. 3 Item pro deficiendi verbo videmus accipi, Esaiæ. 36. 4 Item nonnunquam mundum se seruare significat ab inquinamento cum quibus habitat, vt. 2. Corinthio. 6. &c. 7. 5 Exire Dominum à Hierusalem, vt est apud Zach. 2. est ex cæcari gentem Iudæorum, vt ædificetur celestis Hierusalem, vt intret plenitudo gentium. 6 Exire animam, schemate Hebræico, pro mori.

ERVERE.

1 Eruere, est recte docere & patrocinari aduersus sæuitiam mundi, Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. 2 Eruere oculos, vel abijcere oculum non est oculos cultro externo effodere, sed cordis concupiscentiam per fidem mortificare, qua mortificata, erutus est etiam oculus corporalis, ne aspectu mulierum non scandalizer, adeoque hoc est pactum faceretur oculis, Iob 31. Pactum pepigi cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, malum cordis fermentum per fidem expugnare. Nam & lex adulteræ non solum opus, verum etiam concupiscentiam prohibet, Matth. 5.

EXVRGERE, EVIGILARE.

1 Exurgere, euigilare Deum, est vltionem de suo populo sumere. Sic David orat pro populo suo: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, Zoph. capite tertio. 2 Item Exurgere Dominum, est effectum auxiliij & salutis ostendere, Vnde: Exurge Domine, saluum me fac Deus meus. Sic etiam Psalmo vndecimo. Exurgam & ponam in salutem &c. 3 Euigilare apud Paulum Roma. decimo tertio est oculos & mentem recipere, viritur enim symbolico siue allegorico sermone Paulus.

EXPERGEFIERI.

1 Expergefieri seu vigilare, est seruere spiritu, sicut apparet ex parabola Evangelica, Matth. 24. Moram faciet Dominus venire. Et. 1. Thessal. 6. Ne dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. 2 Itaque somnus est carnalis saturitas, nec timere Deum, nec credere ei. Et Psalms ait: Expergiscere qui dormis. 3 Econtra, Vigilare, est timere & fidere. seruente spiritu. Sicut ex Thessa. apparet, de lorica fidei, & galca spei. 1. Corinthiorum decimo quinto. Expergiscimini iuste, & ne peccetis.

DIVINAE SCRIPTURAE
EXCOMMUNICATIO

1 Secundum scripturam est, à totius Ecclesiae corpore spiritualis quaedam abscissio, & ab omnium bonorum spiritualium ope ac beneficio separatio: Sathanæ potestati vera traditio, & à fidelium consortio sacramentorumq; communione, & templorum ingressu eiectio: quam Ecclesia, hoc est, iuxta Chrysoستي sententiam, præfides obstinatis & proteruis impœnitentibus autoitate diuina potest infligere, Paulus 1. Corinth. 5. Fornicator ille nouerçæ patris vsurpator atque oppressor Sathanæ traditur. Ibidem scriptura Pauli cum nominatis, hoc est, cum famosis peccatoribus prohibet cibum sumere. Alibi scriptura Ioan. 1. capit. 2. ait, Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue; communicat operibus eius malignis. Et in Thessalo. resistentem verbo Dei in Euangelio, iud Thessal. 2. Scriptura illa Euangelicæ apud Matth. capi. 19. Pulverem de pedibus Apostolorum excutiendum iussit in illas ciuitates, quæ Dei verbum neglexissent, 1. ad Tim. 1. & 2. ad eundem 4. excommunicatur faber ille ærarius, Alexander, item Hymeneus, Ioan 9 ait, extra Synagogas eiectos, qui Christum Dei filium confiterentur. Augustin. in Deuteronomio, quæst. 39. affirmat, non minus olim in Synagoga, quam nunc in Ecclesia in vsu fuisse excommunicationem. Atque excommunicare apud Iudæos, idem fuisse, quod interficere. Subscribit huic sententiæ etiam Cyprian. lib. 1. epistola 11. Interfici inquit, Deus iussit, sacerdotibus suis non obtemperantes, & iudicibus à se ad tempus constitutis non obediētes. Et tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumcisio carnalis manebat. Nunc autem quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spirituali gladio superbi & contumaces necantur. Neque enim viuere possunt foris, cum domus Dei vna sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia Romana possit.

ELECTIO, VOCATIO.

1 Electio atque æterna Dei prædestinatio per se satis firma est, vt opus non sit firmam eam facere. 2 Ita & Vocatio efficax satis, atque stabilis. Nam qui Euangelium audit, credit, atque baptizatur, is vtique vocatus est, & salutem assequetur, iamque habet. Quandoquidem igitur ad hæc vocati sumus, operam debemus tantum impendere. 2. Petri 1. vt vocatio nostra, atque electio etiam apud nos firma sit atque stabilis, non solum apud Deum. Hic modus loquendi scripturæ est, quo & Paulus ad Ephe. 2. vsus est, dicens: Extranei eratis à testamentis promissionum, nullam spem habentes, qui sine Deo eratis in mundo. Quanquam enim nullus sit homo bonus aut malus, cui Deus non imperet, cum eius sint vniuersæ creaturæ, nihilominus, inquit, Paulus, eum sine Deo esse, qui non ipsum agnoscit, amat, eoque fidet, licet in se Deus sit super omnia, Eodem modo apud Petrum, quan-

PHRASES.

68

quam per se vocatio & electio Dei, qua nos vocauit, elegitque firma satis existit, tibi tamen non firma est & stabilis, quam diu incertus es, ad te eam quoque pertinere, & ob hanc causam, inquit D. Petrus, atque horratur, vt vocationem nostram bonis operibus, certam & stabilem reddamus.

EFFICACIA

potentiarum.

1 Efficacia potentiarum dicitur, cum aliquid sit potēter, vt viuificare & occidere, vt Petrus occidit Ananiã. Elymam excaecat Paulus. Breuiter huiusmodi est, quod ait: Si dixeritis montibus hinc tollere &c.

EVRS.

1 Eurus, orientalis ventus, cui summa in scripturis vehementia tribuitur, qui confringere solet naues maximas, quibus magnum mare nauigatur, Psal. 48. hac similitudine vsus Hier. cap. 10. vbi inducit Dominum sic minari. Vento דרור dispergam eam coram hostibus.

EVA CVARE.

1 Euacuare est abolere, obliterare, irrita reddere, antiquare, abrogare, quo verbo frequenter vtitur Diuus Paulus Romanorum. 3. Interpretis sæpenuero vertit, destruere ἀργυρίο ociosum. Inde καταργησθαι ociosum & superuacaneum.

EXISTENDI VERBA

apud Hebræos.

1 Hebræis Existendi siue effendi verba accipiuntur perinde atque Græcis, pro fiendi verbis. Item verba fiendi & existendi, pro alijs quoque verbis ponuntur, Esa. 9. Et erit imperium super humerum eius, dicit Hebræus. Hieronymus translulit: Et factus est principatus &c. Erat, in factus est, vertit Esa. 5. Sic verba hæc, pro multis verbis vtiuntur, nemo tamen familiaris quã Ezechiel, Germen Domini, Sic Esa. 66. non tantum esse, sed etiam fieri. Sic alibi, facta est, pro exiit, pro cœpit esse, siue orta est, aut exiit, Rom. 1. Ante me factus est. Ioan. 2. Quod genus est & illud. Qui post me venit, ante me factus est, hoc est, qui me sequebatur cœpit esse prior, & præcessit me. Is enim qui nunquam cœpit esse Deus; homo tamen esse cœpit, factum, pro natum, factum ex muliere, Gala. 4. Qui factus est nobis, sapientia esse cœpit, 1. Cor. 1. 2. Similiter Vocandi verbo, pro existendi & constituendi verbis vtiuntur, virtute metalepteos. Existendi, quia quæ talia existunt, talia vocantur, Vt filius altissimi vocabitur, hoc est, erit. Luca 11. Quod nactur sanctum vocabitur, pro erit. Constituendi, quia qui vrbes aliasque res constituunt, nomen quoque imponunt, vt: vocant Oriona, hoc est, condidit atq; in ordinem suum constituit, Esaia. 41. Vocans generationes à principio. 3. Potest etiam vocabitur pro veniet exponi, prius pro posteriore: prius est enim, vt vocetur quis: posterius, vt veniat, Sic dicimus, is vocatus est; id est, veniet.

DIVINAE SCRIPTURAE
ESURIENTES.

1 Esurientes, qui secundum carnem infelices, & quorum res acciſæ et adſiſtæ iudicio mundi sunt dicuntur: suadere enim Christus voluit Mar. 5. sui abnegationem, carnis mortificationem, vt. s. presentibus liberet valedicere, & ab ipſo coeleſtia ſuſcipere. 2 Esurientes autem iuſtitiam, sunt qui egent iuſtitia: ſiue intelligas illam iuſtitia indigentiam, pro eo quod à nemine poſſunt quod iuſtum et æquum eſt obtinere: ſiue pro deſiderio propriæ innocentie, quo ſcilicet, diſcrutiantur, qui iam peccata ſua agnôrunt.

EUNUCHI.

1 Eunuchi, sunt lectorum cuſtodes & cubicularij, viri potentes apud reges, non ſpadones, quanuis Barbari reges, id muneris huſce molliculis ſerè iniungere ſoliti ſunt, vnde & Eunuchi ſpadones, dici coeperunt: Danie. 1. Hinc apud Hebræos Eunuchi pro miniſtris principum accipi rarum non eſt, nominis tranſitu factô, quod Eunuchis ſtiparentur primo principum vxores, deinde & ipſi principes, ſed vxorij, hoc eſt, muliebres facti Hier. 34. Sic hæc vox. Act. 8. non ſexus aut impotentis denotatio eſt, ſed officij. Nã veteribus miniſtri aulae per Carachreſin dicebantur Eunuchi. Et Hieremieæ trigefimo octauo. Et audivit. Ebedmelech Aethiops vir Eunuchus de familia regis &c. Vir Eunuchus, hoc eſt, ſecundum Ionathan, vir principalis. Sunt autem adfirmantibus priſcis Hebræis crudeles.

ELEMENTA.

1 Linguae Apoſtolicae aſſueſcendum eſt. Elementa enim non illa quatuor, terram, aquam, aërem, ignem intelligit, quæ etiam nuſquam in ſcriptura legis elementa adpellata. Ab Aethnicis hanc adpellatione accepimus, quam ſi velis inferre ſcripturis, mirum quàm periculoſe ſis impacturus. 2 Elementorum nomine, literas ipſas & ſcriptam legem intelligas, quæ velut præludia ſunt & prima ſancta eruditionis rudimenta. Græci ſiquidem & Latini literas elementa vocant, ita Apoſtolus primordia religionis, nunc legem ipſam literis, hoc eſt, elementis comprehenſam vocat, vnde Hebr. 5. Iuxta rationem temporis debebatis iam præceptores eſſe. Nunc habetis opus, rurfus elementa primordij ſermonum Dei erudiri. Vide, prima rudimenta cognitionis verbi Dei, elementa vocat, ad Coloſſ. 2. Videte ne quis vobis imponat, per philoſophiam, & inanem deceptionem, per doctrinam hominum, & elementa huius mundi, Galat. 4. Quomodo cõuertimini rurfus ad infirma & egena elementa mundi, quibus iterum de integro vultis ſeruire, Dies obſervatis & menſas &c. Legem hic quali per conſuetudinem, elementa, id eſt, literas vocat, addit infirma & egena, cum quod nequeat, quam exigit præſtare iuſtitiam, tum quod homines, veteres egenos & infirmos reddat. Vbi enim inſtat cor animumque pietatis deditura exigere, id vero natura nequeat præſtare, planè efficit, vt
homo

PHRASES.

69

homo ſuam inopiam ſentiat, atque infirmitatem agnoſcens, iure à ſe requiri, quod non ſolum non habeat, ſed ne poſſit quidem habere.

3 Huc pertinet, quod Paulus 2. Cori. 3. ſcriptum reliquit: Litera occidit, ſpiritus autè viuificat. Has externas inſtitutiones & pedagogias, ceremonias & lac, 1. Corin. 3. appellat. Porro vocat Paulus ea elementa mundi, quod in rebus mundi omnis illa legis obſeruantia, quam nondum ſpiritu renouati homines præſtant, fit ita, Nimirum in locis, temporibus, veſtibus, perſonis, vaſis, & id genus alijs. At fides nulla re mundi, ſed ſola Dei gratia, verbo ac miſericordia nititur, neque per rem aliquam, ſed ſola gratia Dei inuiſibili ac æterna, hominè iuſtum reddit, ſaluum, ſœlicemque. Quare iuxta phraſim ſcripturae per elementa mundi intelligo externas res ſiue ordinationes ciuiles, inſtitutiones, manuſcriptionesque, & humanas conſtitutiones, quæ non ſunt in ſpiritu, hoc eſt, quæ ſimul cum carne pereunt, & uſu conſumuntur, non viuificant, non iuſtificant, non conſeruant, non tuentur aduerſus iudicium Dei, etiam opera legis diuinæ ſecundum carnem, id eſt, exteriorem ſucum intellecta, vt aperte vides in allegariſ ſupra &c.

EXACTOR.

1 Exactores in ſcriptura hi dicuntur, qui per opera legis ſine Chriſto iuſtificari volunt, hoc eſt, doctores ſunt legis. De quibus Eſaiæ. 9. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperasti, & Zacha. 9. Et non tranſibit ſuper eos vitra exactor legis, non amplius tibi dominabitur.

EVANESCERE.

1 Phraſi Paulinae aſſueſcendum eſt, nam ad Roman. 5. Euanescendi verbo pro fruſtrari vitur, Sic ait: Euanuerunt in cogitationibus ſuis *ἐκματαιώθησαν*, id eſt, vani, ſuperuacanei facti ſunt, aut fruſtrati ſunt, *μᾶταιος*. n. fruſtra, inde *μᾶταιος* ſuperuacaneus & nullius uſus, Vulgo vanum vocant glorioſum & ſuperbum. Qui Latine callent, vanum dicunt, aut quod verum non eſt, aut quod friuolum eſt, & inane, nihil habens ſolidi. 2 Caterum euanescere dicitur, quod cum prius falſa imagine offerretur oculis, deinde deſinit apparere veluti ſumus. At Paulus ſentit illos fruſtratas fuiſſe ſuis cogitationibus, hoc eſt, longe ſecus eueniſſe quàm putabant: id quod declarant quæ mox ſequuntur, Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Id. n. eſt fruſtrari, quum ſummam ſapientiam tibi ſperaris in ſummam incidere ſtultitiam: & quum clariffimam lucem ſomniaris, in altiſſimas demergi tenebras: & quum raram quandam gloriam apud mortales tibi propoſueris, in adeo probroſas prolabi cupiditates, vt ab ijs & brutorum animalium natura abhorreat. Eſt autem *διανοησιμὸς* non ſimplex cogitatio ſed cogitatio rariocinantis & expendētis ac dijudicantis, quod alieniſſimum eſt à fide Chriſti, ad quæ illos vocat Paulus. Taxat enim obiter dialecticis philoſophorum argutias, quibus fruſtra freti, ſapientiam
abſo-

DIVINAE SCRIPTURAE

absolutam & sibi vendicabant, & alij pollicebantur.

EQVVS ET EQVES.

1 Equus, indomitam ferocitatē, superbiam, arrogantiam sibi immodice placentum, iuxta animantis naturam significat, quam cum alibi crebro, tum verò potissimum in impijs inuenias licebit. Nihil enim, Deo committunt rerum suarum, sed ex proprijs viribus toti pendunt. Sic in Psal. 19. Ridetur impiorū nimia de viribus proprijs spes & praesumptio. Hi in curribus, ait, & hi in equis &c. Et Psal. 9. Fallax equus ad salutem, id est, caballus frustra promittit equiti salutem. Item Psalmo centesimo quadagesimo sexto. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, id est, Deus minime gratas habebit equi vires.

2 Equitare super leuem nubem, Idiotissimus satis elegans, & idem est quod celeriter ac repēte castigare, visitare, sicut in cœlo nubes de regione in regionem transit, Esa. 19. Vaticinatur autē Vates de Aegypto, & ait: Ecce Dominus vehitur super nubem leuem, & venit ad Aegyptū, & nutarunt idola Aegypti à conspectu eius, & cor Aegypti in medio eius colliquescet. Nam de celerissima & inopinata hostium irruptione in Aegyptum, quos Dominus adduxit, Propheta vaticinatur. Et hanc ob causam, dicit Dominū vectum leui nube, Aegyptijs superuenisse, & alibi, ac in compluribus locis reperitur hæc deuastatio Deorum, vsq. Soph. 2. cap. Disperdet siquidem omnes Deos orbis &c.

EXTERMINATIO.

1 Exterminatio, eradicatio, seu excisio est secundum Hebræos, qua quis moritur ante legitimū tēpus, hoc est, ante quinquagesimū aut sexagesimū annū, aliās Hebræi atque Latini præmaturā mortem, quæ homini accidit, appellant. Hinc Exterminatio et exterminari, pro nominis et posteritatis deletione Hebræi accipiunt. 2 Exterminari animā in circuncis, est ferre iudicium infidelitatis, Gene. 17. Hæc loquutio frequens est in libris Mosais.

EFFVNDERE.

1 In verbo Effundēdi abundantia & plenitudo indignationis & feruentis iræ Dei non unquā intelligitur, vt Hier. 6. Effundendo paruulū in platea. Sic Psaltes vbi interdum omne genus malorum imprecatur. Lucas autem Acto. 2. vsus est effundendi verbo, ad significandam muneris largitatem, Et Ioēlis 2. 2 Effundere atqui animam vide supra in litera A Similiter apud Psalmographum Psal. 42. Effundite coram illo cor vestrum, hoc est, omnem animi vestri æstum ipsi laxatis habentis quarimini, vnde certa scilicet consolatio petitur.

EXINANIRE.

1 Vastare, consumere, & è medio tollere, significatur in Psalms, verbo Exinanire. Vt Psalmo. 136. Hostium populi Dei vox refertur. Qui dicunt, inquit, exinanite vsque ad fundamenta in ea, id est, vastate urbem, & subuertite vsque ad solum. Et Psal. septuagesimo quarto. Ve-

PHRASES.

to. Veruntamen sex eius non est exinanita, id est, adhuc superest sex quam bibant peccatores. Significat etiā in Scriptura alteram formam seruaturam asumere, verbum, semetipsum exinaniuit quando homo factus est. Paulus ad Philippen.

ERVCTARE.

1 Amplitudo & ingens copia mysteriorum diuinorum non explicatur verbis, sed fermè patente meatu eructatur, vt 44. Psalmo, Propheta benignitatem Dei, qua nos absumpta carne dignatus est inuisere, et ecclesiam ducere coniugem enarraturus: Eructauit, ait, cor meum verbum bonū. Et Psal. 18. Dies diei eructat verbum. Item Psal. 118. &c.

ETHNICVS.

1 Ethnicum & publicanum esse, est deleri è catalogo ecclesiastico, & recenseri, haberiq. inter facinorosos, quibus nihil neque officij, neque synceri turo committas: vt nos solemus mœchos *ἠεροπάγου* deprehensos honore & trabea exutos publicè dedecorare, vt 2. Corin. 2.

EXPELLERE.

1 **Πῦρ** Expellere aliquando in hæreditatem transire, & aliquando per contrarium pelli ab hæreditate, Num. 33.

EICERE OSSA ET CADAVERA.

1 Scriptura inter summas ignominias ponit cadauera & ossa eijci è tumultis, quæ apud Hier. 8. tanquam supplicij pars prædicatur.

EBVRNEAE DOMVS.

1 In epithalamio Prophetæ quod Psal. 44. in Christi sponsi & ecclesie illius sponsæ præconium instituit, eleganter admodum delicias describit, quibus sponsus sese oblectet, nimirum filias regum, in eburneis aedibus educatas. 2 Cæterum quando ebur auctores boni, negant sentire cariem: consentaneum est Dauidis elogio plurimum à Christo seruatore adamari, & in delicijs haberi animas regias, quæ carnem domantes integritate illius, se sponso commendarunt.

FIDES.



FIDES apud Latinos teste Cicerone lib. 1. de officijs significat dictorum factorumq. constantiam & veritatem, quæ iustitiæ (qua cum proximis recte viuuntur) fundamentum est: ita appellata, vt eidē videtur, quia ea mediante fit, quod dictum est, vnde bona fide agere eum dicimus, qui citra vilius figmentū, vere ac diligenter agit, quod agendum suscepit. 2 In Sacris licet, fides est certus & indubitatus ascensus eorum, quæ ecclesia vel scripto vel traditione per diuinam reuelationem fidelibus credenda proponit. Per hanc definitionem iuxta sacram scripturam Theologi excludunt opinionem, quæ non firmitudinem, sed formidinem habet inclusam. Excluditur etiam scientia, quæ est euidentiū: ac tandem excluditur hæreticorum credulitas, qui pro suis falsis dogmatibus a-

struunt.

struendis, non eas adferunt rationes, quae diuine nitantur reuelationis sed praesumptione tantum dñsti suis placitis confidentes errores suos obstinato defendunt animo. Scriptura Pauli ad Hebræ. 11. diffinit, fidem esse sperandarum substantiam rerum, argumentum non apparentium, id est, est fides causa, qua res diuinas caelis obstrusas & reconditas speramus: & tam certas atque praesentes habeamus & intelligamus. Est fides substantia rerum sperandarum, hoc est, subsistere facit quasi praesentes, res absentes, quas speramus. Est argumentum rerum non apparentium, hoc est, certa & rationabilis probatio inuisibilium ac praemonstratio futurorum. Ita Anselmus in commentarijs huius loci: Idem etiam ex scriptura illa 1. capit. Roma. ait, fidem esse diuinitatis confessionem & religionis solidum fundamentum, qua veraciter credimus, id quod videre non possumus. Vnde proprie nomen fidei inde dicitur, quia fiat quod dictum est aut promissum: fides enim ab eo dicta est, quod inter vtrosque placitum est, id quod inter Deum & homines fit, scilicet: vt homo faciat opera, quod dicit ore: & Deus reddat beatitudinem quam promittit. Haec fides, scriptura testatur, quod sit donum Dei: hoc est, diuinum donum diuinitus datum, mentibusque nostris infusum. Scriptura illa Pauli, ad Roma. 10. & illa Efaia 55. ac tandem illa Ioan. 12. quae docet, fidem ex auditu pendere, est intelligenda, de materia fidei: hoc est, de articulis symbolo contentis, & de alijs quae Ecclesia fidelibus credenda proponit. Haec docet Ecclesia, quae etiam diuinitus à suo accepit suggestore & direttore spiritu sancto. 3 Scriptura etiam docet, credituris hanc fidem esse necessariam, vt Sacramenta nostrae religionis intelligant, quae humanis rationibus non percipiuntur, Efaia. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Et Paul. ad Hebræ. 12. Accedentem ad Deum credere oportet, quia est. 4 Docet scriptura fidem veram per se posse consistere solam, secumque peccatum mortale permittere, praeter haeresim aut apostasiam: prodesse tamen sola ad salutem non potest, nec poterit operari, nisi operandi virtutem & efficaciam à charitate mutuam accipiat. Scriptura Paul. 1. ad Timoth. 1. & ad Galat. 5. & Iacob. 2. Origenes lib. 8 in 10. capit. Epistolae ad Rom. ait, illum habere quidem fidem, sed non secundum scientiam, qui ignorat, quia fides sine operibus mortua fit: & quod fides Dei non in solis verbis est, quae interdum ab alio composita vel scripta dicuntur, sed in affectu mentis. 5 Matth. scriptura capi. 7. & 25. affirmat multos, qui miracula extiterunt clari, audituros exprobrationem & maledictionem illum Christi. Itē scilicet, maledicti in ignem aeternum. Qui tamen habuerunt fidem verā, qua miracula fecerunt: quia fides neminem saluat. Idē Paul. 1. Cori. 13. Si linguis hominū loquar, &c. 6 Solet scriptura tamvets quam noua multum extollere fidem, ipsique virtutes diuinas tribuere, Sicut est illud Acto. 15. fide purificas corda, Et Paul. ad Gal. 3. quod

quod fide accipiatur Spiritus sanctus, & illud. 1. Petri. 1. fidei finis, est salus animarum, & illud Marth. 21. fide accipiemus quod petimus: & illud Lucae 7. Vade, fides tua te saluam fecit, & illud Genes. 12. & 22. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Verum non ita sunt intelligendae haec scripturae, quasi Christus aut Apostoli nec Propheta fidem solam ad omnia illa efficienda, efficacē iudicauerint. Sed planē constat, nec Christum, nec Apostolos, nec Prophetas, nec consilia, nec patres, nec Ecclesiam vnquam intellexisse, nec docuisse ad iustitiam vel salutem animarum comparandam solam fidem sufficere, nec vnquam satis fuisse, sed omnes doctores praesertim Augustin. constantissima sententia docent illam fidem, se laudatam in vniuersis scripturis reperire, vt efficacem ad operandum & dignam ad merendum, quae charitatem coniunctam habeat & obedientiam. Nunquam enim fides sola Abrahæ profuisset, nisi vbi Dei verbis credens obedientem se praestitit. Nec fuisset confectura Magdalenae peccatorum remissionem, nisi multum dilexisset. Nec fuisset affectus Paralyticus incolumitatem, & si omnipotentem Christi vocem credidisset, nisi fidei accessisset obedientia. Nec Leprosi fuissent puritatem adepti Christo credentes, nisi eidem praecipienti paruissent, ad sacerdotesque se iuxta Christi praecipitum se contulissent. Cum Iacobi. 2. dicat: fidem esse mortuam sine operibus, quid potest homo mortuus facere, etsi homo sit, est tamen mortuus, quo ad vitales actiones pertinet. Perinde est de fide mortua, quae tametsi vera sit fides, quia anima, charitate scilicet, caret, nihil ipsa sola poterit operari, quod eterna salute sit dignū. Est tamen vltimatissima phrasis scripturae sacrae ita loqui: vos salui estis per fidem, fide iustificamini, fide placemus Deo, fides purificat, & alia id genus locutiones, in quibus nunquā reperitur, quod sola fides iustificet, aut quemquā saluet. Sed teste Aug. Epi. 105. ideo haec omnia fidei tribuit scriptura, quia illa prima datur, per quam caetera impetratur. Fides impetrat charitatē non merendo sed clamando, inuocādo, pulsando, & alia petendo quae fides docet esse optanda. Quae si obtineantur charitati venturae locū praeparant Hier. aduersus Lucif. Fides, inquit, quae hic (in cap. scilicet, Mar. 15.) & in alijs locis Evangelij laudata est, simplicitas mentis & erga Deū deuotio est intelligenda: & Aug. li. de nat. & gra. ca. 68. affirmat eam fidem tantum se reperire laudatam apud Paul. quae per dilectionem operatur. Nec vnquam quis haecenus potuit reperire in aliqua scriptura veteri aut noua quod fides sit certa quaedā persuasio, seu apprehensio, quae voces plane inaudita sunt & inusitatae in scripturis sacris. Nec tantum in Hebraeis factis non inueniuntur, sed nec in vilo concilio, nec in aliquo doctore Ecclesiastico & Catholico in lectione sacrarum scripturarum exercitato. Sunt voces peregrinae à quibus Paulus vult omnes Christianos prorsus abhorreere et abstinere, vt perniciosiss et nociviss ex in-

feroque per aliquem spiritum infernalem mundo & Ecclesiae allatis. 7 Fides cum Sacramento baptismi saluat, teste scriptura, Marti ultimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

8 Magna fides & ardentissima, potest aliquando ad salutem prodesse sine sacramento baptismi, quando eius suscipiendi non datur facultas, latro tantam habuit fidem, vt illa baptismum flaminis illi administrauerit. 9 Fides potest auferri, Luc. 17. discipuli, Adauge nobis fidem. 10 In sacramentis nostrae religionis, huic fidei Christi, & non nostris vanis persuasionibus iubet scriptura, vt intellectum nostrum, hoc est, nostram rationem captinemus, Paul. 2. Corin. 10.

11 Fides sola sine charitate, docet scriptura, quod possit prodesse tametsi non ad salutem consequendam, saltem ad alia bona temporalia praestanda, qualia sunt fugare demones per fidem, aegritudines sanare, prophetizare, quae Deus tam per malos quam per bonos solet efficere, Matth. 7. & 25. Iudas Apostolus aequae atque alij Apostoli multa edebat signa, id est, faciebat miracula. Propherabat Balaam, Numer. 23.

FIDEI NOMENCLATURA.

1 Diuinae literae Fidem, iam Lumen vultus Dei appellant, quod sit illuminatio mentis nostrae, & spiritus nostri, diuinitus inspirata, & radius quidam diuinitatis, cordi credentis infusus, quod dirigitur & obseruatur, quicumque seruat vel saluatur, Psal. 31. Intellectum tibi dabo, & instruam te, in via hac, qua ambulabis, firmabo super te oculos meos, Et Psal. 42. Non enim in gladio, &c. Dominus illuminatio mea, & salus mea. Item Psal. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

2 Hoc figuratum est in columna ignis & nube, quibus filij Israel per desertum ducebantur, quemadmodum & sola fide per itinera ignota, & omni humano auxilio destituta, hoc est, passionibus & tribulationibus agimur & dirigimur in patriam caelestem, fides, inquam haec quia est lumen, quod praesentem & vultum ipsum Dei ostendit, omne nimirum bonum ostendit, quod Deus est, dum ipsum format, vt in 4. Psal. supra adducto. 3 Fides item in nouo testamento, est limes, vel funiculus hereditatis: ipsa enim terminat fidelium numerum, extra quam quicquid fuerit termini, sunt populorum, & termini impietatis appellantur. 4 Ad hoc Fides nominatur Cingulum lumborum, Cinctorium renum, Esa. 11. Consummatio abbreviata, eiusdem, 10. Verbum abbreviatum, Roma. 9. Iustitia Dei, 1. 3. 10. Pupilla oculi, Psalmo. 16. Lucerna corporis oculus tuus, Luc. 11. Umbra, Psal. 17. Oculus Dei, Psal. 31. Dexteram, Brachium Dei vel Domini, Psal. 43. Illuminatio vultus Dei, vt supra. Item opus Dei, Ioann. 6. Conseruatio mandatorum Dei, Eccle. 5. 5 Comparatur etiam fides grano synapis, Marc. 4. Luc. 13. & 17. Quandoque Regno caelorum. Funis seu funiculus, Psal. 77. 6 Fides item funiculus & perpendicularum est, a

qua

qua qui aberrarint, ad aedificium Dei non pertinent, Esaia. 28. Et potest iudicium & funiculum, sed supra satis declaratum.

7 Item nonnunquam Fides idem est quod bonitas Dei, vt Psal. 89. & 25. Fidem & bonitatem pro eodem accipit, de quo & supra ostensum est in nomine bonitatis. אֱמוּנָה, hoc est, fidei, fideles, veraces, fidei seruantes, quique veritatis studiosi sunt, qui ex fide viuunt, veraciter & candide omnia dicunt & faciunt. His bonis Dauid interdum fideles adiungit: vt Psal. 3. Nulli super sunt boni, fideles defecerunt esse inter mortales. Nemo enim bonus, hoc est, ad benemerendum quoslibet propensus fuerit, qui non & fidem ex animo colat.

FIDELIVM APPELLATIVA

1 Scriptura vocat sanctos, hoc est, credentes & fideles baptizatos, & exquirentes Dominum, cum contra impios non requirit, vt Psal. 13. Filios vocat spiritus Dei, Sicut Job 1. habetur. 2 Volentes vitam, quia regnum mortis, quo premuntur, oderunt. 3 Cupientes videre bonos dies, id est, liberari a conscientia peccati, vt habeant gaudium in spiritu sancto, pacem illam quae supergreditur omnem mentem, sicut in Prouerbum dicitur. Secura mens quasi iuge conuiuium.

4 Infantes, quia credentes infantes sunt mundi, gloriosi Deo, Psalmo 8. Et lactantes sunt iidem, qui nihil cibi praeter Dei verbum norunt. 5 Animalia Dei, Psal. 67. Animalia tua habitabit in ea, id est, oves pascuae tuae, quae pascuntur verbo tuo. 6 Peculium Dei dicitur, & cibus Dei, Grex Dei, Reliquiae, Gal. 1. Israel, Solitudo apud Esaia, Iusti. Plura supra reperies in nomenclatura Ecclesiae. Fiducialiter agere in Domino, Lucae Euangelistae proprium est, nimirum fiduciam praedicandi verbum Dei commendare, vt appareat ipsum Psal. 11. vndecimi, versum velur prouerbio habuisse, Acto. 9. 14. 18. Sicque Lucas per fiducialiter agere, aliud non vult intelligi, quam verbum diuinum cum fiducia, & in spiritu fortitudinis praedicare. Sed fideliter agere, Prouerborum duodecimo, est veracem esse.

FACIES.

1 Facies seu vultus, non in vno loco praesentiam Dei in Biblijs significat, vt Psal. 9. Peribunt a facie tua, hoc est, propter praesentiam adiutorij tui. Sic in Psal. 37. Non est pax oculibus meis, a facie peccatorum meorum, Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae, hoc est, a praesentia & instantia peccatorum meorum. Nam quamuis & antea aderant & praesto erant, ipse tamen non agnoscebat, iam reuelata lege Dei, iudicium ipsius sentit, & re ipsa exprimitur penes. 2 Facies etiam omne quod externe apparet, & splendorem habet, hoc est, quod in manifesto est & contrarium abscondito, vt illic, Homo videat, ac iudicet, hic Deus, Ioan. 6. Nolite iudicare secundum faciem. Sic Mar. 12. Non enim faciem hominis, &c. Et 1. Reg. 16. Ne respicias in vultum eius. 3 Facies, similitudo vel species, &

K facies

facies Dei pro eodē accipiuntur, nempe pro reuelatione Dei cognitione in qua est omnis beatitudo sita. 4 Facies vero Dei sapius in sacris Biblijs, maxime in Dauidicis Psalmis, *ἐπιφάνεια*, aut fauorē, aut gratiam, aut beneplacitum significat, vt: Oculi Domini super iustos. 5 Hinc Deus aliquem respicere dicitur, dum eius miseretur, illique opem fert, et auxiliatur, Exo. 2. Respexit Dominus filios Israel, & liberauit eos. Et Iudith. 6. Respice ad humilitatem nostram, id est, iuua nos. Dicitur etiam respicere quę sibi placent, & non respicere quę displicent, Gene. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem non. Sic Hier. 5. Domine oculi tui respiciunt fidem. Item Psalmo. 101. Respexit in orationem humilium. Et Psalmo. 4. Illumina, vel attolle super nos faciem, vel lumē vultus tui, hoc est, benigne respice nos, faue nobis, exere tuam in nos bonitatem. Quibus enim fauemus, illos suauiter respicimus, & vultu animi benevolentia testante intuemur. Is aspectus velut quędam optatę lucis irradiatio est, vnde per lucem aspectus diuini, nihil nisi Dei fauorem, & benevolentia declarationem declarat. 6 Interdum Facies siue vultus in multis locis indignationem, iram, vindictam, displicentiam significat, quę in facie, nariumque interiore statu, maxime se prodit, vnde Hebr. & faciei, & naris nomine significare solet, *אף*, & *אף*. Psalmo. 21. Pone eos vt clibanum in tempore vultus tui, & alibi: Vultus domini super facientes mala. Item Auerte faciem tuam a peccatis meis. Pinguis facies, nates obesa symbola robusti sunt. Iob 15. Leuit. 20. capitur facies in Hebraismo pro *אף* furore. Ponam ego, inquit, faciem meam contra virum illum. 7 Sic Ambulare coram Deo, hoc est, ante faciem eius, idem est quod studere, vt Deo placeamus, & conuersatio nostra ad voluntatem sit. Hoc Græci *ἐπισημασία*, Nam & *ἐπισημασία*, est optime agere, & ita vt oportet, egregie fungi officio, et recte agere, &c. 8 Porro, Faciem dei respiciunt, quotquot carnaliter iudicant de sapientia & iusticia eius, seu propter sapientiam & iustitiam mendaciter Deum excusant, Nam in lege præcipitur, vt in iudicio non respiciamus, personam, hoc est, personam iudicio propositam, iudicemus iuxta potentiam, eloquentiam, prudentiam, diuitias, amicitiam, inimicitiam, benefacta & malefacta eius impertinentia, sed iuxta causam, vnde nec Deus personarū respector est, nec in electione, nec in iudicij executione, Iob 13. Nunquid deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini. 9 Interdum Deus faciem suam abscondit, quando homines ita excæcat, vt eum neque noscant, neque inueniant, quantumuis querant & iactent, quę significatio nota est ex eius contratio. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Vide Deutero. 32. cap. Item alia ratione faciem suā abscondit, quum nec exaudit orationes nostras, de quo tropo supra in verbo Abscondere diximus. 10 Facies Dei, etiam

in

in scripturis non caro, sed diuina cognitio intelligitur, ea ratione, quæ per faciem conspectam quisque cognoscitur, vt de homine noto dicimus, Facie quidem hominem noui. Ita orando Deum dicitur: Ostende nobis faciem tuam, id est, da nobis cognitionem & intelligentiam tuam. 11 Sic & vestigia Dei dicuntur, quod iam nunc Deus in fide, et per speculum cognoscitur, 1. Corint. 13. 12 Sicque Dei similitudo vel species, & facies pro eodem, Psalmo. 17. & alibi accipiuntur, pro reuelatione scilicet Dei cognitione, in qua est omnis beatitudo sita. Et supra: In lumine vultus Dei, De Fide, vide superius. 13 Ceterū Facies Mosi cognitio legis & vis peccati est. 14 E contra, Facies Christi, intelligentia est veritatis Euangelicę, & Fides in Christum. 2. Corinthi. 13. 15 Sic è regione Facie ad faciem, vbi in scripturis de Deo dicitur, significat manifestam, perspicuam atque certissimam ipsius cognitionem, & ostensionem, vt Deu. 5. Facie ad faciem loquutus est nobis in monte, id est, Deus nobis vsque adeo euentia verba fecit, & signa exhibuit, quę coram vidimus et audiuitus, vt inficias ire nequeat, quin Deus reuera fuerit, Ita et Iacob adfirmat se vidisse Dominum facie ad faciem, Gene. 23. Cum tamen verum sit, Deum nemo vidit vnquam. Nam tamen si & de se dicat Deus, Num. 12. Palam, & nõ per ænigmata & figuras deum vider. Tamen idem Moses cupit videre gloriam Dei, & faciem eius, & audit, Non videbit me homo, & viuet, Exod. 33. 16 Est autem videre Deum, ipsum corde & animo sequi, quocunq; ducat, teste Nyssano in vita Moise, vbi hoc. Nõ videbit homo faciem meam, & viuet, ita exponit. Non quod facies illa, quæ est facies vitę, causa mortis fuit videntibus. Sed quoniam tamen viuificet natura, propria eius est: vt omnem cognitionem transcendat. In hoc Deus videtur, vt nunquam respicere ad eum definas. Et iterum: Ob facie Deum homo non vidit, sed in posterioribus, vt quisquis vult venire post eum, sequatur eum, & sequendo non faciem, sed tergum aspiciat. Sic & Prophetę dicuntur Deum vidisse, id est, gloriam Domini aliquam. Similiter in Exodo legitur. Et descendit Dominus in montem Sinai, hoc est, gloriam Domini. Item euidentissime Ioannes testatur capite 12. dicens: Hęc dixit Esaię 6. Et vidi ipsum Dominum, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Vbi manifeste dicit, visam gloriam Christi ab Esaiã vere Euangelico. 17 Enimvero posteriora Dei videre, dicuntur ij quibus aliqua forma aliquando Deus apparuit. Nam Hebraica vox *אֵפָה* hoc eleganter exprimit. Vt dum nos ab archetypõ aliquid depingimus, dicitur post factum, i. ab alio factum. Philosophi vocant cognitione, quia est, non quid est. Gen. 16. Vidi posteriora, hoc est, non faciem videntis me. 18 Porro videre filium Dei, in veteri testamento quomodo intelligatur, Gregorius Nazianzenus hisce verbis enarrat, de fide scribens: Filium Dei ita visum a patribus approbamus, & cetera.

K 2

19 Præ-

19. Præterea faciem Domini videre, perhibebantur sacerdotes legis, eo quod præsentés stent coram arca Dei. Nam hoc dicebant videre faciem Dei, qui alioqui est invisibilis. 20. De plebe auté dicitur, quod calcet atria Dei. Sic Esa. 1. Quum veneritis ad videndum faciem meam, & calcandum atria mea. Ita & Psaltes duo hæc se iungit: Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. 21. Sunt auté atria seu vestibula, locus externus, quo populi cõuenire possunt, ab aditis & altaribus, ac sacerdotum choro discretus et separatus, ut in scripturis patet. 22. Faciem suscipere, aut nõ suscipere, Hebraismus est pro exaudire aut repellere, & negare, Genes. 19. Etiam in hoc suscepi preces tuas, Genes. 32. Forssitan suscipiet faciem meam, pro, propitiabitur mihi, vel reuerbitur me. Hebræi dicunt, Suscepi aut tuli faciem tuã. Græci legunt *ἰδούσα*, miratus sum, id est, suscepi te, exosculor te, suscipio. 23. Facies flammaram, dicuntur erubescetes, quod ruboris nota flammæ imitentur. Sic Esa. 13. Facies flammaram facies eorum, hoc est, aspicientes se mutuo, omnes videbant confusos. Significat indignationem, & illum fremitum indignantis animi. 24. Facies arqui animi, conscientia appellatur, vel cor eius videlicet spiritualis animæ, sicut ostendit Propheta, dicens: Tibi dixit cor meum, Dominum requiram: & exquisiuit te facies mea. Non enim facies carnea Deum quaerit, sed conscientia. Item quomodo facies conscientia appelletur ostendit Iacob, quum fuisset luctatus cum homine: Vidi Dominum facie ad faciem &c. Hæc Chrysostr. in capi. Mat. 6. Homilia. 15. 25. Item in faciem, idem est, quod contra ipsum, in ipsum, aduersus eum. Deut. 7. Qui odit Deum in faciem suam, id est, contra ipsum reflectitur eius scelus atque odium. 26. Faciem accipere in lege, Hebraismus est, pro accipere personam in causis legis. 27. Item, Facies peccatorum sumere, in Psal. 81. Propheta volens ostendere, quã scedum sit eorum exemplum, qui coërtionem habet in alios, & tamen interea summa impunitate peccant. Usquequo, ait, iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Quo loco facies peccatorum ferè significat perperam famæ suæ consulere. 28. Faciem obfirmare vel ponere, Ezech. 21. Fili hominis, pone vel obfirma faciem tuam versus Themas. Innuunt præceptum prophetizandi, ut strenue dicat, id quod est obfirmare faciem contra Hierusalem. Er cap. 6. Pone faciẽ, hoc est, aspice confidenter, ita ut non retro spectes. 29. In faciem & in nares, Hebræis idem est. Gene. 1. vtrumq; enim nomen Hebraicum significat in nares, quod in his respiratio sit posita, & inde halitus hauriatur, & eò diuina penetrarit aflatio.

FESTINARE.

1. Frequens est Hebræis, ut Festinandi verbo vtantur virtute Metalepsis, pro errandi, aut cadendi verbo. Qui enim festinant, ferè præcipites concidunt, aut imprudentes errant.

FI.

FILIAE.

1. Idiotissimus est Hebræis, quo vrbes & ciuitatum inhabitatores, atque pagos adiacentes, ac municipia, foeminarum aur filiarum periphrasi appellant. Quemadmodum Poëta, rum Græci, tum Latini, vrbes, nymphas, fluuios, reges aut deos etiam, montes, heroës, aut beluas ex robustissimis istis faciãt. Esa. 1. Derelinquetur filia Zion, sicut &c. Sic Zach. 2. Filia Babel, id est, populus. Et postea. Lutare filia Zion. Similiter Iacob Gene. 49. de Ephraim. 2. Non rarum est in literis sacris, vbi minor & infirmior pars totum populũ significat, ut in Zach. Dicite filie Zion, Ecce rex tuus &c. id est, toti populo Israëlitico: quasi diceret in tribu Ephraim erit magna multitudo populi. 3. Item nonnunquam pro nepribus, Gen. 46. Intrauit Iacob in Aegyptum, & omne semen eius, filia, & filia filiarum eius cum eo: quum consteret tamen, nõ nisi vnam filiam habuisse, Dinam. Nam scriptura congregationes, foeminas, matres, sorores & filias vocat, Ezech. 23.

FERVOR.

1. Feruorem solis, pro meridie nonnunquam accipiunt Hebræi, & rursus meridiem pro feruore solis vsurpant, Exod. 16. Cumque incauisset sol, liquefiebat panis ille.

FACERE.

1. Facere, quã Latinĩ tã Hebræi, pro operari in loco ponit, Esa. 19. Erubescunt qui linum faciunt & sericum. 2. Item pro sacrificare Hebræis, vt Exo. 10. Vt faciamus Domino Deo nostro. 3. Sumitur in eodem libro seruire pro sacrificare. Sic & Poëta: Quum faciam vitulum, pro frugibus ipse venito. 4. Item pro exigere, Lucæ 3. Quam constitutum est vobis faciatis, id est, exigatis. 5. Item facere etiam pro verbis perden di, atque in nihilum redigendi nunquã non vtitur, Esa. 26. 6. Interdum pro consilio & opere, quod ex eo consilio sequutũ est, Esa. 26. et Michea, 2. Qui facitis, & cogitatis vanum. 7. Interim pro conari, & ordiri rem, Exo. 18. Fecerunt sic incantatores in cantationibus, & est Hysteron & Protheron, posterius pro prior, vt Exod. 8. Quomodo dicuntur fecisse quod non potuerunt. 8. Pro parare & coquere aliquoties vtuntur Hebræi. Sic Gen. 18. Vitulum tenerum & bonũ, dedi; vt festinaret & faceret eum, pro quo non improbe reddidit Latinus: Et coxit eum. 9. Cæterum Facere domum, idem est quod Latini dicunt rem facere, pro locupletare, augere, curare, ampliare rem domesticam. Gen. 30. Et locupletauit te Dominus ad pedes meos. Et nunc quando faciam etiam ego domum meam. Nam quum Iacob iam à Deo esset locupletatus, ita vt res domestica aucta esset, nimirum operaprecium videret ei, vt suæ familiæ curam non negligat. 10. Verum, Facere misericordiam autem & veritatem, Gene. 24. Si facitis misericordiam & veritatem. Hebraice: Si beneficium & fidem in Dominum meum facere volueritis.

K 3

FAC-

DIVINAE SCRIPTURAE

- 11 Facere iudicium, est omnia recte & ordine facere, vt nihil iustitiae & æquitatis, nihil modestiæ & bonitatis desideretur, Zoph. 2.
 12 Facere iustitiã, est mandata Dei ex charitate seruare, in quorũ obseruatione ex charitate præstita, nostra iustitia coram Deo consistit,
 13 Factus est sermo, vel factum est verbũ Domini, Idiotissimus Hebraicus est, quo ferè semper vtuntur, pro loquutus est Dominus, aut dixit Deus, Sic Gene. 15, Factus est sermo Domini ad Abraham, id est, Dominus dixit ad seipsum, eiq; verba fecit, 14 Faciam transire, Hieremias decimo quinto, figuratã loquutio: Transferam, inquit, te in terram hostilem, ignoram tibi.

FRUMENTVM.

- 1 Per frumentum, Vinum, & Oleum, scripturæ diuinæ tropo, exprimitur temporalium abundantia, Genesi. 17. Frumento & vino, & oleo stabiliui eum. Sic Psalm. 4. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt, id est, à copia & vbertate, frumenti, vini, & olei sui, hoc est, rerum & bonorum temporalium abundantia, & superfluitate, dilatati, aucti, in crassati, dilatati.

FURARI.

- 1 Furari verbum, est praua interpretatione ab suam sententiam ad commodare, quod conqueritur Dominus, Hierem. 23.
 2 Furari cor, quid sit, supra habuimus in litera C.

FVRES.

- 1 Impios doctores vocat Christus, Ioan. 8.

FORMA DEI.

- 1 Forma Dei, est quum quis se gerit, vt Deus, Deum se exhibet, diuinitatem præ se ferens, & demonstrans, id nemo apud se solum faciet, Exhibere enim se ac gerere, & vitæ actibus aliquid præ se ferre, alios sit, qui id videre & agnoscere possunt, quod ille præ se fert, vitæque ratione exhibet atque demonstrat. 2 Vnde esse in forma Dei, interpretabitur gerere se atq; exhibere Deum, diuinitatem præ se ferre, hoc est, ita loqui atque agere vt Deum deceat, atque vt Deum representent, Sic his recte dicitur in forma serui esse, aut serui formã gestare, qui se seruum vitæ ratione exhibet, talemque demonstrat. Ex his clarum est, Paulum Philippens. 2. non loqui de substantia Dei & serui, sed magis de exhibitione ac externa in vita & moribus, diuinæ & seruilis naturæ vel substantiæ representatione. 3 Vel forma Dei est sapientia, iustitia, gloria, potentia &c. 4 Forma autem serui his diuersa, peccatum, scilicet, stultitia, ignominia, infirmitas, &c.

FOEDVS.

- 1 Solet vulgo vbi scriptura habet כרית כרית, testamentum reddi, fortè quod vocem כרית Græci διαθήκη verterunt, quo nomine illis & testamentũ dicitur quanquam & fœdus sic appellent. Sed confirmauit hunc vsum Epistola ad Hebræos, quæ capi. 9. argumento inseruiens, iuxta hanc

PHRASES.

75

hanc significantiã de διαθήκη, id est, fœdere, verba fecit, dicens testamentum morte confirmari, nec firmum esse nisi mortuo testatore, quã tamen ibi de fœdere nouo disputet, quod demum inter nos per mediatorem Christum confirmatũ est. Et omnino enim pactum illud significat, quo nos Deus in fidem suam recepit, & nos illum in Deũ, Psalm. 89. Incidi fœdus cum electis meis. Olim enim fœderum leges in saxo vel ære incidebantur, quo firmiter seruarẽtur perpetuæ memoriae consecratae. De quo Psalm. 50. 1 Fœdus sempiternũ, non tam illud quod cũ Noë, Abraham, Mose, Dauid pepigit Deus, accipimus, quã illud quod est in animis nostris inscriptũ. Ius naturæ scilicet, ex quo leges & iura canctã dimanant. Sic omnes Iuris periti vnanimi consensu docent, Leges omnes ex iure naturæ deriuari, Esa. 24. Quia transgressi sunt legem, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.
 3 Porro fœderis leges, vel fœdus Dñi est, vt sicut ipse nos suum populum agnoscit, ita nos eũ Deum nostrũ agnoscamus & colamus, in præscriptis eius in omni studio viuẽres. Sic Gen. 17. Exo. 24. Esa. 24. & Hierem. 31. fœderis ratio descripta legitur. Quale enim fœdus inter populum se principis fidei committentẽ iussisq; eius obedientiam promittentem, & principẽ principis munus vicissim populo pollicentẽ atq; in suam fidem illum recipientem, percutitur, talis est & fœderis ratio, quod dicitur Deũ inter et sanctos. Hi toti se illius fidei committunt vt æturosq; se illius legibus recipiunt, contra, ille promittit, se non humani principis, sed Dei munus præstiturum, hoc est, aurorẽ & largiorem omnis boni, seruatorem & beatorem cum corporis tum animi exhibiturum. 4 Fœdus vel pactum habere cum lapidibus, est non offendi à lapidibus, Iob quinto capi. Sed cum lapidibus campi, &c.

FOETERE.

1 Gen. 34. Et foetere me fecistis coram habitatoribus. Tropica est loquutio. Auertimur enim, & abhorremus ab his quæ fetent ac foedescunt. Quid vilem & abominabilem me fecistis coram Chanæis. Quippe constat odorem ex antithesi & per contrarium, quod dicunt, figurato sermone famam significare, 2. Corinth. 2. Nos bonus odor Christi sumus. Vnde & vsu vulgari dicimus & iubemus odorare aut olfacere, dum explorare aut inquirere famam, existimationem & rumorem alicuius volumus. Sic è regione impiorum doctores ac discipuli non sunt bonus Christi odor, sed foetor Sathanae, & sulphur graeuolentissimum, quod pluente in ira sua Domino, in ipsiis abundat. Sic obtinuit in Ecclesia, vt non sit peior infamia, & nomen pestilentius, quã conuicta hæresis ac perfidia, eiq; multum cum vi sulphuris conuenit. Sed custodiat nos gratia spiritus sancti, ab impijs & prauis dogmatibus, ne vnquam à via veritatis aberremus.

FOLIVM.

- 1 Si fructus arboris mystica, hoc est, spiritualis hominis sunt onera

fidei in beato illo & pio viro, non dubium quin folium sit verbum & doctrina pietatis & fidei, iuxta primum Psalmum: Et folium eius non defluet. De arbore, folio & flore non inepte scribit Rabanus libro 19. Vniuersitatis. Flos enim campi Christus est, flos foeni gloria facit, flores autem initia fidei. 2 Folium quoque legis literam appellat Moses, Leuiti. 16. capite. Terrebit eos sonitus folij volantis. Ilychius in capit. 26. Leuitici libro 7.

FERIA SECUNDA, &c.

1 FERIA tertia, FERIA quarta, &c. Hæ loquutiones Latinis à cōmerto Hebræorū irreperunt. Quum enim dicerent, Prima sabbati, secunda sabbati, &c. viderūt Latini nihil aliud dici, quā primo à sabbato. Sabbatū in feriā transferunt ac dixerunt. FERIA secūda, quinta, sexta, &c.

FRAUS.

1 FRAUS in sacrosancta scriptura non semper pro dolo, sed interdum pro damno ponitur. 1. Corinthio. 6. Fraudem patimini, id est, damno afficiamini, aut fraudamini.

FATVVS.

1 Vocula hæc apud Matthæum quinto, omnis generis conuitia comprehendit, puta maledicta, vituperationem, clandestinas proscriptio- nes, & nihil non improperiorum.

FRATER.

1 Fratris vocabulo Hebræi vicinos, nepotes, consobrinos, proximū quenque & omnem Iudæum intelligūt, iuxta verbum legis Mosaicæ, quomodo & Christus Iudæis frater factus est secundū carnē, Iob 19. Fratres omnes mei à me elongauerunt, Rom. 9. Sicuti prædictum erat ipsis, vt ex eorum fratribus olim suscitaretur Propheta & seruator. Sicut Moses de ipso vaticinatur, Deuter. 18. Et de Emanuele ex domo Dauidis, Esa. cap. 7. & 9. Quod literatores quidam nescientes, nescio quid mouēt de fratribus Iesu, imò totam gentem, vt Gen. 25. Coram cunctis fratribus suis obiit, id est, tota gente & familia. 2 Sic vi- des sanguine iunctos apud Hebræos fratres ac sorores vocari, hoc est, eos qui sunt vnus prolapiæ, familiæ, generis & cognationis, etiam si gradu sanguinis differant, vt alter sit in superiore, alter in inferiore: & ex hoc maxime liquet, quod legimus Gen. 14. Et audiuit Abram quod captus esset Loth frater eius. Et eodē libro ad Loth, quia fratres nos sumus: nam patruus erat Abram, Gene. 20. cap. Vere inquit, soror mea est, ex patre scilicet, hoc est, ex sanguine paterno, verum intercessit ex alieno sanguine mater, Genesi. 31. Qui adsumptis fratribus suis, prosequutus est eum. 3 Pro proximo, Gen. 29. & 8. D: manu fratris eius, Frater ergo hoc loco proximum sonat. Itaq; dicendum: De manu vniscuiusq; proximum eius requiram. Et 1. Ioan. 3. fratres vocat Hebræorum more, quos nos vocamus socios, ciues, Christianos. Gen. 29. Fratres vnde estis. Quemadmodū mos est militibus stipendiarijs,

quos Doryphoros adpellamus. Sic & Paulus hunc morem Hebræorū obseruauit, fratres vocat, non quibus communes essent parentes, sed quibus stirps ac genus esset commune. Qua de re doctissime simul & copiosissime disseruit Hieronymus in libro aduersus Heluidiū, A&to- rum septimo capite, Putabat enim intelligere fratres suos. Ibi fratres vocat suæ gentis homines, quod post translatum est ad Christianos. Sic discipulos fratres vocat Paulus, non à dignitate, sed charitate hoc eos adpellans nomine. 4 Potrō sunt fratres Christi spirituales, quique fideles ex corde: vocat enim fratres suos, Psalmo. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis: imò reges sacerdotes & cohæredes cum ipso sunt. Quæ omnia eò pertinent, vt sciamus certo ad nos pertine- re promissionem patris.

FERRVM.

1 Ferro frequentissime significatur ingens molestia & cruciatus, in- gentes dolores ac animi curæ, vt Psal. 105. de Ioseph: Adfixerunt in compepe pedes eius, ferrū penetrauit animam eius. Et Psal. 107. Habitan- tes in tenebris & vmbra mortis, vincos adstrictione & ferro. Et Deuter. 4. Eduxi vos de fornace ferrea Aegypti. Sic Simeon Lucæ. 2. dicit Mariæ: Quin & tuam ipsius animam penetrauit gladius. Hoc nequaquam dictum fuit de corporali, verum voluit his verbis Simeon Mariæ prædicere futurum, vt mortis tormenta animo pateretur, etsi corpore non esset cruciatus passura. Quo modo autem id euenerit, ne- mini potest esse ignotum. Tropus linguæ est Hebræus, vti & nos nos- tros habemus, qui ingentes dolores ac animi curas vocamus confrac- tionem cordis. 2 Num adfligit Ferrum ferrum? Prouerbiū sa- tis antiquum. Nam ferrum & æs videtur ponere pro ferro hoste & ferreo Propheta, quod vtrique sit insuperabilis. Liquit ex Hiere. capi- te. 15. Defendo te, inquit, cur ergo Babylonicū hostem metuas, quem ferrum atque impenetrabilem in Iuda mittam, at quod in te poterit qui æque ferreus es? Aut quid poterit hostilis contumacia in me, quo minus te saluem quem semper seruo? 3 Atqui Fornax ferrea, Pro- uerbialis sermo, quo Hebræi quoque frequentissime vtuntur. Dicitur enim eis fornax ferrea, sicut Græcis & Latinis ferrea necessitas, hoc est, angustia summa, de qua tacens exire liceat, Hierem. 12. intelligitur Aegyptiaca seruitus.

FRANGERE.

1 Frangere, Hebræis est atterere, vastare & occidere, sicut & destrue- re. Dixit enim Dominus: Destruere templum hoc, & in triduo reedi- ficabo illud: id enim valet loquutio perinde, ac si dixisset Occidetur hoc corpus, &c. Et per fractionem nihil intelligit A&torum. 20. capite quam ipsa (quod & Beda sentit) Christianorum mysteria, distributio- nem corporis & sanguinis Christi. 2 Item, פרוץ proprie fractio- nem significat seu contritionem. 3 Quandoquidem ergo in con-

tractu venditionis sit distractio, ponitur Gene. 42. וַיִּבְרַח pro venditio-
ne. Audiuit Iacob quod triticum venfideretur in Aegyptu. Et deinde vē-
ditio pro re vendita. Nam in commutatione frangitur, quod tuum est
meum: & quod meum est, tuum fit, pars scilicet. וַיִּבְרַח pro ven-
dere, emere, commutare, adducto capite vritur Moses וַיִּבְרַח pro re di-
stracta & vendita. 4 Frangere panem, est distribuere ac partiti, vt
ex Esa. pater ca. 58. Frange esurienti panem tuum. Item Trenorum. 4.
Act. 2. Frangentes circa domos panes.

FUTURORVM ET PRAE-
teritorum permixtio.

1 Futuris mixtim & praeteritis verbis vti, constans mos est ferè om-
nium Prophetarum, praesertim Psalmographorum, vt Psalmo. 9. In
conuertendo inimicum meam retrorsum, infirmabuntur & peribunt
à facie tua. Quum reuera & res ita ageretur ab initio, quod Ecclesiae
inimici & vincantur & victi sunt & vincantur, atque ita ster, quod ver-
bum Domini manet in aeternum, omniumque seculorum hominibus
conueniat, semper idem operas, sed in noui Testamenti exordio abun-
dantius. 2 Quod autem praeterita cum futuris mixta, in Prophetia
passim reperiuntur, vt unque significatur. Nimirum quod ea quae pro-
phetantur ventura, secundum tempus ventura sunt: secundum scientiam
vero vaticinantium, pro iam factis habenda. Etiam ad consolationem
& exhortationem nostram. Sic Psal. 3. Exurrexi, quoniam Dominus sus-
cepit me. Quod Dominus non solum suscepit caput nostrum (vt no-
stra versio habet) sed vt in Hebraeo legitur, suscipiet eum in omnibus
membris suis, vt sic in persona sua & omnium nostrum pro se & no-
bis loqui intelligatur. Atque hac ratione quibusdam non mediocriter
eruditus videtur ita variare Prophetia, vt iam in praeterito dicat: Voce
mea clamaui ad Dominum, & exaudiuit me. Iam in futuro: Non ti-
mebo milia populi. Iam in praesenti: Exurge domine, saluum me fac:
Ac rursus in praeterito: Quoniam tu percussisti omnes aduersantes
mihi: vt in persona Christi patientis quidem haec dicat, simul tamen
hoc Christi exempla facta & facienda nobis esse eadem, &c. 3 Bre-
uiter huic Tropo assuescendum est, quod in prophetis & in Psalmis
simul multa dicuntur, velur pro eodem tempore, quae tamen geruntur
& sunt alio & alio. Quaedam item pro posteriore tempore quae priori
gesta & facta sunt, vt Psal. 3. in persona Christi: Exurge Domine, sa-
luum me fac, spectat tempus ante passionem. Illud vero quod praeci-
dit: Voce mea ad Dominum clamaui, ad tempus exactae passionis per-
tinet. Caeterum pro membris suis intelliguntur ex iactabundo & tenta-
tiones futuras animo suo expectante corde dicta, fiducia diuinæ virtu-
tis sese armante & exhortante. 4 Tamen de Tropo iuxta tempo-
ra, imò quia commodum in Prophetas incidimus, quae ipsis maxime fa-
miliaria sunt, porro videamus. In primis addendum est iam dictis, tam
firma

firma tamque certa esse promissa Dei & diuinas pollicitationes, vt
scriptura per praeterita efferat ac eloquat, quae sunt futura. Nimirum
quod Deus ipsissima veritas fallere nec tueri potest. Sic ergo poste-
rius pro priore ponitur, Gen. 32. Et hanc terram quam dedi Abraham
& Isaac, tibi dabo, & semini tuo post te. Dedi terram, hoc est, promissi
hanc terram patribus tuis daturum, idque praestabo, statutam & confir-
mabo quod pollicitus sum, Esaia sexto capite. Hic ego suscipiebam,
pro suscipiam, 5 Mox quoque Hebraeis familiaris est, quae ad mores
& habitum pertinent futuris verbis efferre, vt in Psal. Exhibet homo ad
opus suum, vbi exhibet pro exit ponitur. Describitur enim vsus & mos
hominum, Esaia. 31. 6 Item futurum pro omnibus modis (apud He-
braeos) & temporibus: vt Esa. 1. Cuius caussa percuteremini, vltra ad-
deretis &c. 7 Solent quoque Hebraei promiscue imperatiuis pro fu-
turis, & contra, futuris pro imperatiuis vti, Esa. 3. Cauebitis pro caue-
tis, vel cauere soletis, Gen. 3. Sub viri potestate eris, id est, sis, & Gene-
sis. 4. Sub te erit appetitus eius, id est, fit. Et alibi: Non concupisces, id
est, non vel ne concupiscas. Non habebis deos alienos, Non occides,
Non fornicaberis, Exo. 20. &c. 8 Imperatiue dicuntur Hebraeis mul-
ta, quae per praedictionem debent intelligi. 9 Vnde & vicissim im-
peratiuis, pro futuris, & econtra, vritur, Gen. 20. Propheta est, et exor-
abit pro te, & viue, hoc est, viues, id quod Iudaeis frequens est, Esa. 6.
Praecipit ergo, hoc est, praedicit Deus fore, vt monitore Propheta po-
pulus Israeliticus peruiicator fiat. Sic ait: Exceca cor populi huius, &
aures eius aggraua, In Esaia crebro occurrunt, & in omni scriptura.
10 Familiare quoque prophetis fuit, non solum verbis, sed & factis
& signis quibusdam contestari quiddam ardui. Iam etiam propheta
Ananias tulit cathenam de collo Hieremiae prophetae & confregit
eam, dicens: Haec dicit dominus: Sic confringam iugum Nabugodo-
nosor. Et alias, scindens pallium suum nouum in duodecim partes,
dixit Hieroboam: Tolle tibi decem scissuras, hoc enim dicit Do-
minus: Ecce scindam regnum de manu Solomonis &c. Agabus tollens
cingulum Pauli, alligabat illius pedes ac manus, dicens, Haec dicit spi-
ritus sanctus: Virum, cuius est cingulum, alligabunt Hierosolymis Iu-
dae. Manifestum est verba illa, frangendi, scindendi, ligandi, primum
symbolis conuenire. Sed nihil prohibet, quin magna cum energia sig-
nificato conueniant. Quibus omnibus iudicium Spiritus, et scriptura-
rum collationem adhibere operae precium est.
11 Atqui ardentissimis adfectibus loquentes Prophetae, inanimantis
tanquam animantis verba facere consueuerunt. Sic Moses Deur. se-
cundo dicit: Audite coeli quae loquor, audiat terra verba oris mei, ita
Esaia primum. Audi coelum, & ausculta terra. Tragica quadam excla-
matione ad audiendum totum conuocans mundum, exorditur: O
coelum, & terra. Quoniam tanta est hominum impietas, vt ad
verba

DIVINAE SCRIPTURAE

verba Dei obsurdefcat, loquor caelo & terræ: Cælum, quamuis sit remotissimum, audiet: Terra, quanquam lapidosa & crassa, auferulabit: Surdæ sunt vnus hominis aures. 12 Verum, sicut Prophetarum enarratoribus necessaria est vel fidelis interpretatio, vel linguarum cognitio, ita & opus fuerit, probe tenere memoria, historias temporum, quibus vaticinatum. Nam nisi illas pro fundamento recte proiecerint, quicquid superstruxerint, corruet. Quemadmodum & si iuste illas tractarint, feliciter etiam Allegoriarum mysteria poterint colligere, quas caue, ne vel in vniuersum contempseris, vel intempestiue protuleris. Vtrunque enim maiestatem scripturæ sanctissimæ indigni: verum vt dexterius his vtare, scias Vates ita de futuris prædixisse, ne sua interim tempora negligant. Hinc est quod Prophetæ miscent historiae suæ Christi mysterium. Sic consuetudo Esaiæ est, qui post historiam sui seculi, subiungere solet prophetiam de Christo vel regno eius Esaiæ. 7. Propterea dabit vobis &c.

FIRMARE.

1 Firmare, tropo Hebræo significat statuere, implere, seruare, quomodo Apostolus Rom. 4. dicit, Legem per fidem non destrui, sed statui quam Rom. 5. dicit, Infirmari per carnem. Et iterum. 4. Promissionem, inquit, firmari per fidem, Eodem modo et Psalm. 17. Et non sunt infirmata vestigia mea, id est, robustissime firmata et stabiliata. Negatiua enim sæpe vehementior est adfirmatiua, maxime in sacris Biblijs, 2 Firmare autem vultum, in malam partem vtuntur Hebræi. Ego enim firmaui vultum meum Hieremiæ. 21.

FONTES.

1 Auxilia Dei, consolationes, & foecundum Dei spiritum, per fontes, fluuios, & riuulos significari, indicant multa scripturæ loca, Psalm. 39. Flumine deliciarum tuarum potabis eos. Esaiæ. 12. Haurietis aquas de fontibus salutiferis. Item cap. 33. & 44. in eodem Vate. Populum autem dici flumen, præter locum Esaiæ adductum, & cap. 66. Apocal. 17. Psalm. 8. eiusdem Vatis, ac alia loca non pauca probant, vt: Flumina & riuuli (de quibus & Psalm. 46. loquitur) ciuitatem Dei legitimates, vel variaz diuini auxilij rationes sunt, vel sancti spiritus Dei præditi homines, à quibus vera scilicet Ecclesia iuuatur & exhilaratur. Sic ait Dauid Psalm. 46. Fluminis riuuli lætificant ciuitatem Dei, Sacrarium, &c. Riuulos fluminis, vtiq; prætenuis, nempe Gihon, quod Hierusalem interfluit, opposuit frementibus, & littora horrendo pulstantibus vndis, hoc est, consolationem, auxiliumque Dei in exiguo populo Hierusalem, nempe ciuitatis credentium Deo, ingenti, maximeq; terrificæ vi hostium. Eadem allegoria vsus est Esa. 8. Propterea quod populo isti aquæ Siloë fluentes modice despiciatæ sunt &c. Exiguam enim potentiam Ezechie, & eorum qui à Domino pendebant, per modicas Siloë aquas. Vates ille intellexit, vt versu mox sequenti,

PHRASES.

78

quenti, per validum flumen vim Assyriorum. 2 Cæterum hostes & per infestam aquarum vim significari, & ex Psalm. 17. & 18. & Psalm. 49. & alibi liquet. 3 Item Fons Israël, vt Psalm. 68. vers. 27. De fonte Israel. Hebræi dictum putant pro eo, quod est, qui è semine Israel estis. 4 Item Fontes inundationes & effusiones significant, Psalm. 17. Et apparuerunt fontes aquarum. Significat enim terram perfractam vsque ad infimas aquas. Nam aquas esse sub terris, & terram fundatam supra aquas scriptura clare dicit. 5 Tales figuratas loquutiones & in Gene. 7. sic reperimus, videlicet fontes rupos, abyssos magnas, & caractas colli apertas, quæ nihil aliud significant, quam infra & supra eruptam aquam esse, non naturali modo, sed præter naturam vis sit, non natura. 6 Fons Israël, est populus Dei & gratia Christi, qui natus est ex Israël, cuius Israël's reliquæ ex fonte inundauerunt gratia Euangelica, super vniuersum orbem, Esaiæ. 12. Haurietis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris. Et Psalm. 67. In Concionibus benedicite Deo domino, de fontibus Israel. Et Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ viuæ, salientis in vitam æternam. 7 Denique Fontis nomine Hebræi intelligunt vel originem, vt timor Domini fons vitæ, sapientia est fons vitæ: hic nomen fontis traducitur ad significandum rei principium, Psalm. 68. vers. 27. 8 De fonte Israël, Hebræi dictum putant pro eo quod est, qui è semine Israël estis prognati. 9 Aliàs pro vapore, Gene. 1. Fons ascendebat.

FLUMINA.

1 Superiori tropo non diuersus est & ille, imò satis nota fluminum in scriptura translatio, qua violentiora flumina & subitæ inundationes transferuntur, ad significandū vim hostium inuitabilem, ac inopinantes cõprimendum, Psalm. 28. cap. vsus est fustus 8. & Psalm. 123. Aliàs Hier. Thren. 1. vocat frequentiam populi viam fluminis. Ad eum fluent, inquit &c. 2 Iuxta aquarū flumina deducere, est prouerbialis sermo, pro certo ac infallibili itinere ducere, Hiere. 31. cap. 3 Flumina eleuauerunt, apud Psalmistam Allegoria est, qua significatur hostium contra populum Dei ferocitas, Psalm. 93. Fluminis impetus spiritus illius celestis gratia, quando subito adoritur hominem, ac vi sua rapit quo mauult, elegantissima allegoria imperu fluminis indicatur.

FERVOR SPIRITVS.

1 Feruor spiritus, est ardor quidam, ac vehementia fiducia in Deum agendi omnia, quæ sunt Dei imperus quidam, qualem in omnibus sanctis prophetis scriptura vbique describit. 2 Porrò vbi non fuerit spiritus, necesse est carnem feruere, Rom. 12. Spiritu feruentes.

FLATVS.

1 Flatus, maledictiones in scriptura, & execrationes, excõmunicaciones horrendas significat quibus Deus profernit sibi aduersantes, Psalm. 9. Sic Paulus spiritu oris sui, id est, flatu, vel Euangelio à se prædicato, in-

eato, interficit hoc regnum in cordibus multorum.

2 Item Flarus Dei, iussus eius est, Iob quarto. A flatu Dei perierunt Graeci aiunt, imperio vel iussu.

FERMENTVM.

1 Fermentum est temperatura aquae & farinae, quid habens & farinae simile, quid habes conserpionis. Sic humana doctrina aliquando non nihil ex literis sacris sibi aspergit, sed corrupte & temere: non raro & doctrinae suae speciem praese fert, sed sapore & discretione spiritus dinoscitur. Ideo sacra scriptura vocat Pharisaeorum doctrinas, fermentum, amarum & vetus, ita Pharisaeorum doctrina mordet animas, ac existit amara. 2 Fermentum saepenumero pro regno caelorum accipitur. 3 Item fermentum terrae Apostoli dicuntur.

FORNICARI.

1 In prophetis frequentissima est mentio Fornicationis, quia populum Israel pollutum, contaminatum, commaculatum, corruptum, profuturum, adulterum arguunt. 2 Rursum Virginem vocant populum syncerae fidei, ut castitas & maculatio carnis ferè pro figura pietatis, & impietatis habeantur. Sic enim Hoseae. 1. et. 2. sumit metaphoram ab vxore & viro. Dominus inter se & Synagogam.

3 Sic eodem tropo & in plurali virgines accipias, non semper de corporis virginitate, sed quae seruat verbum Dei purum et impermixtum, quam solum respicit Deus virginitatem, sicut Hieremias dixit: Domine oculi tui fidem respiciunt: Atque sic interpretatur Paulus, quum Corinthios scribit: Despondi vos omnes vni viro, virginem castam exhibere Christo, & excidunt à simplicitate, quae est in Christo Iesu.

4 Fornicationis nomine, solet scriptura non infrequentè idololatriae impietatem, ac cordis prauitatem designare, id quod est videre, Esaiæ. 1. 57. Hierem. 1. Ezechie. 16. 23. Oseae. 4. Iudic. 8. & pro ipsa cupiditate stupri. 5 Item Fornicari aliquando pro negociari accipitur in Mose & Prophetis. Esaiæ. 23. & in plerisque alijs locis, & supra ostensum est in nomine, Adulterij.

FRAMEAE.

1 Scriptura vocat ipsas persequutiones Ecclesiae Frameas, quibus eam sciderunt, persequuti sunt, & vastauerunt principes huius mundi, praesertim Iudaei, quae penitus cessauerunt, vbi increpatis gentibus impij perierunt, & nomen eorum deletum est in aeternum, Psalm. 9. Inimici defecerunt frameae, id est, desertae sunt vastationes, hoc est, inimicus desijt deuastare. Arma nanque, scilicet, gladius, arcus &c. diuinæ seueritatis officia, teste Hilario.

FVLMINA.

1 Legimus subinde Deum, quum praesentius & reuelatius hominibus suam voluit potentiam atque vim declarare, tonuisse, fulgurasse, & terram concussisse, ita sanè fecit, quum Legem daturus populo primò loqueretur,

loqueretur, vti scriptum est Exod. 19. Item quum ad preces Samuelis declararet se populo offensum, quod regem postulasset, Samuelis. 12. Sic quum preclaram ab Assyrijs liberationem Hierosolymitanis promitteret per Esaiam, Inuiseris, ait, cum tonitruo, commotione, voce grandi, turbine & tempestate, & flamma ignis vorantis. Ita orbis redemptionem, morte filij parta, solis obscuracione et terrae motu testatus fuit, illo in cruce expirante. Sic quum spiritum sanctum suum Seruator mitteret, tonuit, Actorum primo, & cum postea precacionem eorum se audisse testaretur, terram commouit, Act. 4. Certe tonitru, vel aliqua quapiam insigni rerum immutatione Deum testari suam beneuolentiam. 2 Ita olim vulgo receptum fuit, vt Poëtae quociens Iouem fingunt supplicantibus magis in rebus annuisse, simul fingant tonuisse, & fulminibus suam voluntatem esse testatum. 3 Talibus portentis & Daudi regi, quem ad res maximas delegerat, beneuolentiam suam testatum Deum aliquando fuisse, & auxilij promissionem confirmasse, concussa terra, missis fulminibus, fulgeris, grandine & nimbis, id saepe est in Psalmis. 4 Atqui fulmina sagittis assimilari, alienum à scripturis non est, Psalm. 17. Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos, id est, sagittas, & Psalm. 76. &c. 143. 5 Fulgura autem in pluuiam facere, significat ideo fulguribus territare mundum, vt postea pluat, sicut ferè fit ipso facto, indicans legem & Euangelium, dum territat, & beneficia praestat: vt Psalm. 134. Fulgura in pluuiam fecit.

FILII DEI

1 In scripturis, illi semper sunt vocati, qui verum Dei cultum retinuerunt, eiusque sancto spiritu agebantur, Gene. 6. Tales sunt ita per excellentiam celebrati ac nominati: Videntes, inquit, Moyses filij Dei, filias hominum &c. Hebraei intelligunt hic eos, per excellentiam filios Dei vocari, qui in fide vnus Dei viui, & in cultu diuino, alijsque excellentioribus virtutibus, reliquis vniuersis mortalibus, carnalibus, & idololatriae praestabant ac prae lucebant. Illi igitur homines, in quorum familijs ab illa primi Adami formatione, fides Dei viui, & eiusdem verus cultus impollutus est conseruatus, filij Dei sunt nominati. Tales fuerunt filij Seth, Enoch, Noè, Gene. 4. Moyses dixit, Seth genuit filium, qui natus est ei, quem etiam vocauit Enoch: & iste cepit inuocare nomen Domini, Deuterono. 14. Moyses dixit populo, Filij estote Domini Dei vestri: hic populus apud quem Deus opti. voluit cultum suum reseruari filij Dei dicebantur, qui eius erant: non tantum propter primam creationem, sed propter diuinam electionem, qua dignatus est Dominus populum illum, praese alijs in suum eligere. Moyses hanc electionem vocat generationem, quando Deuterono. 32. exprobrans Iudaeis ait, Deum qui te genuit, dereliquisti, id est, Deum, qui te praeteritis alijs, in suum elegit familiarem dereliquisti: Eosdem vocat scriptura

Scriptura primogenitum suum dilectum Israël.

2 Docet etiam Scriptura, quod quamvis totus ille populus dictus fuerit filius Dei, non proinde est statuendum, singulos atque uniuersos homines Israëlitas filios Dei fuisse, sed eos tantum, qui condiciones & leges Dei ab ipso Deo suis filijs præscriptas seruandas, custodiuerunt. Scriptura Galat. 3. eos tantum filios Abrahamæ vocat, qui sunt ex fide, & qui estimantur in semine, Et Ioan. 1. refert eis tantum potestatem factam filios Dei fieri, qui credunt in nomine Christi: quiq; non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt, Tandem scriptura eos vocat filios Dei, qui ipseus Dei aguntur spiritu. Agi verò spiritu Dei est, diuinam facere voluntatem, & iuxta eius præscriptum vitæ actiones instituere: adoptatos per Sacramentum regenerationis, in ipsoque diuinarum virtutum participes factos, æternæ hereditatis promissionem, & pro ipsa in pignus spiritum sanctum habentes scriptura solet vocare filios Dei, non eos qui se filios Dei credunt, nec eos, qui hoc sibi valide persuadent, nec eos etiam, qui hoc firmiter apud se statuunt. Paulus ad Galat. 4. Quoniam estis, inquit, filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem Abba pater, id est, facientem vos clamare ad Deum, ipsumq; patrem nominare. August. libr. serm. 29. de verb. Apost. affirmat solos baptizatos posse orantes dicere, Pater noster qui est in cælis, &c. Adeo vt nec Ca thecumenis sit permissum Deum vocare patrem. De hac adoptionis diuina vide capit. 9. Romano. & 1. Ephes. Galatarumque.

FILII HOMINVM

1 Iuxta scripturarum sacrarum vsum, illi dicuntur, qui hominis carnalis & animalis ductum sequuntur, nec alia sapiunt nec intelligunt, nec operantur præter carnalia, tales fuerunt illi, de quibus Moyses Genes. 6. ait habuisse filias pulchras, quas videntes filij Dei, deperibant, adeò, vt ex ipsis uxores sibi delegerint. Hos opponit scriptura filijs Dei: qui excellentes & heroici fuerunt diuinæ legis cultores: cum tamen filij hominum idcirco sint dicti, quia carnalia meditantur, & secundum carnem viuere. De his dixit Dauid Psalm. 4. Filij hominum viquequo graui corde, id est, homines carnales, animales, secundum carnem viuentes: amatores igitur vanitatum quærentes mendacium, sunt & dicuntur filij hominum in scripturis sacris.

FILII ABRAHÆ.

1 Inueniuntur celebres in sacra scriptura, sed hi sunt, qui eius fidei & religionis emulatores extiterunt. Illi iuxta mentem scripturæ sunt filij Abrahamæ, qui quemadmodum Abraham Deo dicenti credidit, & præcipienti paruit, ita & ipsi Domino Deo per suas sacras scripturas loquenti, siue dum minatur, vel quando promittit, credidit, vel imperanti ex charitate obsequuntur. Non sunt filij Abrahamæ, qui credunt: sed qui sicuti Abraham crediderunt, & imperata fecerunt. Quæ crediderunt, & quæ

& quæ fecerit Abraham, continet scriptura sacra Gene. 12. 17. & 22.

FILII PROPHE TARVM.

1 Iuxta scripturæ phrasin, illi dicebantur, qui à parentibus Iudæis apud Prophetas instituendi atque informandi de rebus religionis, collocabantur. Qui ipsis Prophetis conuiuabant eorum iussa exequentes. Hi aliquando Prophetis succedebant in illa prophetica functione. Sicut Samuel successit Heli, 1. Regum. 1. & Heliæus Heliæ, 4. Regum egressi sunt filij Prophetarum, 2. Regum. 2. vbi filij Prophetarum dicuntur discipuli prophetarum. Idem etiam filij vocant Eliam patrem id est, magistrum, vide etiam cap. 6.

FILIIVS, FILII.

1 בני אלהים, id est, filij Deorum. Filios enim Dei & Deos scriptura vocat, quicumq; Deum præsentius & insignius referunt, ampliore diuinitatis portione donati. Vnde non solum angelos, immortales & beata vita virtuteq; incõparabili Deum præclare repræsentantes, sed & principes, potestateq; qua Deum referunt, pollentes, filios Dei, & Deos appellat, vt ex Genesi. 7. & Psalmo, 82. versu 1. & 2. liquet.

בני אלהים, id est, filios Deorum vel fortium, nempe spiritus supernates, &c. & Psal. 2 Filij fortium, vel virtute insignes, sicut filij viri, idem valet quod viri, de quo Psal. 8. & filij hominum, idem quod homines, de quo Psal. 31. Græci reddiderunt filios arietum vel fortes itos vel virtute insignes, A. Ezra astra intelligit, propterea quod hæc & Hiob. 28. Filij Deorum, id est, dij dicuntur, & supra mentionem fecimus. 3 Item scriptura id filium cuiusque rei vocat, quod ab ea factum est, aut seruetur vlla ratione ad illum attinet. Sic Esai. 5. locum vberem vocat filium olei. Et 21. vocat Babel filium areae suæ, quod ita vt frumentum in area, sam veller contere, Psal. 80. versu 16.

4 Similiter Filius alienigenæ, pro peregrino, aut nouo homine, advena aut conuena, quem Græci προσήλυτος vocant, Esaiæ 56. Hic ne dicat filius alienigenæ, & supra diximus in litera A. de Filijs alienigenis, alienis siue alienatis &c. 5 Filius vacca, Idiotissimus Hebraicus est, quo solent בקר ארץ Filius vacca, dicere per periphrasin, pro, Ex boum armento, Esaiæ 5. 6 Filius areae idem est quod tritura, frumentum scilicet & stipula, quæ tritulantur. Tropus Hebræis est, apud quos valde commune בן, filius: nam & inanimatis tribuunt nonnunquam & atatibus, vt supra filius vacca, filius olei, pro eorum fertilitatem & virtutes &c. Iuuenus filius bouis pro paruo.

7 Deniq; filius dextræ, à felici auspicio quopiam sicut Iacob ait. Tameris mortua est mater nihilo vilior erit apud me filius, sed preciosus erit, & in summis habebitur, hoc est, à dextris esse: nam à felici auspicio vocabat eum filium dextræ. Sic & filius Dei dicitur sedere ad dexteram patris, hoc est, patri æqualis esse per omnia. Item Matth. 20. Duo filij Zebedæi postulabant, vt vnus ad dexteram, alius ad sinistrâ

federet. De quo tropo superius fufius dictum. 8 Filios populi autem nominat scriptura plebem extremæ notæ, & viliffimos quosque de populo, quos aliàs scriptura **אֲנִיָּוִט**, Hiere. 27. proiecit cadaver eius ad sepulchra filiorum vulgi. 9 Filij Belial &c. verbum Belial, est res prava, scelus **בְּלִיָּעַל** enim dici putant, quasi **בְּלִי יָעַל** id est, nihili prodest, vnde nihil impijssimi, maligni, pessimi & perditii homines dicuntur viri Belial. Ita dicitur Deut. 15. Si egressi ex te fuerint viri Belial, &c. Sic vocati sunt & illi, qui vxoram Levitæ necârunt concubitu, Iudi. 19. & 20. Item filij Eli, filij Belial, 1. Regum. 1. Cumq; Anna mater Samuelis se à temulentia excusaret sacerdoti Eli, negabat se filiam Belial. Ex his & similibus locis colligitur, Belial significare scelestem, perditum, flagitiosum. Sic iam verbum Belial, scelus, flagitium, res prava dicitur, vt ex versu tertio Psal. 10. liquet, sed ex 15. Deu. vbi verbum Belial, pro iniquo & peruerso consilio accipitur, quo quis cogitans annum remissionis prope esse, nolit fratri pauperi adesse dandis mutuo. Filios Belial, & Psalmo 18. versu 5. pro maliciosis & sceleratis dixit. 10 Filij Israël pro omni populo accipiuntur Hebræis, 11 Filij pro virtutibus, vide Hifychium libro. 6. capite. 20. Leuit. 12 Item, Idioma in nomine Filius. Nam vt Hebræus eos vocat fratres qui sunt de eadem profapia. Sic filios. Qui nati sunt de eadem posteritate. 13 Filios appellat scriptura nonnunquã, sicut discipuli & auditores, à præceptoribus sic soleant vocari. Sic Salomon Prouerbij identidem dicit Fili mi, cum ad quemlibet doctrinæ sacræ capacem, sermonem dirigit. Ita filij prophetarum, discipuli eorum dicti sunt.

FINIRE.

1 Finiendi verbum, pro verbis absoluendi, perficiendi, consumendi & consummandi vtuntur, Esa. 16. Finitus est puluis vel populus, consummatu est miser, defecit qui conculcabit terram.

FINIS TERRÆ.

1 Fines terræ non raro in scripturis pro angulis & plagis orbis apud Hebræos sumuntur. 2 Aliquando vero pro remotissima regione. Esa. 5. Ad longinquam terram, Psalmo 60. A sinibus terræ &c. 3 Sic appellantur & flumiorum fines, quibus in mare defluunt ostia. Hiere. 15. Ad fines terræ. 4 Similiter & gentes idem quod fines terræ, Psalmo 2. per Synonymiam vel congeriem.

FUNDARE.

1 Verbum fundandi frequens in sacris libris pro firmandi accipiunt Hebræi, Esa. 14. Zion autem fundabit, & in ipso sperabunt pauperes populi eius, id est, firmabit. 2 Item Fundare pro cõsultare & cõspirare accipitur, vt Psalmo 2. versu 2. Fundârunt vel fundati sunt, pro cõsultârunt, conspirauerunt, eod quod cõsiliũ, vt ait D. Kimhi, rei gerendæ ceu fundamentũ & initiũ est, eiusdem sententiæ est & A. Ezra.

FORTITUDO.

1 For-

1 Fortitudo sæpenumero potentiam ac potestatem administrandi gubernandiq; significat, vt innumeris locis animaduertere licet in Biblijs sanctis præcipue vero in Psalms Dauidicis: vt Psal. 61. In Deo salutare meum, gloria mea, & rupes fortitudinis meæ &c.

FORTIS.

1 Fortis & robustus nonnunquam in bonam partem accipimus, vt Iosua. 1. Sis fortis & robustus, pro, age constanter & inconsternato animo perge. 2 Nonnunquam verò in malam partem sumitur pro violento, Esa. 19. Et rex fortis dominabitur, Et Mich. 2. Forces vim faciunt fortibus, id est, violenti, bonos viros rectè monentes conficiunt, bonis eorum direptis & subhastatis, propterea quod illorũ impia facta non iustificat, dum obfistunt impietati principum: vt fecit Amazias 3. Para. 25. vt Achab vineã Nabath rapuit 3. Reg. 21. Habes Manafsen regem 4. Reg. 21. Hi fortes fuerunt à seculo. In prouerbij abijisse post diluuium: vt quoties viderent hominem magno corpore, dicerent: iam in seculis præteritis fuerunt robustiores gigantes. 3 Fortis facie apud Danielem 8. Et stabit rex fortis facie, Græci *ἀναιδής* *ἢ* *ποσάτωρ*, impudens facie, hoc est, mire audax, ad quoduis malum patrãdũ, ita vt nullo pudore, metũve à malis cõceptis retraheretur. 4 Sanè Deuter. 28. idem modus loquendi est, Gentem fortem facie, quæ non eleuabit faciẽ tenis. Vbi certe de bellatoribus loquitur, à longinquo venientibus, omnis humanitatis & clementiæ experibus, nihilq; minus quàm vllam honestatis speciem præ se ferentibus.

FRONS AENAE.

1 In scriptura in malo accipitur nonnunquam, vt apud Esaia. 48. pro intractabili, contumace ac perduelle, Sic enim ait. Scitui quia durus es tu, & ferreus ceruix tua, & frons tua aenea, id est, contumax &c. Apud Ezechielem verò, pro constanti & insuperabili, in bono.

FALLERE.

1 Aut mentiri ponunt Hebræi pro non esse, non inueniri. Sic Hieremias Threnorum secundo capite.

INDEFINITI.

1 Et impersonales, per voces foemininas efferuntur, nam hoc familiare Hebræis vt indefinitos & præsertim impersonales oratione per voces foemininas efferant. Quã quæq; mensuram &c. pro, Quam quisq; mensurã dederit, reddetur ei. Sic Esa. 27. Quã quæq; mensurã miserit.

FUNES.

1 Funes seu funiculi, vsu scripturæ dicuntur mensuræ diuisiones seu limites, quibus diuiduntur hæreditates terræ. Psal. 103. Deute. 32. Hinc significant ipsam hæreditatem: vt Psal. 15. Funes cæciderunt mihi in optimis meis. Metaphora à re corporea ad spiritum. Qua dicit Christus, sibi præclaram contigisse hæreditatẽ. Funibus seu funiculis videlicet sorte missã olim metiebantur agros, vt quisq; suã acquireret partẽ,

L. 2

licet

DIVINAE SCRIPTURAE

sicut Psal. 77. Sorte diuisit eis terram, in funiculo distributionis. De quo supra fufius. 2 Hinc Sortem mittere & Funiculos, saepe pro tradere possessione scriptura vsurpat. De hoc schemate vide Psal. 16. & Psal. 19. vers. 55. 3 Funes peccatorum, sunt mala & blasphemia in verbum Dei, sub specie sapientiae & pietatis hypocrijs, vt Psal. 118. Funes peccatorum circumplexi sunt me, id est, multa mala mihi intulerunt, multorum corda auerterunt a me.

FOEMININO GENERE

vtuntur pro neutro Hebrej.

1 Quae Latini neutro genere citra proprium vocabulum appellant, ipsi Hebraei foeminino efferunt, & hoc eis familiarissimum est, vt cum dicimus. Istud nunciauit mihi amicus: loquuntur ipsi, Istam mihi, &c. Sic Esa. 44. Quanam re mihi compareret, & accommodet eam mihi. Eam scilicet rem, qua illum mihi similem putant. 2 Similiter per foemininum, plurale est, contingentes, Latini dicerent contingentia, vbi nos dicimus, hoc & haec, ipsi dicunt, haec & has, vt in Genesi 42. cernere licet: & alibi: Quid Deus hanc fecit nobis? Sic infra: Duras loquutus est nobis. מרשק. Tale est in Psalmo. Vnam petij a Domino, hanc requiram, pro, Vnum petij quod requiram. Item Micheae quarto cap. Claudicantem & elongatam: scribuntur in foeminino genere, vt sit sensus: quod est claudum, abiectum, & elongatum.

FREMITVS.

1 Non raro per fremitum, frementem & strepentem hominum multitudinem in scriptura significamus, Psal. 46. 2 In fremitu & fustu Iordanis, prouerbium est apud Hierem, capi. 13. Intelligunt autem Hierosolymitani seipfos, Anathor riuum faciumt se autem Iordanem: nam alijs familiare est Hebraeis aquarum flumina pro hostium tumultu accipere, vt alibi diximus.

FRVCTVS VENTRIS.

1 Fructus ventris, filij sunt, & posterij, Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, id est, ex posteritate tua prorogabitur tibi imperium aeternum, quippe ex Christo seruatore, cuius regnum nescit finem Sic Psal. 126. Filij merces fructus ventris, id est, haereditas & merces Domini in filijs constituitur, qui fructus sunt ventris.

FINGERE FORMAM

re, Creare.

1 Fingere item & Formare, ad corpus spectant, Creare autem ad animum. Obseruatum quoque est a D. Basilio, Qui dixerint, formauit Deus, dictum esse de corpore, creauit vero de anima: & forte non abest a vero. Vbi enim dicitur Deus creasse hominem ad imaginem suam, creandi verbum vsurpatum est. Vbi autem de figmento corporis habetur mentio, verbo fingendi id significatum est. Sic Psalmista: Manus tuae creauerunt & finxerunt me. Creauit enim interiorem hominem, finxit autem

exte-

PHRASES.

82

exteriorem. Nam ficto luro conuenit, creatio vero ad imaginem Dei pertinet, quare caro quidem formata, animus autem creatus.

FVMVS.

1 Fumus quum sit res vana, plurimum tamen infestat oculos, & vi sua intercludit spiritum, vt etiam pefocet. Ita impij, quanquam nihili sint homines & vilissimi: faceffunt tamen negocium credentibus, & exagitant res iniurijs. Caterum breui durabit haec molestia, quum alibi a spiritu diuino somno similes esse prodantur, alibi umbrae, alibi pulueri qui est ante faciem venti. De hac loquutione habes Psalm. 36. 67. Sicut deficit fumus deficiant.

FOENVM TECTORVM.

1 Gramen illud quod rectis innascitur, quum ex humoris defectu non possit radices agere, facile arescit, non expectat manum foenisee, qui laetus illud cum vicinorum gratulationibus recondat in horrea. Quae ratio pulchre cum impiorum operibus etiam in speciem bonis congruit. Nam quum non sit patris coelestis plantatio, non perueniet ad frugem. Itaque Psal. 128. Propheta hoc praedicens: Fiant, inquit, sicut fennum tectorum quod prius quam euellatur, exaruit. De quo non impleuit &c. Sic & Esaia 40.

FORTIFICARI.

1 Fortificari, pro, propagari, multiplicari, & in numero auferere: sic enim plerumque vsurpat Hebraismus verbum fortificare, vt: Fortificata est plaga, pro, inualuit, fortificauerunt torcularia vinum, pro, redundauerunt, Gene. 38. Et tu propagaberis: Hebraeus, fortificaberis vsque ad mare occidentale.

FERRE.

1 Ferre carnem meam dentibus, Iob 13. Prouerbialiter dictum, de eo qui vitam suam periculis obijcit, & sibi non parcit, sicut is sibi non parcit, qui carnem suam dentibus premit: Sic qui animam in manibus gestat, portat eam quasi mox depositurus.

FOVEA.

1 Foveam fodere, prouerbium est, pro insidiari, Psalmo decimo octauo. In foveam autem cecidit quam fecit: & in rete quod absconderunt captus est pes eorum. Hac Allegoria paremiali vtuntur, dum qui eo perit, quo alium perdere instituit. Muruata est similitudo a venantibus feras, quibus foveas fodiunt, & quod feras illiciat, in foveas illae insiliunt, capiuntur, non potentes inde rursus emergere: lupi praecipue hoc modo capi solent, Metaphora retis, ab aucupibus sumpta est.

DIVINAE SCRIPTURAE
GLORIA



Gloria, vox est vtilissima & Hebraea, nihil in sacris Bibliis vtilius hac vocula. Significat autem maiestatem aut magnificentiam, honorem, grauitatē, splendorem & quandam claritatē famae. Nam sic de principe ac viro aliquo eximio loqui solemus: Omni cum maiestate perfectit, habuit magnifice se: vbi grauiter gloriose & praecipua cū dignitate ac splendide aliquid gefit. Vnde hoc colligo, *ἡ δόξα*, quod gloriam siue maiestatem dixeris, non solum late sparsam famam significare & nominis celebritatē, sed etiam ea vnde illa fama spargitur, & quorum causa quis ita celebratur, vt sunt apud eos quos gloriosus mundus admiratur, superbae aedes, pretiosa vasa, magnificae vestes, splendidae epulae, magnae familiarum carterum, ac caetera huiusmodi. Sic Christus Matth. 6. de Salomone loquutus est, vbi aiebat: Considerate lilia agri quomodo crescunt: amen dico vobis, Salomon in omni gloria sua non fuit ita ornatus vt vnus ex his. Hic indubie gloriā pro maiestate & splendore vel magnificentia eius posuit. Eodem modo dicitur Hester. 1. A fuerus parauit grade cōiuiuiū, vt ostētare dinitias gloriā regni sui. Sic Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, perinde ac si dixisset, vidimus maiestatem eius &c. id est, diuinitatē, omnipotentiam. Sic & Esa. 5. & 4. Et alibi, quod Paulus vsus est, quod Christus sit splendor gloriā: quod Hebraeis *קָדוֹשׁ*, Graecis *δόξα* dicitur. Sic gloria domus pro dignitate, vt Iob 4. et Psal. 48. Quā multiplicata fuerit domus gloria. Sic, memeto solij gloriā tuā, Hebraismus est pro memineris, non nostri, sed solij tui magnifici & honorati, hoc est, maiestatis tuā: cuius symbolū est foliū, & symbolicus sermo. 2 Hæc duo, scilicet Gloriā & Veritatē, scriptura saepe cōiungit. Gloria significat omnia Christi Deo grata & accepta esse Veritas, cūcta solida ac perfecta, absq; omni fūco falsaq; specie, vt intelligas nihil omnino esse in Christo, quod non gratū patri & verum existat. Ioan. 1. praedicae plenum gratia & veritate Christū esse. Contrariū est in hominibus, nempe nihil nisi indignatio & falsitas, omnia eorū ingrata Deo atque fucata existunt, iuxta illud Psal. 15. Omnis homo mendax. Et Psal. 25. Omnis homo vanitas. 3 Vnde est quod gloriā vocabulū claritatem seu lumen significat, quemadmodū Moses vritur. Sic & 2. Corinth. 3. Gloriā vultus Moisi, id est, splendore seu lumē dixit Paulus. Ad quem modū & Ioan. 15. caput intelligi vult. Ego, ait, gloriā dedi eis, id est, lumen: quo illuminati conceperunt lucē Dei, hoc est, sapientiā & iustitiā, quā deus impertit, quā condit in cordibus nostris. Quemadmodū 2. Cor 3. loquitur Apostolus: Nos reuelata facie gloriā Domini speculantes, transformamur tanquam à Domini spiritu, id est, vt fiat spiritus, qualis & ipse spiritus est, in quem transformamur, vbi & gloriā, & potentiam & efficaciam vtriusque legis Moisaicae &

Euan-

PHRASES.

83

Euangelicæ exprimit, sed Euangelij longe maiorem, maxime quum potentia legis sit gloria Dei extra cor nostrum, Euangelium vero potentia spiritus Dei in corde nostro. Summa Legis gloria hæc est, potentia occidendi. Summa Euangelij gloria hæc est, potentia viuificandi. Fulgor Legis, iudicium est & ira, ideo facit, vt fugiamus Dei conspectum, iuxta illud: Sileat à facie Domini omnis caro. Fulgor Euangelij, gratia est & misericordia, ideo efficit, vt consistamus corā Deo. 4 Hinc est, quod Prophetæ Gloriam Domini vocant, iustitiam reuelandam per Euangelion, quasi ante gloriā Domini non fuisset Lege reuelata, non iustificabit nos corā Deo. Nunc per Euangelion coram Deo iustificamur, atq; ad eō & glorificamur, Esa. 60. Gloria Domini super te exorta est. Et 40. Et reuelabitur gloria Domini. 5 Reuelari autem gloriam Domini, nihil aliud est, quàm reuelari iustitiam Dei, & exhiberi iustificantem nos, sicut ad Romanos Paulus ait: Omnes sunt vacui gloria Dei. Non potest autem iustitia Dei reuelari, nisi prius iustitia & omni gloria carnis confusa. 6 Glorificandi verbum, pro fidendi & iactandi ponere solent Hebraei, Hier. 9. Non glorietur sapiēs. Glorietur igitur in Deo, quis sperat Deum sibi esse fauentem & dignantem respectu beneuolo, vt placeant corā eo quæ facit, & tolerentur ac condonentur quæ non facit, & etiam qui cognoscit se in Deo facere virtutem. Hæc est enim gloria fidelium in Deo, quā qui non habent, potius confunduntur corā Deo. 7 Glorificari quoq; est innotescere, sed sic vt reddatur gloria, Ioan. 15 In hoc glorificatus est pater meus, id est, gloria patris innotescit vobis, scilicet quum vos vbertim fructificatis. 8 Sic Proue. 25. Gloria Dei est, celare verbū, id est, gloria Dei est eius sapientiæ, iustitiæ, & potentiae cognitio, de qua & superius, vt sit gloria Dei celare verbum, id est, ideo cognoscitur Deus, quia eius est alia sapientia, alia potentia, alia iustitia mundo ignota. 9 Denique glorificatur pater per filium, scilicet, quum agnoscitur, quod filium dederit, vt nos seruaret. 10 Glorificatur pater, quando ei gloria tribuitur, non nobis, hoc est, quando agnoscimus nos non nostra sapientia, non nostra iustitia humana tantum saluari, sed misericordiae eius fidimus: siquidē dedit filium pro peccatis nostris, atq; hæc gloriā canit Euangelij, iuxta Psalmum, Coeli enarrant gloriā Dei. 11 Deus, inquā, glorificatur, quando tribuuntur ei quæ debentur. Sic debebatur patri obedientia filij, debebatur itē sapientiā, fortitudo &c. ne ipse se filius glorificaret, vindicās sua sapientiā aut potētia gloriam, sed expectaret glorificari à patre. Ad eundem modū canunt Psalmi: Adferre gloriā Deo, Esa. 6. Dominum exercituum sanctificate. Ad Rom. 4. ait Paulus, Abraham gloriā dedisse Deo, id est, quia Deus promiserat Abraham, se daturum esse semen &c. Credebat, fide gloriā veritatis Deo tribuens, vt veracissimo & fidelissimo.

L 4

12 Es

12 Et ut paucis concludā: Gloria Dei nomen eius est, quod nō est alteri per naturam communicatum, quam filio, qui nō excluditur in eo quod dicit, *Gloriam meam nō dabo alteri, sed idola & sculpsit illa.* Unde & honor ac adoratio, quam Theologi vocāt latrām, nulli praterquam Deo est tribuēda. Quicquid verō colitur & veneratur, siue magno, siue paruo honore, non nisi in Deo, & propter Deum est honorandum, ita ut omnis honor & gloria Dei sit. Et ut colamus & amemus Deum in creaturis, non creaturam ipsam, atq; ideo nec nos quidem ipsos. Idem est ergo *Esa. 41.* *Gloriam meam non dabo alteri, sed laudem, honorē, nominis celebritatē, maiestātē diuinam &c. quā non sit nisi vnus Deus, & pater omniū.* 13 Gloria, nonnunquam pro potentia & diuitijs accipitur: vt *Esa. 16.* *In tribus annis &c. auferetur gloria Moab.* Et *Haggæus ait 2. cap.* *Et implebo domū illam gloria, id est, facultatibus & potentia.* 14 Interdū pro ignominia & contemptu capitur, *Esa. 17.* *Et cessabit ab Ephraim, &c. sicut gloria filiorū Iisrahel.* *Gloriā enim dicit contemptū ex paupertate, quod tanto magis mordet, quanto potentiores olim fuerūt, & in maiori gloria propter diuitias.* 15 *Gloriatio, est certa fiducia, adeoq; & gaudiū cordis de quopiam eiusmodi, vt propter id de quo gloriāmur, nihil dubitemus deberi præmiū, vt si gloriatur de viribus & robore Goliath, cōfedit nec dubitat, quin his viribus sit victurus.* Sic hypocrita de iustitia sua externa nihil dubitabat, quin illa sua iustitia mereatur laudē, i præmiū coram Deo & hominibus. Sic Cicero de sua eloquentia.

16 Gloria est opinio de Deo vel alio bona, *Psal. 3.* *Tu autē Domine susceptor meus, gloria mea, i. optime cogitare, constanter cōfidere, & in hac diuina sui opinione gloriari.* Vide *Paul. Rom. 15.* *Habeo igitur quod glorier.* 17 *Gloriam propriam extollere permittit Paulus, quando in Domino & non in nobis iustitiā nostrā gloriā extollimus. Qui gloriatur, inquit, in Domino gloriatur. Non verat gloriari sed in quo sit nobis gloriandum docet.* 19 *Gloriari in carne, vocat Paulus in externis operibus legis senescere, ac iustitiam externā magnificare, CHRISTVM ignorare, vt ad Philippenfes scribit.*

GRATIA.

1 Gratia vocabulum varie accipitur in D. Paulo, pro quo in Græcis est χάρις, interdum significans beneficium vel donū & ipsam participationem spiritus sancti, quæ gratuito confertur, vt *Roman. 1.* *Per quem accepimus gratiam, quod alij verterunt donum, scilicet ad Apostolatū pertinens.* Sunt enim varia dona & charismata, *2. Cor. 12.* 2 Sic & alibi pro beneficentia, *2. Corint. 8.* *Et consummaret in vobis etiam gratiam istam. Quo nomine frequēter est vsus Cicero, cum aliās cum libro primo Offic. Et 1. Corint. 8.* *Et in hac gratia abundetis, pro beneficio & eleēmofyna accipitur, vt supra Rom. 1. loquitur enim de adiuuādis liberalitate sanctis.* 3 *Gratiā præterea id beneficij appell-*

appellat, quia indignum videretur eleēmofynam dicere, quæ esset in sanctos postea eroganda. 4 Pro gaudio, *1. Corint. 1.* *vt secundum gratiam.* Nam χάρις positur, pro χαρῆν. 5 Et Latinis gratiam habere dicuntur, quæ delectant. Sic, *1. Corint. 16.* *quoque rem ipsam adpellat, hoc est, liberalitatem & munificentiam, vt arguat eos rem grandem facitare, non animo iniquo, vel vlla coactos necessitate. Hæc quippe dici gratia debet, quæ vltro offeratur.* 6 Gratia reperitur sæpissime accipi pro misericordia, à verbo Hebraico יָדָה, id est, miser tus est. Itaque et Septuaginta hoc intelligentes, gratiā veterunt ἔλεος, id est, misericordiam. 7 Neque inuenies apud Hebræos gratiam pro venustate ac decōre accipi, vt sic apud Græcos ac Latinos, sed beneficium, charitate, misericordiaque (vt supra declarauimus) et animi erga alterum propensione, siue illi beneficiandum sit, siue illius delictis sit parcendum: quod certe etiam beneficij præclarissimum genus est, tamque liberalis habendus est, qui iniuriam condonauit, quā qui suas large profudit facultates. Hoc itaque nomine, sæpe in diuinis litteris Deus vocatur יְיָ, hoc est, misericors propter vtrunque beneficij genus. 8 Iuxta scripturam sacram est quedam qualitas diuina & supernaturalis diuinitas creata humanis cordibus per spiritum sanctum diffusa in sacramentis, qua Deus peccata delet, animam purificat, iustificat, & sanctificat, et ipsam Deo gratā facit, ac tandem ad bene operandum ei virtutem præstat. Non est igitur fauor, nec significat fauorem, quo nobis Deus bene vult. Sed est quedam virtus inuis in nostris cordibus creata, quæ animam bonis spiritualibus munit ac ornat, Sic pijs & in scripturis sacris exercitatis placet. *Lucæ. 1.* *Angelus dixit Mariæ, gratia, plena, id est, donis & virtutibus diuinitus creatis referta.* Ita sunt intelligendi loci illi ad *Galat. 1.* & ad *Rom. 3. & 5.* Si vnus delicto, multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donū. Distinguit Paulus hic gratiam à dono, gloria aliquando accipitur in sacra scriptura pro gratia ad *Rom. 3.* omnes enim peccauerunt & egēt gloria Dei, id est, gratia Dei, gratia proprie dicitur apud libros sacros, illa qui propter Christum mediatorem, nobis sine nostris meritis misericorditer à Deo donatur. Et hæc Gratia continet in se donum, misericordiam, Charitatem, fidem, spem, & pleraque alia, quæ ad nostram iusticiam parandam Deus nobis solitus est misericorditer largiri, *Paul. ad Galat. 2. & 5.* ait de hac gratia, *Non irritam facio gratiā Dei.* Hoc est, non legi nec naturæ viribus tribuo iustificationis beneficium & meæ salutis, sed passioni Christi & eius immensæ dignitati, qui me redemit, & patri æterno reconciliauit: idque propter gratiam Dei patris quā non abijcio, nec irritā, hoc est inuilem nec infructuosam facio. Nam si per legē iusticia, ergo Christus gratis mortuus &c. 9 Tria sunt quæ scriptura proprie vocat gratiam scilicet beneficium incarnationis, remissio peccatorū cum iustificatione, atque perseverantia

tia in charitate vsque in finem, Paul. ad Tit. 3. Non ex operibus iusticiae, &c. et ad Eph. 2. haec proprie dicuntur, gratia quia citra omne meritum pure humanum solo ex beneplacito Dei mortalibus donantur, His tribus possumus adijcere & primam gratiam, atque electionem aeternam, quas etiam Deus ex solo suo beneplacito ab aeterno quibusdam mortalibus concedere decrevit. Deus enim teste scriptura Pauli ad Eph. 1. elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati: &c. non quia eramus, Sed ut essemus,

10 Solet scriptura & vitam aeternam, gratiam vocare, gratia autem Dei vita aeterna, & ibidem. 2. Reliquae secundum electionem Dei saluae fiunt. Docent patres diuinitus illustrati, humanum meritum, non ex natura operis, sed ex Dei diuina acceptatione propter promissionem factam, qua Deus suae legis obseruatoribus iustae mercedis se debitorem constituit ex sola sua misericordia voluit, ac ex nostro labore provenire. Unde quia humana merita ex gratia Dei proueniunt, merces ipsa quae est vita aeterna, gratia dicitur, Augusti. lib. 14. de Trinit. c. 15. ait: Quid animam faciet beatam, nisi meritum suum, & praemium domini sui? Sed & meritum eius gratia est illius, cuius praemium, erit beatitudo eius. Et in Epist. 106. ad Bonifac. contra duas epistolas Pelagiano. Hominis inquit, meritum, donum est, gratuitum. Et in Enchirid. c. 107. Ipsam vitam aeternam, quae certa merces est, operum gratiam Dei appellat Apostolus, dicens: stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita aeterna in Christo Iesu. Stipendium pro opere militiae redditur, non datur. Ideo dixit stipendium peccati mors, ut mortem non immerito illam sed debitam, demonstraret, gratia vero nisi gratis sit, gratia non est. Intelligit ergo scriptura, iuxta hanc sententiam, secundum hanc rationem quod vita aeterna dicitur gratia, cum tamen secundum alteram, etiam dicatur & sit merces atque stipendium. Intelligendum est igitur inquit Augustinus, etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera: quibus cum vita aeterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur. Et in Epistola. 105. ad Sixtum. Quid est inquit, meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne meritum nostrum non in nobis faciat, nisi gratia, Et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat nisi munera sua. Multa in illa epistola tractat, quae scripturam inducant illustrant. Quod etiam luculenter facit, in ser. 2. in Dominica post octauam Epiphaniae. Hieroni. in dialogo contra Pelagianos 1. p. epistola 17. Quid inquit, coronat in nobis Deus? quod ipse operatus est: voluntatem nostram: quae obtulit donec quod potuit: & laborem, quo contendit, ut faceret: & humilitatem, quae semper respicit ad auxilium Dei: His subscribit Gregori. in lib. 14. Moralium, c. 9. 11 Deinde Gratia quandoque idem est quod verborum suauitas & loquelae dulcedo, sicut Paulus praecipit sermonem semper in gratia salte condiri, Nam ne increpationes quidem piorum gratia carent secundum

da. Sic & Salomon Prou. 10. postulat ut iustorum sermo gratiosus sit: Argentum electum, dicens, lingua iusta. Vbi argento gratia significatur. 12 Gratia deinceps in sententijs Salomonis quandoque coronam significat, Prouer. 10. Ut addatur gratia capiti tuo, id est, corona quam promittit pater. Est autem in scripturis non raro usurpatum, ut apud Hier. 5. Threno. Cecidit corona capitis nostri. Et Esa. 58. Erat Dominus corona gloriae, & ferrum exultationis residuo populo. 13 Gratiam inuenire, Hebr. phrasi, fauorem inuenire & reperire, & gratia valere apud regem, Psalm. 45. &c. Inuenit gratiam cui fauetur ab aliquo, ut Inueniam apud te gratiam, id est, sis mihi amicus, erga te omnes absint discordiae, &c. 14 Gratiarum actio autem, est vera sanctificatio & benedictio, autore D. Paulo, qui ita ad Tim. scribit: Quicquid creauit Deus, bonum est, et nihil reiiciendum si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei & precationem. Ecce verbum Dei precatio & gratiarum actio. Iam vide quibus rebus multiplicetur aut benedicatur panis. Nam panis est sua natura non habet ut ciber, sed est verbum Domini, Deut. 8. Hinc nonnunquam Deus panem cibandi energiam subtrahit, Leui. 26. Comederis, & non saturabimini. Vbicunque Euangelistae memorant Dominum panem in manus sumpsisse, gratias egisse simul dicunt. Quo docemur, quoties Dei beneficijs utimur, par esse, ut bonitatis eius cum laude recordemur. 15 Item gratiarum actio est, quum Dei beneficia recensentur: quo fides in Deum roboratur, tanto confidentius expectandi, & id quod desideratur, & quod praedicatur. 16 Gratiam pro gratia (dicit Ioannes) acceptam per nos de plenitudine Christi, sed quo merito vel studio? Pro gratia, inquit, scilicet Christi: quemadmodum & D. Paulus dicit Rom. 5. Gratia dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, hoc est, gratiam Christi, pro gratia Dei.

GRATIS.

1 Frequens est vsus huius vocis in scriptura sacra, quando fit mentio iustificationis impij. Dicit. n. scriptura peccatorem gratis iustificari: Verum per illam vocem gratis vult exclusa omnia merita pure humana sed non Christi merita. Quae sunt causa efficiens iustificationem impij. Nec excludit vox illa cooperationem voluntatis humanae, quae etiam concurret cum diuina, quando illi obtemperat & obsequentiam se praestat. Iuxta quam sententiam dixit Augusti. Qui fecit te, finite, non iustificabit te sine tua voluntate. Nec excludit actus fidei, spei, & charitatis, timoris & poenitentiae. Sed excludit prorsus omnia merita carnalia, quae gratiam & fidem praecesserunt, quae nihil plane momenti in hac habent causa, ut per ea vel propter ea iustificetur impius. Docet aperte scriptura fidem, quae iustificationis est principium & fundamentum, neminem posse promereri, cum sit Dei donum, Augusti. lib.

lib. 13. confesio. c. 1. Et tu domine inquit, deleuisti omnia mala merita mea, ne retribueres manibus meis, in quibus à te defeci. Et praeuenisti omnia bona merita mea ut retribueres manibus meis, quibus me fecisti: Intelligit ergo scriptura vocem illam gratis humana merita praecedentia gratiam, reicere à causa salutis, extollere autem atque commendare Dei gratiam beneplacitumque diuinæ suæ misericordiae quam praedicat causam nostræ iustificationis. Dauid Psal. Et misericordia eius praeuenit me, & ipsa subsequetur me, &c. ubi misericordia ponitur pro gratia, quia gratia fuit causa ut Deus nostri miseretur.

GIGANTES.

1 Gigantes vocat scriptura, non inuicatum hominum genus, aut insolitam formam, sed Heroes & viros fortes ac bellicosos. Hæc Chrysofomus. Ioannes Damascenus de his sic scribit: Gigantes autem Gen. 6. adpellare scripturam existimo, qui robustissimo essent corpore. Ut illud: Non saluabitur gigas in multitudine virtutis suæ. 2 Rephaim Hebraice in Bibliis adpellantur, à sanando scilicet, quod procedes illi & heroes, terræ ac patriæ patres & saluatores dici voluerint. 3 Emim, ab Ema, quod terrorem significat. Terribiles & metuendi dicuntur, quod vi & armis grassentur. 4 Horum, nobiles, illustres, candidi, optimates, à candore: vel quod in oriente principes alba veste vtebatur, sicut Latini trabea & purpura, vel quod præ aliis spectabiles sint. 5 Sammefumim, à Sam, quod scelus aut flagitium significat, videlicet quod fuerint insignes latrones, prædones & pro libidine omnia audentes. 6 Enakim, à torque gestando, quasi torquati. 7 Niplim, à cadendo, quod irruant, deiciant violentique opprimant.

GENITIVVM SVBSTANTIVVM

Epitheto Hebræi addunt.

1 Hic color sermonis peculiaris est Hebræis, qui Epitheto addunt genitivum substantiuum, ut filius perditionis, id est, filius perditus: Deus pacis, Deus pacificus: Lex mortis, lex mortifera: Filij obedientiæ, Filij inobedienciæ. Alioqui quid est filius perditionis, nisi quem peperit perditio. Mammon iniquitatis, pro iniquæ diuitiæ. Filij corruptentium, pro corruptissimis: Semen malicioforum, pro semen maliciosum, Quomodo & forsitan filius hominis Christus dicitur pro filius homo, ut vna loquutione et Dei filium & hominem constitemur. Populus indignationis, pro populus qui mihi indignatur, Esa. 19. non actiue ponitur, sed passiue capitur. Populus enim cui ego irascor. Et eiusdem cap. Consummatio decreti, pro consummatum aut absolutum est decretum, ubi Latini dicunt: Stat sententia.

GENITIVI PRO ADIECTI-

uis positi.

1 Nullus enim Idiotismus eis frequentior est, quam huiusmodi Genitiue.

nitiorum pro Adiectiuis positiorum, Viri misericordiarum, pro viri misericordes, Esa. 13. cap. Vultus flammaram, hoc est, vultus inflammati. Esa. 49. capite: Terra desolationum, vastationum, perditionum, pro terra desolata, vastata. Viri bonitatis, pro viri boni. 2 Item Generalibus sententiis fermè consueverunt vii pro vniuersalibus, ut: Qui credit in me, pro, omnis qui credit in me. Sic Esaie. 20. capite: Vt auferat spolia & diripiat prædam, id est, ut omnia diripiat, Hebræus diceret.

GENVS PRO NVMERO.

1 Hoc etiam Hebræis familiarissimum est, genus pro numero poni, ut Gen. 1. Reptile animæ viuentis. 2 Ponitur enim anima pro omni animali viuente. Et Genes. 30. Accepit sibi Iacob populeas virgas & decorticauit decorticationes albas: quæ tamen cortices albi non sunt, sed id quod sub cortice later. Quum ergo corticem detrahebat, fecit apparere album. Et Gen. 1. Faciamus hominem. Nam in vno homine cepit totum genus humanum. Quæ loquendi forma, doctorum testimonio, per Synecdochen Hebræis familiaris est.

GLADIVS.

1 Gladij nomine, ira, passio & crux Christi, indignatio æterni iudicij, æternæ mortis & seueritatis diuinæ verbum & sententia, atque hostilis potentia venit, qualiscunque illa sit, Esa. 1. Gladio deuorabimini, id est, hostes deuorabunt vos. Et Psal. 17. gladium Dei, iudicij Dei intelligit. Et Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Quibus verbis iram, vindictam ac punitionem Dei, impiis proximam, pulchre depingit pro verbo æterni iudicij, de quo Hebr. 4. Viuus est sermo Dei &c. Ite maledicti in ignem æternum. Nam gladij vocabulum scindendi & interficiendi opus significat, quæ ad id acui & vibrari dicitur, ut in adducto Psalmo patet. 2 Hinc Gladius & pro bello in Bibliis accipitur, Zach. 14. Gladio excitare, id est, graue certamen, bellum. Ira enim & passio Domini vocatur: Percute pastorem, & dispergentur oues. 3 Item Gladius pro verbo Dei sumitur, ut Eph. 4. Gladius acutus idem quod verbum Christi, ut ex multis scripturæ locis perspicuum est, ut Esaie quadragesimo nono capite: Posuit os meum sicut gladium acutum, id est, verbum Dei. 4 Idem est, Gladius accipites in manu habere, hoc est, verbum & doctrinam spiritus prædicare. Nimirum quibus pij iudicant mundi potentiam, sapientiam & iustitiam, ut cadat Satanicum regnum. Nam gladius ille procedit ex ore Christi, vtrinque scindens, quem Paulus spiritum oris Christi dixit. Vnde Psal. 116. Gladij accipites in manibus eorum, id est, quisque habet verbum Dei in sua manu & potestate, ut per illud efficaciter agat virtute Spiritus sancti. De quo Eph. 6. & Hebr. 4. manifesta scripturæ testimonia. 5 Gladios autem conflare in vomeres, est ponere factum

rum, inuidiam & animum homicidium, succurrere aliorum inopia, omne bellandi studium in pacem vertere. 6 Similiter Gladij nomine signat scriptura interdum manifestas insidias, autore Chrysostomo, Homilia in Priscillam & Aquilam, de colendis sacerdotibus. 7 Itemque pro tribulatione, sicut ferrum, vt de Maria dictum: Et gladius pertransibit. Augustinus ad Paulinum de varijs scripturae locis explicandis Epist. 58. 8 Gladij os, mos est scripturae vt aciem gladij vocet *σπίρα*, os. Nam os gladij vocant partem scindentem, acuta scilicet, à mordendo nimirum. Sic Græci *διςομοιον* gladium vocant, quod duo ora habeat, id est, vtrinque secet. Gen. 34. Emor quoque & Sichem filium eius occiderunt in ore gladij. Esa. 3. Luca. 21. Apoc. 1. 9 Item Gladium imbui, apud Esaia. 34. cap. est iustitiam exeri. 10 Gladium minari, apud Ezech. 31. significat properantē et accelerantem interitū. Sic dicit Dominus: Dic gladius gladius exacutus & etiam politus est, habet vim repetiti nominis. 11 Eadem significatione reperitur gladius acutus, quo celerius ac letaliter feriat. Ideo congeminat vocem, gladius, gladius, quod est grauius dolentium. 12 Et Ezech. 5. quoque celerimum interitum significat, Allegorice verbum Domini denotans, prædicens varia mala.

GENERATIO.

1 Generationis vocabulū reperimus apud Hebræos sæpiuscule, pro historia & fabula rebusque gestis, generationis, stirpis, aut populi huius aut illius acceptum. 2 Sic & Moses Gene. 36. historiam texit, nō generationem. Hæ sunt generationes Esau. Et Gene. 11. Hæ sunt generationes Sichem, id est, ista est historia ex Sichem nata. 3 Nonnunquā pro seculo siue tēpestare. Sic Noë Gene. 6. iustus & perfectus prædicatur in sua generatione, idem est quod suo seculo, sua tempestate. Sic & 15. Quarta generatione reuertetur huc, id est, quarto seculo. 4 Generatio iusta, sunt omnes illi, qui per sacramentum fidei facti sunt filij Dei, iustificati scilicet in fidem per dilectionē operanti: per iustitiam Christi. 5 E contra, Generatio praua, peruersa & adultera, qui non credunt verbo dei & Christo eius. Matth. 12. 16. 17. Marci. 8. Luc. 17. 6 Verum de triplici generatione Christi, vna diuinitatis ab æterno, altera secundū humanitatem ex matre sine humano semine, tertia adoptionis per gratiam in toto corpore Christi, quæ est Ecclesia, cuius mentionem iam fecimus &c. Præter Basilium Magnum, Cyprianum martyrem, & D. Augustinū in pluribus locis consulantur, L. Firmianus Instit. libro quarto, 7 Porro ista iustorum, hoc est, credentium generatio, alio nomine populis nouus appellatur, ac populus Dei, nimirū dilecti Dei & noui homines, id est, filij Dei in Christo per spiritū sanctū in sacramento fidei renati, quos & Deus ipse æterna hereditate possidet vt peculium suum. Sicut è regione Populus vtetus dicuntur pharisæi, qui specie sanctitatis falsi, Adamiticum ingenium

hium nec deprehendunt, nec iustitiam Christi esuriunt. 8 Alias autem Populus Dei dicuntur pauperes, viduæ, pupilli, omnes denique huius mūdi solatio destituti, vt sūt aduenæ, peregrini, orphani, Matt. 5. Luc. 6. Pupilli. Matth. 18. Psalm. 9. 67. 71. 103. Leuit. 16. Pro. 17. 23. & pluribus alijs locis. 9 Hæc iustorum, inquam, generatio hereditas Dei vel Domini dicitur, Psalm. 33. Populus quem elegit in hereditatē sibi. Præmittitur enim: Beata gēs cuius Dominus Deus eius. Psalm. 46. Elegit nobis in hereditatem suam &c. Item Psalm. secūdo: Dabo tibi gentes in hereditatem. Vnde Psalmus quintus inscribitur pro hereditatibus. Exodi. 19. Estis mihi in peculium. 10 E contra Hereditas filiorum Dei est, Deum per fidem charitate viuentem possidere, ac in ea omnia habere, Roma. octauo capite.

GENTES.

1 Gentes. In sacris Biblijs hoc vocabulum frequentissime, vsurpatur contra Israëlitas et Iudeos ipsos, vt Ecclesia gentium et Paulus Gentium apostolus contra Iudaicam Ecclesiam celebri auctoritate & vsu frequenti dicitur. Sic etiam Psalm. 2. Populi meditati sunt inania, vbi gens & populus euidenter discernuntur. Et Psalm. 116. Laudate Dominū omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et quod citatur, Roma. 15. Sic quod gentes, impios & incredulos: Populi verò, pios & fideles designent. Quemadmodū & Psalm. nono gentes vocat quotquot non credunt Deo, verbi Dei persecutores, vt: Conuerrantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Dei. Sed & si gentium & populorum appellatio in scripturis frequens sit, tamen non credunt Hebraicæ linguæ docti constantem esse per omnia hanc differentiam. Nam Psalm. 88. Dauid more scripturae gentes vocat, qui sunt alieni à Deo, siue hic Iudæi secundum carnem, aut nationes gentiles sint, vsque adeò Deus personam non respicit humanam, vt ibi: Omnes qui operantur iniquitatem, scilicet perdes, nimirum vt arbores malas. 2 Item per conuictum Israëlitarū interdū vocantur Gentes, qui carne Israëlite erant & inamantes Deum, crudelitatem animo & moribus referebant: ab Dauide igitur sæpe iure gentes nominati sunt, Psalm. 10. Ezechielis cap. 15. Psalm. 58. 3 Est autem, Gentes de terra perire, loquutionis genus, quo Moses Iudæis sæpius prædixit quod essent cito perituri de terra quam ingrederentur, si mandata Dei nō custodirent, vt superius Psalm. 9. visum est. Et gentes de terra illius peribūt, quasi dicerēt: Vos qui populus Dei & electus Israel esse debuitis, nunc summo dedecore vestro in gentes degenerati, ac iam non populus, sed hostes Dei peribitis. 4 Sic etiā Christiani, qui specie Christi sūt consistuntur, factis autem negant, reuera gentes sunt, imò gentibus peius vapulandi. Dominus adaugeat nobis fidem, vt per dilectionem efficax sit, & de die in diem crescat in laudem patris per Christum. 5 Gentes duæ in vtero vno, & duo populi ex ventre eodem.

Tropica loquuntur est. Nam quomodo duo populi potuissent esse ex ventre Rebecca? Synecdoche ergo est, quasi diceret, patres, capita, fontes, ac initia duorum populorum. 6 Denique Gentes sunt manifestissimi peccatores in scripturis, ut qui sciunt se scortatores, meretrices, publicanos; aliiſque obnoxios peccatis.

7 Nomine verò Iudeorum veniunt ij, quos Phariseos vocamus, à iustitiis carnis, qui olim Iudai & hypocritæ dicebantur. Hi, inquam, nolunt dici aut esse peccatores, quamquam omnibus peccatis referri. Vide epistolam ad Romanos 1. & 2. D. Hieronymum lib. Commentariorum in epistola ad Galatas 2. cap.

GENTIVM NOMINA.

2 Commotio & Multitudo maris dicuntur apud Prophetas, & Populus Dei. 2 Metis magna à Christo, Ethnici, Gentes, Gentiles. 3 D. Paulus nominat Præpuriū, Incircuncisos, Alienatos à Repub. Extraneos. 4 Spolia Apostolorum apud Esa. 2. 5 Item, Efferas feras, & Cicuratas bestias adpellant Prophetæ, Et Esa. Lupum cum agno. 6 Item Graci dicuntur. 7 David, filios alienos siue alienatos absolute adpellat. 8 Insulæ, Esa. 41. Viderunt Insulæ & timuerunt. Item 42. Et legem eius insulæ expectabant.

GEHENNA.

1 Per Gehennam, id est, cruciatum ignis, supremam atq; dirisimam Dei ultionem intelligimus de qua Esa. vlt. Et ignis eorum non extinguetur. Quod & Dominus Marci. 9. adduxit, vbi de gehenna loquitur, eoque quodammodo quid per gehennam significet, ipse exposuit. Ita enim bis ait: Bonum est tibi, ut claudus vel luscus introeas in regnum Dei, potius quam duos oculos vel pedes habeas, & mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. 2 Et si quando gehenna sine additione ignis ponitur, accipitur nihilominus pro hac omnium maxima & dirisima adflictione, cruciatuque, qui est ab aeterno isto vermi, atq; igni inextinguibili, quo cruciabuntur quotquot non fuerint consequuti Christum propitiatorem. 3 De quo ignis cruciatu & Ioannis; Et quod Matth. 5. dicit, eum qui fratri suo dixisset, fatue, obnoxium gehennæ ignis, perinde erit atque si dixisset Latine, obnoxius erit cruciatui ignis. Cyprianus libro de laude martyrij ad Moysen, & Maximum conscripſit: Sæuiens locus, gehenna cui nomen est &c.

GERMEN.

1 Peculiaris est quidam huius vocabuli vsus apud Hebræos, quo profusus liberos siue filios germen solent nuncupare: quemadmodum herbas, frutices & arbores crescentes adpellamus, licet hoc nobis Romanis durum videtur, tamen Iudæis non infrequens est, Sic loquitur Dominus

Dominus Esa. 14. de regno Babylonicopotentissimo, ditissimoque. Hac dicit Dominus exercituum: Et perdam Babylonis nomen, & reliquias & germen & progeniem. Nam pueri à parentibus nascuntur, quemadmodum germina & ramusculi è arboribus proueniunt. Quæ de causa Naturales hominem, inuersam arborem adpellant. Sic ait Esa. cap. 11. Egredietur vinga de radice vel germine Iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Hiere. 23. Ecce dies veniunt, suscitabo David germen iustum. Quæ verba proprie de CHRISTO vaticinata sunt, de profapia & sanguine Davidis exorituro, &c.

GUSTARE MORTEM.

1 Gustare mortem, Tropo scripturæ est mori quidem, sed non absorberi à morte, id est, non tangi tormento mortis, Sapient. 34. quod credentibus in Christum fit, Ioan. 5. Amen dico vobis, non gustabitis mortem &c. 2 Gustare verbum Dei, Petrus ait: Siquidem gustastis quam bonus sit Dominus, quia hoc verbum totum hominem refocillat, Hebræ 6. Gustarintque bonum verbum Dei, ac virtutes futuri seculi &c.

GRAECVS.

1 In literis Apostolorum aliquoties pro Ethnico vsurpatum reperimus, Acto. 17. capite, Rom. 1. 2. 3. Galat. 3.

GRAMEN.

1 Graminis simile in scripturis frequens occurrit, præsertim in Psalmis. Sic enim David Psalm. 37. versu. 2. improbos similes facit graminis, quod ilico refecatur, & herbæ, quæ quamuis egregie nunc vireat & vernet, mox tamen marcescit, ac flaccescens decedit. Et Psalm. 129. orat sanctus, populi Dei hostes graminis tectorum, quod priusquam euellatur, areſcit, similes reddidit: cui & Esaias Assyrios similes fore prædicabat 4. Reg. 19.

HONOR.

HONOR quod Hebræis נָדָב sonat, mirum quam varie & inconstanter sit positum, nunc pro decore, nunc pro honore, nunc pro pulchritudine, nunc pro magnificentia, nunc pro splendore, nunc pro dignitate, Psalm. 103. Confessionem & decorem induisti, Psalm. 104. Confessio & pulchritudo. Quæ duo Psalm. 44. sic redduntur: Specie tua & pulchritudine tua. Psalm. 144. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuæ, Psalm. 109. In multitudine populi dignitas regis. Hæc omnia loca habent idem nomen Hadar, quæ ab eodem verbo veniunt נָדָב, quod significat, decoravit, honoravit, glorificavit.

2 Item honor secundum phrasim Hebraicam sermonis significat (sub-

fidium & benefacta collata erga aliquem. Sic D. Paulus scribit 1. Timoth. 5. Viduas honora, id est, eas bonis provide, quas omni auxilio destitutas vides. Et eodem capite: Duplici honore digni sunt presbyteri, videlicet vt ex ecclesia bonis eis provideatur, de necessariis. Sic Matth. 16. Honorem habe, hoc est, non solum verbis aut gestu, sed rebus ipsis. Nam praecipit enim Deus id quod Gentilium quoque legibus cautum est, vt liberi parentibus, vel aetate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioquin afflictis, opulentur, & vt Graeci loquuntur, *ἀντις λαγῶσι*, id hodie quidam non intelligentes, parentes suos tantum non adorant, eumque honorem parentes à liberis exigunt, atque ita totum pietatis officium abunde persolutum arbitrantur.

3 Quin & apud Latinos, honor pro praemio gratiaque vsurpatur, quod pro merito refertur. Et apud Graecos *τιμή ἀ τίσ* est deductum, quod quoties in bonam accipitur partem, significat dependo, siue persoluo. Rom. 13. Honore inuicem praeuinentes. Non vulgarem istum honorem decedere pro via, aut aperire caput, flectere genu, intelligit, quemadmodum non in vno loco D. Hieronymus annotauit.

4 Siquidem in aliis elemosyna dicitur, caeterum in iis quos aetas aut dignitas, aut alioqui meritum venerandos reddit, adpellatur praestitum officium. Et Latini munus honorarium vocant.

5 Item pro abstinentia à coitu 1. Petr. 3. interpretatur D. Hieronymus, non vt flectantur illis genua, & genamis auroque onerentur, sed abstinentiam à coitu: sic enim honorem haberi vasculo muliebri, si non inquinetur libidine. Idque indicat quod sequitur, vt non interrumpantur orationes siue preces vestrae.

HOMICIDA.

1 Homicidae nomine veniunt inuidi, auari, immisericordes.
 2 Sunt item Homicidae, qui se saluis, omnia etiam humana pessum iri velint. 3 Itaque Deus sicut inopiam fidei, scortationem ita penuriam charitatis homicidium vocat: grauius aduersans iniuriam fratribus quam sibi factum. Esa. 1. Et nunc homicidae.
 4 Christus quoque Diabolum homicidam ab initio vocat, Ioan. 8. Et 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Item Esa. 59.
 5 Hinc enim est, quod synceriores Theologi per sanguinem volunt intelligi omnem rancorem & inuidiam vt homicidae & sanguinarij sint, qui que iracundi & inuidi, Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij. Sic & Dauid vir sanguinarius, ab aedificando Dei templo prohibitus fuit. 6 Porro aliam significantiam huius dictionis Sanguis, qua concupiscentia carnis, & peccata ipsa exprimitur, videre licebit Deo propitio, in litera S, ne feriem alphabeticam omnino confundamus. 7 Iam vero ad homicidium redeuntes, sciamus illud duplex esse, voluntarium, & huic diuersum, hoc est, non voluntarium. Potest enim aliquando, qui manu occidit, adhuc coram Deo esse

esse non homicida. E regione qui irascitur & odit, licet manu non occidat, tamen coram Deo non potest non esse homicida, quia male vult fratri. Vide Deut. 19.

HORA.

1 Hora nonnunquam pro tempore ipso ponitur. Sic in Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere, respicit enim hoc: Ecce nunc tempus acceptabile. 2 Aliquoties pro vltima aetate seculi vel nouissimis diebus. Sic 1. Ioan. 2. Filioli, nouissima hora est, id est, postremum seculum, iuxta illud Apostoli 1. Corin. 10. In quos fines seculorum deueniunt. 3 Nam omne tempus ab aduentu Christi primo vsque ad secundum, nouissima hora est, & vndecima, qua quidam in vineam &c. Vnde & plenitudo temporis, & apud Prophetas, tempus regni Christi, per nouissimos dies signatur, Esa. 2. & Mich. 4. Præterea & Christus clamat: Consummata omnia. Et Paulus 1. Corint. 1. Expectantes reuelationem Domini Iesu Christi. Insuper 1. Cor. 7. Tempus contractum est, vt qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtantur, videlicet eum non diligendo. 4 Sancti olim in tanto timore vixerunt, quasi ipso die ducendi essent ad iudicem, & omnem diem pro nouissimo habuerunt, sequuti consilium sapientis: Recordare nouissima, & in aeternum non peccabis. 5 Item consummatio seculorum appellatur.

HAERESIS.

1 Haeresis odiosum vocabulum D. Paulus Act. 26. in bonam partem (dum se dixit Pharisaica fuisse secta) vsurpat: quemadmodum & Cicero in proemio Paradox. de Catone loquens. In ea est (inquit) haeres, quae nullum sequitur florem orationis.
 2 Est & secta vocabulum Latinis medium.
 3 Haeresis autem dicitur obstinata alicuius erroris defensio: Et sententia Hieronimi, lib. 3. Comment. in Galatas, Graece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi vnusquisque eligat disci, quam contempto iudicio Ecclesiae putat esse meliorem.
 4 Vnde August. lib. de credendi vtilitate dicit Hereticus, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanae gloriae, principatuque sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur. Et contra Manichaeos. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque quid sapiunt, si correcti aut sanum, rectumque sapiunt, resistent contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, haeretici sunt.
 5 Item Cyprianus ad Iubainum, de haereticis baptizant. ita scribit: Si autem quid Apostoli de haereticis senserint &c. Idem de simplicitate Praelatorum, Tractatu. 3. Gratulandum est &c.
 6 Tertullianus, de praescriptionibus Haeticorum. Instruit Dominus multos esse venturos sub pellibus ouium rapaces lupos. Quena istae sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies?

DIVINAE SCRIPTURAE

Quid lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infestandum grægem Christi intrinsecus delitescentes? Qui pseudoprophetae, qui pseudoapostoli, nisi adulteri Euangelizatores? Qui Antichristi interim & semper, nisi Christi rebelles? Plura ibidem & in libello de hærestibus ipsis, imò etiam & in Decreti canonibus multis.

O P O R T E T H A E R E S E S E S S E.

Prædicentis potius quam consulentis sunt verba: cum Paulus à variis accepisset Corinthios tam esse conturbatos & superbos, vt pessime inter ipsos cõueniret. Proinde, & quia videbat quorundã ingenia esse admodum deprauata & maligna, adeo, vt dissidia, ac dissensiones indices feminaret: inde inferens quid ex his solet cõsequi, dixit, necesse esse vt inter homines tam male affectos hæreses suborirentur. Sic medicus videns ægrum intemperatũ gulæ & ebrietati deditum, prædicat fore necesse, vt illa ratio vitæ tam inordinata febrim sit paritura. Similiter agricola & nauta videntes nimbos nubiumq; congestiones fieri, prædicunt pluuias ac tempestates futuras. Hæc dum dicunt, non probant factũ, sed prævident atq; prænuntiant malos effectus ex simili causã suboriturus. Vel potest fieri, quia Paulus vt erat diuino afflatus spiritu celsitus illustratus intellexit, Deũ suo diuino iudicio inter Corinthios permitturũ illas hæreses suboriri: tum vt mali cognoscerentur puniendi Ecclesiæ iudicio, tum etiã, vt qui probati essent fierent manifesti: Quod cũ diuina luce perfusus videret, dixit, Necesse est hæreses esse. Sicuti alibi dixit Christus esse necesse, vt veniant scandala,

H O S I A N N A.

1 Fausta precantium acclamatio quemadmodum ineuntibus magistratum aliquem, solemus bene precari & optare prosperũ successum. Eodem modo populus fuit animatus erga Christum Matth. 21. putabat auspicatorum iam corporale regnum, ideo bene ei ominabantur & precabantur salutem. Nam Hosianna significat obsecro, saluifica, vel da salutem. Salua Deus, aut fortuna huic omnia. Peculiaris fuit eius gẽtis acclamatio: quemadmodum apud Romanos 16 triumphæ.

H I N N I R E.

1 Hebræi vtuntur impense Hinniendi verbo, pro ingenti, gestienti; læticia, Esa. 12. Hinni, vel exulta, & lauda. Et 24. Quum glorificatus fuerit Dominus, hinniet de mari.

H O D I E.

1 Hodie absolute in Bibliis positum, pro certo tempore de quo sermo sit, ponitur, etiam si non addatur [] Esa. 58. Non ieiunatis hodie, vt in sublimi exaudiatur vox vestra, id est, Non placere Domino, qui quod in sublimi fedet.

2 Item non pro castino, sed diuturno, siue ab initio mundi & ad Hebræos 13. Et Esa. 30. cap. Siquidem Christus heri, hodie & sempiternum dicitur, Hebr. 13. Christus ab initio mundi vsq; in finem idem perdu-

P H R A S E S.

90

perdurat per quem omnes iuxta saluantur. 3 Item de præsentis seculo vsurparatur, & proprie de tempore, quod post aduentum Domini est. D. Paulus ad Hebr. Hodie si vocem eius audieritis. Hyschius in Leuit. lib. 1. cap. 2. 4 Quandoque diuinitatis æternitas intelligitur, Psal. 2. Ego hodie genui te, id est, ab æterno vel æternaliter. Apud Deum enim hæc heri, cras, sed sempiternum & perpetuum hodie est, vt Theophylactus in epist. ad Hebr. sentit.

5 Nonnunquam Hodie totum vitæ nostræ tempus significat, testimonio Basilij magni in Epistola ad Chilonem discipulum de vita solitaria, cuius initium. Salutaris tibi rei, vbi illud Apostoli adducit: Inuicem adhorramini, & in idipsum ædificate, vsquequo hodie dicitis. Hæc ille.

6 Sic D. Chrysoctomus, Hodie pro semper donec constat mundus, ad Hebræos 3. Homilia 6. accipit.

7 Sæpe quoque obuiam sunt loquutiones huiusmodi, Vsque in hodiernum diem, vsque in præsentem diem. Quæ in hunc sensum accipiendæ sunt, quomodo nos dicimus, Relegatus est in perpetuum exilium: cum tamen nemo possit exulare ultra id quod viuunt. Et proprie de his rebus dicitur quæ non ita constitutæ sunt, vt postea mutarentur ab eis, qui constituerunt. 8 Porro Hodie & cras, plures dies significat. Quemadmodum & nos familiari sermone consueuimus dicere, Hodie & cras fiet hoc: non omnino intra tam breui temporis interuallũ rem circumscribentes, sed statim fieri significantes: ita etiam Christus dicens: Sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor. Non omnino significare voluit quod tertio die necessãrio sit consummandus, sed breui mortem suam futuram declarat. Et vt clarior fiat. Oportet me (Lucæ 13. ca.) hodie & cras, deinde tertio proficisci in Hierusalem & cætera, quo modo numerantes sæpe dies consueuimus dicere. Ego Dominico secundo, & tertio die egredior: non quod sim Dominico die & secundo egressurus, sed solum duos dies illos enumeramus, vt manifestemus diem tertium: ita sanè & Dominus hoc loco non quod tribus diebus vitam suam circumscribat, sed pluribus quidem diebus: veruntamen non valde longo tempore se mansurum significat. Theophylactus hæc in Lucam 13. cap.

9 Heri & nudius tertius, Hebraico schemate, pro hæctenus & antea ponitur, Exod. 3. Obsecro Domine non sum eloquens, ab heri & nudius tertius, id est, hæctenus, & pro antea, vt Genes. 32. Animaduertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se sicut heri & nudius tertius, id est, antea.

10 Hodie genui te. Iudæorum Tropus etiam à D. Paulo agnoscitur. Dicitur enim illis gigni, quando gloria cuiuspiam reuelatur. Ita Dauidem dicunt Genitum, quando vnctus est. Nos vero etiam Christum recte genitum dicimus, quando glorificatus est.

DIVINAE SCRIPTURAE

HABITARE.

1 Habitandi verbum *ἡμεῖς* Græcis paulo significantius esse quàm Latinis, pro nuptiali cohabitatione, Esa. 62. Habitabit enim iuuenis cum virgine. Et Ioannes pro versari intelligit, ait namq; Et habitavit in nobis, i. versatus est inter nos, in similitudine hominum factus, vt D. Paulus loquitur, & habitu inuentus vt homo.

2 Habitare confidenter, est pacata conscientia esse præditum, Hierem. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter, Hoseæ 2. Sponso te mihi in fide, & faciam eos dormire fiducialiter, id est, forti spiritu aduersus omnem iniuriam peccati. Et Esaia 52. & Hierem. 23. Israël habitabit confidenter, id est, pacata conscientia quiescent.

3 Inhabitare excelsa supra declaratum est. 4 Habitare autem terram, est permanere in terra, vt in suo loco dicemus, Vel est regnare, possidere omnia in Christo, Psal. 26. Credo videre bona Domini, id est, bona spiritalia, in terra viuentium, i. videbo tam quam fuero viuificatus tum semper durabit vita. Hinc Rom. 4. hæreditatem appellat. Christus illius hæres, sic & omnes credentes. Illud est supra peccatum & mortem, & Dominum omnium in terra, i. regnum possidebunt, quod promissum est Abraham & semini eius. Et Luc. 12. Qui enim corde recti sunt, habitabunt in terra, & Prouerbiorum 1. & 9.

HABITACULUM.

1 Habitaculum, pro eo sumitur quod vbique tabernaculum vocatur, aut intelligi potest, quemadmodum exponit Rabbi Salomon, eandem enim rem dicit appellari, Numeri 9. habitaculum Dei, vt tentorium siue tabernaculum testimonij pro eodem, & vocari habitaculum Dei, quia Deus vt proprium locum eum delegerit: tentorium autem, vt esset locus vbi tabulae testimonij reponerentur.

HEV.

1 Heu, dolentis vel vocantis non condemnantis vocula est: vt Esaia primo. Heu gens peccatrix, & capite decimo. Heu Assur virga furoris mei, Esaia 5. Heu solarius & poenam de inimicis. Quæ vox omnino diuina: clementiæ bonitatem exprimit, cui dolet quod vltionem sumere iustitia cogitur.

H A H A.

1 Haha vox est gaudij & congratulationis, Ezech. 25. Eò quod dixisti tu haha, contra, sanctuarium.

H E A H.

1 Heah vox gratulantis & insultantis, Ezech. 26. Fili hominis eò quod dixit Tyrus contra Hierusalem heah. Ita aliorum lachrymis & morte pascitur inuidia suo malo.

HÆREDITAS.

1 Hæreditas Dei vel Domini, populus Christianus est, quorum corda spiritu sancto inhabitat & possidet, atque sceptro diuini verbi sui regit,

PHRASES.

91

regit, secundum voluntatem, & iuxta beneplacitum suum. Nam hæreditas eius non est res corporalis, vel externa bona, sed spiritalis in conscientijs credentium & piorum. De illa spiritali & interna hæreditate, multa loquitur scriptura, & præcipue Dauid vitur hoc vocabulo, Psalmo 12. 34. 46. 16. 78. 93. 126. 25. 2 Hæreditas Christi, est in animalium accessione: regnum enim accipit à patre, non in prædia aut beluas, sed in animas verbo illius credentes, Psal. 2. & Psal. 15. Tu es qui restitues hæreditatē mihi. Item, Hæreditas mea præclara est mihi, &c. 3 Hæreditas possessio præcipuū rerum ex hæreditate est: ideo scriptura hæreditariam possessionem pro plenissimo dominio, ac præcipue vtendi iure ponit, Psal. 25. Quasi dicat Dauid. Posterius dies terræ Domini erunt, omnia in potestate sua habitaturi.

4 Denique hæreditas vel subiectio Gentium vel Iudæorum, non significat mundanum (vt carnales Iudæi somniant) regimen vel dominium super gentes venturum, verum est illa spiritalis promissio & benedictio, quam Deus Abraham promisit, patrem eum futurum esse multarum gentium, & illud in semine suo, hoc est, per fidem in Christū, vt omnes generationes terræ benediceretur, hoc est, per prædicationem Euangelij ad fidem benedicti filij Dei peruenirent. De illo tropo lege Psalmo 2. 110.

HIERSALEM.

1 Hierusalem, visio pacis interpretatur, autore D. Hieronymo, quia in patria futura nihil erit quod nos perturbare, vel quod nos merore afficere poterit, absterfurus omnem lachrymam ab oculis eorum.

2 Hierusalē, ciuitas Dei regisq; eximij appellatur. Mons, Pulchrum clima, Elegans locus, qui omnem terram exhilarat: propterea quod Deus verbo & spiritu suo in ea potius quàm in toto orbe tum regnauerit, indeque doctrinam saluificam, in omnem terram sparserit, iuxta viciniam. E Zion prodibit lex & oraculum, Esa. 2. Solium gloriæ, est Hierusalem & templum quæ dicuntur gloriæ solium. Latus aquilonis, Psal. 48. à parte sui vocat, in aquilonari enim vrbs parte Zion erat, vt & Esa. 14. notatur, Sacrarium, Habitaculum Dei. Psalmo. 46. Et sanctum tabernaculum Dei. In ea vrbe primarius colendi Dei locus fuit &c. 3 Medium terræ, Hierusalem est. Situs enim terræ Cananæ in medietate orbis est, ad cultum Dei peculiariter, delectum est medium terræ, vt inde nomen Dei, quod notum in Iudæa. 4 E contra, Ciuitas sanguinum appellatur apud Ezech. 22. Spelunca latronum. Sodoma & Aegyptus, Esaia 1. & 11.

HVMILITAS.

1 Humilitatem vocamus vulgò, quam Diuus Paulus τὴν ταπεινοφροσύνην, Latini adfectum vilitatis aut sensum humilium rerum appellant, hoc est, voluntatem & animum exigua & spreta.

2 Nihilominus veri humiles non declinant lumina ad ea quæ hominibus regit,

litate consequuntur, ceterum simplici corde ad deflexa respiciunt, inò vera humilitas se nunquam humilem esse nouit.

3 E contra, simulata humilitas nunquam nouit se superbum esse.
 4 Item, humilitas non semper obscuritatem & abiectionem, sed interdum virtutem mentis significat. Sic Gene. 29. Vocauit nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam. Hac humilitate virgo Maria prædita fuit, vnde & Lucæ primo canit, Deum respexisse humilitatem ancillæ suæ, &c. 5 Verum vt humilitatis dictionem fufius colligamus, Est scripturæ vsus, vt humiliare vocet abijcere, deprimere, inque nihilum redigere, quomodo & mulieris humiliatio ad libellum repudij pertinet, Deutero. 21. Quare & Christiani in plerisque scripturæ locis pauperes, adflicti, humiliati vocantur, vt superius in vocantur, vt superius in vocula Generationis visum est, Psal. 115. Humiliatus sum nimis. 6 Humilitas ergo nihil aliud est, quàm contempta nullius respectus, depressa, abiecta que res vel conditio, quod genus sunt in opes, languidi, esurientes, sitientes, carceribus mancipati, tribulationibus obnoxij, imorientes que homines, qualis & Hiobus erat in sua adflictione, David in sua propulsatione & eiectione è regno, & Christus cum vniuerso Christianorum coetu in suis angustijs, 7 Basilius Magnus in hunc versum Psalmo 33. Prope est Dominus ijs qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu. scribēs, inquit: Qui nihil habet factus nihil in rebus superbiæ aut cupiditatis &c. Et in hunc versum Psalmo 32. Et ijs qui sperant in misericordia eius, dicit, humilitatem describit. Quomodo, inquit, aliquis in eius misericordia sperat: Is videlicet, qui non proprijs virtutibus, aut propriæ fortitudini confidit, neq; item ex propria iustitia sine Christo seruari existimat, sed tantum in eius misericordia spem collocans, illud propheticum tenuerit: Ecce Dominus, & merces eius parata reddere cuique secundum opera eius. Vide ipsum Basilius latius. 8 Item, humiliare, est nonnunquam in scriptura idem quod deuirginare, comprimere, vim inferre, Gene. 34. De Dina filia Iacob Patriarchæ. Et vidit eam Sichem Emor Heuæi princeps regionis, & accepit eam, id est, rapuit, & dormiuit cum ea, & humiliavit eam, hoc est, virgineâ zonam, & virginalem pudorem soluit. Hinc omnis coitus violentus, vocatur oppressio seu humiliatio: sic honesto vocabulo vruntur Hebraei, cum stuprum oblatum puellæ, aut venerem significare volunt, vti solent verbo humiliandi, Hieremij 3. Threnorum.

HOMO.

1 Homo duplex est, vetus & nouus, seu carnalis & spiritualis.
 2 Vetus homo, est homo non perfusus spiritu sancto, sed natura contra spiritum sanctum, qui dicitur & caro, & corpus peccati, id est, corpus peccato obnoxium, vel homo externus, animalis, terrenus. De quo supra in litera C. 3 Nouus homo est, quatenus homo imbutus est gra-

est gratia spiritus sancti. Vnde & noua creatura, atque interior homo vel spiritus dicitur. 4 Proinde idem homo secundum naturam, est vetus homo, & quatenus inuitatur & inducitur à spiritu sancto, est nouus homo, Coloss. 3. Expoliantes veterem hominem cum suis operibus, & induentes nouum hominem qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum, Ephes. 4. Deponite secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria carnis. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, Gala ultimo. In Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.

5 Ad hoc est homo primus & secundus. Adam est primus, Christus alter. Primus terrenus, secundus cœlestis. Sic de hoc supra copiosius in nominibus Enos & Adam. Nam de collatione Christi & Adæ legimus Romano. 5. 8. ac 1. Corinth. 15. 6 Item vetus homo dicitur vir primus, fomes inquam ad peccandum, Legis cognitione exasperata & incitata. Vir plane turpis, & qui turpissimos partus procreat, opera carnis, vnde per illum dicitur fructificare morti.

7 Vir autem secundus dicitur Christus, Ioã. 3. Qui habet sponsam, sponsus est, Matthæi 9. Non possunt filij sponsi lugere, Hoseæ 2. Vocat me vir meus 1. Corinth. 12. Adiunxi vos vni viro. Ex illo viro habemus nobilissimos fructus, nempe, fructus spiritus & iustitiæ. Plura in Romanis. 8 Porro homo & homo, vel vir & vir, Hebraismus est, pro vnusquisque. Quemadmodum Ezech. 14. Homo homo de domo Israël, hoc est, quicumque ex Israëlitis quisquis tandem fuerit. Et Psalmo 87. Homo & homo natus est in ea. 9 Sed vt his quæ supra de genuina significatione huius vocabuli, homo vel Adam adduximus pauca subiiciamus, animaduertendum, Cum Latino diceret: Homo est carnalis vel spiritualis, Hebræus ait: Homo est caro vel spiritus. Donandum est enim hoc, sicut & multa alia linguæ sanctæ, quæ per Epithasin hominem vocat carnem, quasi ipsam carnalitatem, quòd nihil aliud sapiat, quàm ea quæ carnis & terræ sunt, Ioann. 3. 1. Corinth. 2. Et spiritum, quod nihil nisi ea quæ sunt spiritus sunt, sapiat, querat, agat & ferat. Vide nomen Carnis.

10 Appendicis loco norandum, quod in summa Spiritus in sacris plerunque pro vi diuina in homine: Anima, pro vita naturali: Corpus pro instrumento vtriusque accipitur, 1. Thes. 5. Hæc faciunt etiam ad intellectum eorū, quæ de animæ vocabulo in litera A, superius adducta.

HOMINIS

appellationes.

1 Homo dicitur quasi caro, quia natus est de muliere, & est similis naturæ substantia, nec in eo quicquam est. Sic Pilatus Christum appellat, Ecce homo, videlicet per contemptum & contumeliam quam

DIVINAE SCRIPTURAE

dam, vt supra patuit. 2 Enos, ab afflictione & obliuiscntia & dolore, mœrore dictus, quod homo iuxta animam suam oblitus sit Dei sui per peccatum. 3 Filius Adam, hoc est, Enos, miser, mœrus, pauidus, desperatus, & planè inconsolabilis, &c. Psalm. 8. Quid est Enos vel filius Adam, quoniam memor es eius?

4 Filius hominis vel hominum, signat vilissimum in homine. Nam nihil vilius dici potest, quàm quod fit filius hominis. Hinc enim titulus communis est, quantumlibet omnium nouissimus & vilissimus. Quum non sit nisi despectus ab omnibus, nec in eo quicquam appareat, nisi quod est natus de muliere, similis naturæ substantia, sic & Christus vocatur filius hominis. De quo copiosus supra.

5 Puluis & Terra, Cinis, Pollutus anima, id est, polluto corpore, apud Haggæum 2. cap. Colles, montes, fœnum, caro, flos. Caro & sanguis, Psalmographus vanitatem appellat, Psalm. 58. Veruntamen vanitas omnis homo. Corpus peccati, &c.

HIC, ISTE, ILLE.

1 Iste, ille & hic vniuersitatem fidelium apud Esaiam significant. Tropo namque tali paucitatem electorum insinuans, vt Esa. 44. Iste dicit Domini, & hic vocabit in nomine Iacob: & ille scribet manus sua. Domini &c. Per hoc quod dicunt: Domini sumus, & per scripturam manus commendantur confessio fidei. Dicens autem: Vocabit in nomine Iacob, & cognominabitur in nomine Israël, charitatem proximi commendat, vt nemo quod suum est quærat, sed quod Iacob, id est, Ecclesiæ & fratrum &c.

AB HOMINIBVS.

1 Ab hominibus esse, in scripturis dicitur quod ab hominibus inuentum & cogitatum est, vt Matth. 21. Baptismus Ioannis vnde erat, è cœlo, an ex hominibus? Actorum 6. Si est ex hominibus, consiliū hoc potest dissolui, &c. 2 Per hominem verò est, quod licet à Deo sit, tamen medio homine, vt quando discipuli Apostolorum ab ipsis Apostolis mittebantur. D. Paulus igitur illiud negat ad Galat. 1. de se, contra doctrinas humanas philosophicas, & contra illos qui mentiuntur se Apostolos, & nō misi sunt à Deo, vel ab illis quibus Deus commisit Ecclesiam suam. 3 Ab homine vsque ad pecus, Hebrai vtuntur hoc schemate bifariam. Primum, vt excludat, id est, nec homo nec pecus. Secundo vt includat, tam hominē, quàm pecus, Loca complurima reperiuntur vbique locorum in Biblijs sacris.

HYSSOPVS.

1 Hyssopi nomine fides intelligitur, qua corda Christianorum per Sacramentum fidei purificantur, Acto. 5. & qua Deus sibi Ecclesiam suam dispensat, Hoseæ 2. Hinc Psalm. 50. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, id est, infunde mihi viam fidem, qua cor purificetur, Hebræorum nono. Et hyssopo Euangelion significari, Psalm.

mo

PHRASES.

93

mo sexagesimo clare testatur. Nam sanguis Christi illo aspergitur cordibus Christianorum. Sic Hysichius libro quarto in Leuitico capite decimo quarto diffinit: Hyssopus boni odoris, gratia spiritus cooperatrix emundationis nostræ est. Vnde Dauid Psalm. quinquagesimo primo: Asperges me & cætera.

HOSTIA SANCTA.

1 D. Paulus vas electionis, Roma. 12. vsus est hoc Tropo, vocat hostiam sanctam vel viuentem, quasi ab vsibus prophanis destinaram ad vsus Dei. Sicut peçoris antequam hostia fiebat, erat prophani vsus. Quum sit hostia sanctum quiddam, sit & segregatum à communi vsu Sic & homo antequam sanctus esset, erat obnoxius prophanis vsibus, hoc est, cupiditatibus: nunc quum sanctus est, non debet seruire nisi Domino vsui.

HABERE.

1 Habere pro posse, Lucæ 14. Non habent tribuere, pro non possunt retribuere. Nam ita frequenter accipitur ἔχειν, quum adheret verbis infinitis, 2. Corinth. 8. Secundum id quod habet, pro posse more Græcorum, Et Ioan. 7. capite pro potest vsus est.

HOLOCAVSTVM.

1 Holocausta hostiæ erant, quæ totæ adolebantur & offerebantur ferè ad merendum Dei fauorem & benevolentiam, in rebus serijs ac periculosis. De his Leuiti. 1. & 6. Hinc est quod Psalter Psalm. 20. libamenti & holocausti siquid meminert, docuerit que orare, vt Dominus illius memor sit, hoc pinguescat. id est, pingue gratumque habeatur. Grariores erant hostiæ, quæ religiofioe animo & ex synceriores Dei studio offerebantur. His verò qui erant præditi, selectiores & pinguiores solebant hostias immolare. Inde est, quod pingue fieri, vel haberi potius hostiam, pro haberi acceptam Vates posuerit.

HEBDOMADA.

1 Hebdomadæ bifariam apud Hebræos dicuntur, aut de dierum spacio, vt à Pascha ad Penthecosten septem hebdomadæ, Leuiti. 23. Numerabitur igitur ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas vsque ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies.

2 Aut hebdomadæ annorum, pro septem hebdomadas annorum, quæ faciunt annos 99. Et Dani. 9. Hebdomadæ 76. præcisæ sunt: quia non possunt esse septenarij dierum, quia non additur: consequens est quod sint hebdomadæ annorum, faciunt autem supputatæ hebdomadæ illæ annos quadringentos & nonaginta.

3 Item Hebdomada plenus numerus est, dimidiata hebdomada abbreviati temporis symbolum est, Danielis 12.

HEBRÆORVM MOS.

1 Hebræis æternus mos est, rei quam scripturi sunt, titulū aut sum-

11111

mā proponere, ac mox ad ordinem rei gestæ, quibus consilijs, & vt ge-
sta sit redire. Exemplum damus: Si Hebræus tradere velit quo modo
vrbs Roma sit à Gallis liberata, sic rem ordierur: Camillus Romanos
liberauit ab ipso articulo, quū aurū dependeret irruens, ac hostem
vrbe pellens. Hoc proponeret vice Tituli aut propositionis. Deinde
ad fontes rediret, siue per partes dirigeret, ex quibus tanta clades vrbi
emanasset, & ad ipsius Camilli incunabula quoque. Sic Gene. i. Mo-
ses facit, describit enim quomodo in principio creauerit Deus cælum
et terrā. Quod est vice Tituli, siue propositionis à Mose positum est,
similiter. 12. cap. Atque Gen. 31. Vides quæ postremo facta sunt, primū
Econtra, quæ priore facta sunt loco, posteriore recensentur. Sicut de
Laban scribit Moses, primum ingressum fuisse in tentorium Iacob
Lix. Deinde in ancillarum tentoria: quod ergo dicit eum è tentorio
Lix, tentorium Rachelis esse ingressum? Debit potius dicere. Egres-
sus est tentorio ancillarum, ingressus est tentorium Rachelis. Est igitur
duplex ordo, actionis & dignitatis. Si actionis ordinem spectes,
non de Lix tentorio, sed de ancillarum ingreditur ad Rachel.
2 Tritum prorsus est & hoc, & Prophetis familiarissimum, sub in-
uolucro rerum corporalium ea significare, quæ intus sunt in anima.
Quomodo in Ezech. 26. capite, sub figura nauis & instrumentorum
eius, ornatus Tyri exprimitur. Et propter aquarum abundantiam, rex
Aegypti adpellatur draco. Hierusalem, propter idololatriam, lupanar,
Idem mysterium habent mutatio vasorum, transmigrations apud
Ezech. Mulier sedens super plumbō, in Zach. apud Amos vncinus pō-
morum, & trulla cementarij: apud Hierem. virga vigilans, fractio la-
gunculæ in domo. figuli. 3 Multa, quum palam præ se ferant rem
fordidam ac turpem, ad allegoriam aliquam referuntur: vt quum O-
seæ iubetur accipere vxorem fornicariam & adulteram. Et Ezechie-
li præcipitur, vt comedat panem conspersum stercore hominis, et dor-
mire super vno latere diebus. 190. & in altero latere diebus 40.
4 Quædam iam facta fuisse intelliguntur, & per recapitulationem
postmodum commemorantur. Sicut est illud Gene. 21. quod Abram
dicitur iurasse circa puteum iuramenti, qui tamen eo tempore nondū
sic dicebatur, sed postmodum ab Abraham sic nuncupatus est, quum
inisset fœdus cum Phicol & Abimilech. Qui igitur librum Gene-
seos scripsit, longe postquam acta sunt hæc, ex nomine putei coniu-
rationis vocauit Bersaba, id est, sic adpellabatur puteus, quum liber
scriberetur, nomen tenens antiquum quod Abraham imposuerat, Sic
quoque dictum est hoc Num. 13. Venerunt vsque in vallem Borri. Nō
quia iam vocabatur nomine quando transferunt, sed quum scriberetur
hic liber, iam sic vocabatur. Et item illud Iudic. 13. capite Idcirco
appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla: &
plura huiusmodi. 5 Quædam dicit se primum cognoscere Deus,
quæ

quæ tamen haud dubie antea & ab æterno cognouit, vt quum dicit
Gene. 22. cap. Nunc cognoui quoniam tu times. Quod perinde est ac
si dicat: Nunc te feci cognoscere, vt significetur per efficiendum id
quod efficitur. Quemadmodum frigus pigrum vocamus, ed quod pi-
grum facit. 6 Item in Numeris hoc sic se habet, vt ante semper
minorem, postea maiorem numerum supputet enumeretque scriptu-
ra. Verbi gratia: Nos iuxta proprietatem linguæ latinæ dicimus: Abra-
ham vixit annos centum septuagintaquinque: scriptura conuerso di-
cit: Vixit Abraham annis. 75. & centum, Similiter: Natus erat sexcen-
tos annos, Hebræis mos loquendi ferè est perpetuus. Erat filius sex-
centorum annorum. Hoc Hebræi exprimunt per dictionem 72, quæ
vox filium significat ante natum. Latini dicunt: Natus est tot annos.
Et natus Latinis quoque filium significat, quemadmodum Hebræis
suum 72, Gene. Et Noë natus erat. 600. annos.
7 Hebræorum poëta, hoc est, diuini Prophetæ, vniuersam enim poë-
sim etiam in prosa oratione sibi permittunt: nam omnia sublimitia,
quæ scilicet aduersus Deum sese erexerint. Hoc enim cedris Libani,
quercubus Basan, montibus excelis, collibus æditi, altis turribus, mu-
ris munitis & nauibus Tharsis vt Synecdoches Prophetæ significant:
vt videre licet passim in scripturis, præsertim in Esaiâ. 1. enumerat has
Metaphoras. 8 Frequenter vbi de corde incidit sermo, anima in-
telligitur, vt Esa. 46. Audite me duro corde, quod Septuaginta vertunt:
Audite me qui perdidistis cor, id est, mentem. Et Paulò ante: Re-
dite præuaricatores ad cor. 9 Perpetuum est hoc Hebræis, vt
interim mitiora pro vehementioribus, interim verò vehemētiora pro
mitioribus accipiant, Hierem. 4. Animam penetrabit, apud Hebræos
est: Tanger animam. Sic commune hoc habent cum omnibus linguis,
vt crebro vtantur vehementiori pro mitiori Et contra vt Esa. 6. Mit-
tendi verbo pro Abijciendi. 10 Multa quoque sunt in scripturis
quæ incredibilia videntur, & tamen vera sunt: multa indissolubilia, ad
quæ magis expedit conuenire, quam harere diu & scrutari curiose, ma-
xime quia scriptam est: Litera occidit, spiritus viuificat. Quemadmo-
dum est hoc de Mathusalem, qui vixit. 34. annis post diluuium, & ta-
men non est ingressus arcam Noë. Et alia multa, de quibus mihi vide-
tur Apostolus Paulus præcepisse, vt missas faciamus curiosas quæsti-
ones, quæ ad contentionem deseruiunt magis, quam ad eruditionem
& pietatem. Et tamen in curiosis illis scrutandis & excludendis, in-
terdum maiorem operam ludimus & negotium nobis facimus, quam
in his, in quibus rerum summa consistit.
11 Illud etiā operæpretium est nosse, quod quicumque sunt de vna tri-
bu, et de vno stemmate, fratres vocari: patres verò non solum carnales
illos, sed & præceptores, tutores & nutritios. Sic intellige quod in E-
uangelistis est de fratribus Dñi, de filijs Israël, & Mose & Aaron, &c.
de

DIVINAE SCRIPTURAE

de quo supra. 12 Prophetæ quod perplexis sententijs parum sibi
coherentibus scripserunt, mirisque ænigmatibus atq; Meandris, nunc
huc, nunc illuc videntur torquere sese, ideo factum putemus oportet,
ne si ordinem confernet scripturæ, non sit iam vaticinium, sed pura nar-
ratio quod dicitur. Est de hoc Origenis memoratu digna sententia,
Commentarijs in Ezechielem. Semper, inquit, sacramenta Dei, prop-
ter paruulos auditores, velaminibus quibusdam operiuntur: quia Le-
gis & Prophetarum Deus abscondit mysteria non diligentibus se, sed
timentibus, vt ait Propheta: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ
Domine, quã abscondisti timentibus te. Paruuli quippe sunt, nec pos-
sunt cum emolumento suo discere quod amentur à patre, ne dissoluã-
tur, ne despiciant bonitatem Dei, Hæc Origines. 13 Hebræorū cō-
suetudo est, summam tantū subindicare, vbi ad alia properant vt Ge-
ne. 14. Egressus est rex Sodomorū in occursum eius, quum à cæde re-
uerteretur, &c. cetera enim tacet, quæ in occursum facta sunt aut fieri
solent. Qui prudens quisque satis intelligit, quã s. pompa huiusmodi
occurrationes fieri solent. 14 Item Hebræi coguntur plura quam
alia: linguæ, verbis, rem non personam significantibus, eloqui: tamen
de persona potius quã de re loquantur. Id autẽ hac necessitate, quod
Gerundius caret, & magna participiorū parte, quæ semper eam vim
habent, vt ex æquo personam atque rem significant. Vt, Superandus
æque significat eum qui superabitur (quod nos adpellamus personam
significare) atque ipsam victoriam (quam nos rem quæ de illo repor-
tatur, vocamus) Quum ergo Hebræus voler de eo loqui qui superan-
dus est, non potest dicere Amorrhæus superandus, sed victoria Amor-
rhæi cogetur dicere: vbi cum victoria passiuè accipitur, pro eo de quo
triumphatur. Sic Esaia. 2. Timor Domini passiuè ponitur, pro timore
Domini, &c. 15 Nonnunquã solent Iudæi dū præpropere aliquid
fieri aut factum esse scribere volunt, id ipsum verborū paucitate signi-
ficare, vt in Esaia patet: Quur vos vltra corrigere? Adderetis præua-
ricationem. Videmus id omnino esse de vi verborum, vt sic intelligas,
Quo citius denuo deficeretis. Non enim habent aliam celeritatis no-
tam Hebræi quam 7. Ea vt de industria obmissa, vt verborum cursu,
propenso ac celeritas malorū obmissa, vt verborum cursu,
7 littera subiunctiua nota est, vt Esaia: Et docebit nos vias suas, id est,
vt doceat. 16 Hoc quoque Hebræi familiare habent, vt quum cer-
ta persona expressa est, iam vel impersonaliter, vel etiam mutatis per-
sonis, reliqua quæ ad eandem personam faciunt, Tu verò quid? Ego protinus in-
itare, orare, implorare. En certam personam, ego. Deinde impersona-
les infinitiuos, initare, orare, implorare, &c. De personis autem muta-
tis exemplum nullum occurrit, nisi quantum solocisimis excusatur.

PHRASES.

17 Magnificus & splendidus, pro ad magnificentiam & ad splendo-
rem, propterea quod illi huiusmodi loquutionibus vtantur, pro fini-
tis & disertis orationibus, vt Esaia 4. Et ipse fructus terræ magnifi-
cus & splendidus erit. Sicut capite 9. vñs est Propheta: Et dabo te in
combustionem, pro Combura te. Et Hiere. 51. Et dabo te in montem
combustionis, pro, comburam te à Babylone: eam enim montem vo-
cat isthic loci. 18 Multæ sunt loquutiones Synecdochica: in sacris
scripturis, vbi potior & præcipua pars alicuius recensetur tacitis cæ-
teris, quæ in summa intelliguntur. Sic Genesis vbi catalogus filiorum
Iacob recensetur, non meminit nisi solius Dinæ, quæ nimirum cen-
sa non esset, si non Mosès singulare quiddam de ea postea fuisset dictu-
rus. Nam in numerum non recensent mulieres & filias Hebræi, quæ
tamen inter eos & mulieres et filia sint. Sic est Synecdoche, quum D.
Paulus, 1. Corinthio. 10. patres mare transiisse dicit. Nõne & mulieres
& pueri quoque transierant? Quare ergo mulieres non recenset? sed
in potiore parte intelligit. Sic Matt. 3. Omnes venerunt ad Iordanem
vt baptizarentur. Synecdoche est. Sic Gene. 38. Mosès filias quoque re-
censet, quum tamẽ prius non dictum sit de filiabus, nisi de sola Dina.
Sic Deus solos mares circumcidere iubet, foeminas à Testamento &
populo Dei nequaquam excludens.

19 Hebræis peculiare est verbum ad personam referre ad quam lo-
quuntur, vt Gen. 12. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam? Ipsi
legunt ergo sic, Quur dixisti, soror mea est, vel soror mea ipsa. (est)
20 Mos quoq; Hebræorum, vt vnum aliquid ex genere aliquo pro
toto genere accipiant, vt sitis, pro omni egestatis genere ponitur, Hi-
remia. 48. Et sedebis in siti, vel penuria.

21 Sic diuitem pro sceleratis ponunt, &c. Et speciem pro genere, vt
alibi dictum. 22 Habent & hoc Hebræi priuilegium, vt si vel in infi-
nitio vel tertiæ personæ prima pluralis iungatur, iam tertia persona,
vel quod sine persona est, in primam cum eo quod primæ personæ est,
transcat. Quæ formula Hiere. 51. impense vitur, & in Psalmis frequẽs
est, vt Hiere. 51. Derelinquunt eam, & abibimus: esset ad verbum, sed
hoc sensu: Derelinquemus eam, & abibimus.

23 Hebræis non insolens est quoque, vt vnum verbum duabus partibus
culis respondeat. Est hic verò solida scripturæ eclipsis. Gratia exem-
pli: Seculi & vsque, subaudiendū enim seculum, quasi Psal. 21. dixisset
In seculū & vsque in seculū. Quibus tamen verbis nihil nisi longæuã
vitã significat ערלך, vt ait: Ab Ezra tẽpus duarū generationū cõple-
ctitur, hoc est, centū annos: quod tẽpus Latinis seculū dicitur. Psal. 21
autem passim in scripturis pro longo tempore vsurari solet, vt in suo
loco audiemus. 24 Hebræicæ linguæ mos est, vnam rem nomi-
nare plurali numero: vt Cœli nomen plurali numero ab Hebræis
vocari, vt Cœli cœlorum. 25 Hebræi adiectiuus in res muta-

DIVINAE SCRIPTURAE

tis in genitiuo cum subiecto positus vr̄tur, Germen iustitiæ, Idiotifmus eorum est, pro germen iustum.

26 Itẽm Hebræi fœmininis ferẽ vtuntur eo locõ, quo Latini neutris. Vt dum diceret Latinus, qui efficit ipsum. s. quod loquitur. Hebræus dicit, faciens vel efficiens ipsam.

27 Et in Genesi capite quadragesimo secundo Hebræi per fœmininum genus efferunt, quæ Latinus per neutrum. מִן הַמִּין fœmininum plurale est contingentes: Latinus diceret, contingentia. Superius quoq; auditum de hoc Tropo. Nam Hebræi neutro carent, qui neque alia norunt nomina nisi masculina ac fœminina.

28 Habent & hoc familiare Hebræi, vt hoc indefinitas et præsertim impersonales orationes, pro vocẽs fœmininas efferunt. Quam quæq; mensuram & c. pro, Quam quisque mensuram dederit, reddetur ei.

29 Hebræis denique vt alijs gentibus pleraque nomina à verbis cõprehenduntur, vt inquit Ab. Ezra. Ita Psalm. 13. Dormiam, somnum in se comprehendit. Ne dormiam mortem, Eclypsis est, nam dicendum erat: Ne dormiam somnum mortis.

IUDICIUM.



Vdiciũ Hebræi non infrequẽter tum pro iure, tĩ pro equitate capiunt. Sic & pro officio ipso. Vnde liber Iudicum à iudicibus seu rectoribus inscribitur Psalm. 1. Non resurgent impij in iudicio. Psal. 122. Quia illic sedes in iudicio. 2 Et vt clarius intelligatur Iudicij nomen, apud Hebræos est דין, quod

proprie causæ actionem coram iudice significat. Secundum sententię promulgationem דין, Vnde Dan iudicare dicitur populus.

3 Tertium דין iudicium complectitur actionem & sententię promulgationẽ. Atq; ita in iudicio Dei nihil relinquitur in expensum.

4 דין non semper autem officium iudicis significat, sed quodlibet officium aut ritum ac morem, consuetudinem, Gene. 40. Et dabis crateram Pharaoni in manum suam secundum iudicium prius.

5 Iudicium & iustitia, pro quibus tamen Latini æquitate & iustitia vtuntur. Quid enim æquitas est, quam iudicium? amat summum ius, ne summa iniuria fiat, summo iudicio expendi: quod Aequilibrium, Latini æquitatem, Hebræi iudicium vocant, Esaiæ. 8. Vt regnum conseruet & corroboretur in iudicio siue æquitate & iustitia. Et. 30. capite. Deus iudicij Dominus, id est, æquus est Dominus. Et Psalm. 22. Hos dirigit in iudicio suo, id est, vt recto iudicio viuant, nempe, vt recte & ordine. Nisi quis velit ad iudicium Dei referre, vt sit sensus: Dirigit eos pro suo iudicio, id est, ea æquitate. Sic enim sæpe iudicium in scripturis, quum deo tribuitur. 6 Sic inter Iudicium & iustitiam quoque hoc discriminis ponitur, vt iudicium ad cognitionem causæ

& pro.

PHRASES.

& pronũciationẽ sententię spectet. Iustitia autem ad exequutionem, Iob 8. Nunquid Deus peruerter iudicium, & nunquid omnipotens peruerter iustitiam? Sic capite 13. pro oratione qua inter discipulum in iudicio vtitur: Vtinam taceretis, &c.

7 Porro Iustitiam facere idem est quod studere iustitiæ, deditum esse actibus iustis, ynde & Deo gloria & proximis vtilitas proueniat, & nobis coronam iustitiæ paremus. Vide Psalm 5. 15. de hac iustitia & alibi in scriptura. 8 Iudicium & iustitiam autem facere vel diligere.

Vbicunq; sanè hæ duæ voces iunguntur, significant recte & ordine quid fieri, vel administrari. Ita Dauid faciebat iudicium & iustitiam omni populo, id est, regebat populũ ex vero iudicio & iustitia, nempe curans vt recte ac ordine cuncta in populo gererentur, vtq; iuste & decenter quisque cum altero viueret, Psalm. 33.

9 Iudicium in amaritudinem, & iustitiam in absynthium vertere, est fontes absoluere, insontes opprimere, adeoque omnia tyrannice administrare, Amos 6. Quoniam conuertistis iudicium, &c.

10 Iudicium elongari, & iustitiam deseri, hoc modo discernuntur: Iudicium à nobis elongatum est, dum nos non agnoscimus peccatores, & quid debeamus proximo, iustitia desideratur, si quod faciendum cognoscimus, intermitimus, Esaiæ 59. Propterea elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia.

11 Item טעם, id est iudicium, nonnunquam scriptura accipit pro ratione, iudicio, sententiã, intellectu, licet & gustum significet, forte quod ratio id sit menti quod gustus corpori, Psalm. 118. octonario, טעם לדעת, id est, bono iudicio & scientia ad-

suesfac, vel bonum iudicium & scientiam doce me. Et Prou. 11. Monile aureum in nare porci, est mulier pulchra & deserens טעם id est, rectum iudicium. Item Prouerb. 26. Piger in oculis suis sapiens est plusquam septem respondentes טעם, id est, iudicium vel sententiã.

Ad hunc modum & Iong. 3. vsus est hac voce, & Psalm. 34. Quum Saul perquisisset mille, Dauid autem decem millia. Inde maximõ terrore consternatus, vt veri simile est, immutauit טעם suum, id est, intellectum, rationem, insanum se simulans.

12 Iudicia capiuntur in Bibliis pro memorabilibus factis, Exod. 6. Iudicij magnis, hoc est, vindictis, poenis. 13 Differentias Hebræi faciunt inter leges, præcepta &c. Leges sunt certę & perpetuę, de quibus Exodi 2. habes. Præcepta pro re nata mutantur aut tolluntur, huiusmodi scriptura referta est. Iusta, mores sunt, ritus, consuetudines, &c. Ceremoniã, externa quædam signa sunt, quæ Christum adumbrant. Iudicia sunt, quæ iudicibus præscribuntur, vt secundum ea causas discutiant ac iudicent.

IUDICIUM.

14 Vbi autem iudicium est, constat esse iustitiam. A iustitia namque & Iu-

DIVINAE SCRIPTURAE

& iudex et iudicium nominatur, Origenes libro tertio in tertio capite epistolae ad Romanos decimoquinto. Exodi capite 17. & 18. varia ponuntur formae iudiciorum & iudicum. Et ordinabis inquit, eos tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, & iudicabunt populum omni hora. Verbum autem quod grauius erit, referent ad te, Origenes hom. 11. super hunc locum. Audiant inquit, principes populi & presbyteri plebis, quia debent omni hora populum iudicare semper, & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, atque discordes concordare.

IUDICARE.

1 Iudicare celeberrimum verbum in sacris voluminibus, idem est nonnunquam praesse, regnare, imperare vel gubernare, atque inde tam pro defendere bonos, quam puniri malos accipi solitum, nonnunquam etiam pro causatum discussione. Haec enim propria iudicantis, hoc est, regentis & gubernantis officia sunt.

2 Iudicare ergo aliquando pro praesse, regere vsurpatum reperimus, Gene. 29. Dan iudicabit vel vindicabit populum suum, sicut vna tribuum Israel. Et Psalmo 109. Iudicabit in nationibus, id est, erit iudex & rex gentium. Et Psalmo 71. Iudicabit pauperes populi, id est, reget eos. Psal. 105. Iudicabit orbem terrae in aequitate, & populos in veritate sua.

3 Vnde iudicare inter homines, est officio verbi inter eos agere, arguere, increpare, obseruare opportune, importune, Gen. 6. Nō iudicabit spiritus meus in homine, &c. Hinc est, quod Apostoli principes, iudices & rectores Ecclesiae nominantur, vt quos Christus nobis reliquit non contemnendos, de quibus Dauid Psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram. Et Christus ipse Matthaei 19. atque Esaiæ primo: Redire faciam iudices tuos, sicut in principio.

4 Deinde, Iudicare etiam pro vindicare, vlcisci, frequenter vtuntur Hebraei, Gene. 15. Veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo, id est, vindicabo, rependam. Et Gene. 30. Iudicauit mihi Dominus id est, vindicauit & exaudiuit Dominus vocem meam. Et, Dominus inter me & te iudicet, id est, vindicet. Quomodo Deus saepius dicitur esse iudex pupillorum, pauperum, orphanorum, & id genus, id est, vltor, & vindex.

5 Deinde, iudicare aliquando pro probare in sacris voluminibus accipitur, vt ibi, Iudica me Domine, id est, tenta & proba me.

6 Item iudicandi verbo, pro reificandi vsus est D. Paulus, 1. Cor. 6. 7 Quandoque pro condemnare, vt in D. Paulo. Si nos ipsos iudicemus, non iudicemur vtiq; Et Ioan. 3. Non veni in mundum vt iudicem, Si enim (vt verbis Basilij Magni in Psal. 7. vtar) proprias conscientias perscrutaremur, condemnationi non subijceremur, Rursus dicit: Iudicabit Dominus omnem carnem, hoc est, vt idem Basilij pie enarrat, in exquirenda ratione eorum qui vixerunt se iudicem cuiuslibet ostender, cuius iudicij non raro meminerunt sacratissima Biblia. Est

& alia

PHRASES.

& alia significatio ex hac voce iudicare, vt ait Dominus: Regina austru exurget, & condemnabit generationem hanc.

8 Iudicare, nonnunquam est aliena dicta vel facta, non vt emendes sed vt notes, denigratoq; proximo, tibi vel probitatis aut scientiae opinionem vel etiam prauū animi oblectationem concilies, explorare et censere. Oritur verò ex praua quadam curiositate, & inuidiam atque animi perversitatem, ex alienis lapsibus & peccatis voluptatem percipientes comites semper habet: id quod & Euangelicæ & Apostolicæ literæ vetant, vt Matth. 7. Romano. 14. 1. Corinth. 4.

9 Iudicari apud D. Paulum 1. Corinth. 4. ih bonam partem accipitur, vt significet bene de aliquo sentire ac loqui: quum vulgo iudicari pro damnari vsurpent. In omni iudicio alioqui duo sunt, vnus absolutur, alius damnatur: Vnus laudem refert, alius ignominiam: Vnus lucrum, alius damnum accipit: id quod & in priuatis iudicijs vsu venire solet. Vtique Phariseus ille, qui in iudicando seipsum praedicabat, simul publicanum vituperabat: eodem modo se habet in quolibet iudicio, vt semper pro vna parte iudicetur contra aliam. Huc respexit Paulus in his verbis, ipse pars vna erat in iudicio Corinthiorum: Altera erant reliqui Apostoli, quibus ipsum praeferebant, alij autem Petrum, alij Apollo iudicabant, id est, extollebant, & alij pluris habebant: eo que quod dicit (mihī pro minimo est a vobis iudicari) perinde ac si dixisset, nullius facio, neq; tantillum me mouet iudicari a vobis, hoc est, vestro iudicio alijs praeferi & dari primas mihi. Si a Domino contigerit iudicari, hoc est, probari, ero verè laudatus.

10 Porro iudicari idem hoc loco esse, quod probari, alijs praeferi atque commendari, probant Apostoli verba in fine. Proinde intempestiue ne iudicetis, donec &c. Quid hoc aliud est, quam ne laudate ante tempus, sicut vt Dominus laudet? Ipsius est, qui nouit omnia, nos iudicare, probare, coronare, nobis quantum videmus, quæ patent, id non potest competere.

IUSTITIA.

1 In scripturis sacris est fundamentum christiani meriti, quæ consistit in operatione & obedientia legis. Significat ergo iustitia apud sacros libros operationem secundum diuinam regulam factam, qua Deo debitum amorem & obedientiam praestamus, proximo autem, quæ sua sunt intacta permittimus, & ipsum amamus. De hac iustitia Paulus ad Romanos decimoquarto dixit: Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia & gaudium, & cætera. Et Dauid Psal. decimoquarto, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui operatur iustitiam, id est, qui Deum super omnia diligit, & proximum sicut seipsum. Amantes Deum super omnia, & proximum sicut seipsum sunt qui operantur iustitiam.

2 Iustitia illa naturalis, quæ reddit unicuique quod suum est, & do-

et, vt alijs faciamus, quæ nobis fieri vellemus, sit christiana, quando hoc facimus & volumus ex charitate propter Deum, Matth. 6. Christus hoc voluit, quando dixit: Quaecunque vultis vt faciant vobis homines, eadem et vos facite illis, id est, quod homines faciunt, non cognoscetes Deum, sequentes leges naturæ, eadem et vos facite sequentes charitatis leges & gratiæ. Tunc iustitia naturæ erit iustitia fidei, per charitatem operantis. Qui hoc faciunt, sobriè & iustè & piè viuunt, Paul. ad Titum 2. Sobriè, id est, prudenter quo ad nos: iustè quo ad proximum: piè quo ad Deum ipsum super omnia diligentes. Secundum ergo sacram scripturam, iustitia fidei concludit in se iustitiam naturæ, suasq; leges multo perfectius & excellentius obseruat, quam ipsa iustitia naturalis. Siquidem iustitia fidei operantis per charitatem vnicuique quod suum est tribuit, nemini nocet, pacem colit, communia propijs præfert, idque propter Deum ex charitate, non propter externa commoda, nec propter naturales affectus. Huius iustitiæ doctores fuerunt Plato, Aristoteles, & plerique alij Philosophi: alterius verò, quæ est, fidei, Christus, Apostoli, Paulus, & alij sancti fuerunt magistri. Illa est politica, civilis, & ethica: hæc verò christiana, cœlestis, supernaturalis & diuina. Illa docebatur Romæ & Athenis, hæc in Ecclesia catholica & Apostolica. Simon (quidam hæreticus, de gente Aethnica) constituēbat christianam iustitiam in Politicarum legum obseruatione. Cuius errorem confutatum Paulus in 2. capite Epistolæ ad Colossenses euertit. 3. Iustitia, etiam apud sacros libros, omnes virtutes continet atq; significat, sicut è contrario iniquitas pro omnibus virijs simul accipitur, Paulus ad Romanos 6. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ, id est, omnibus ad sanctificationem, hoc, est, ad nos sanctificandos. Vide Origen. libro 6. capite 6. Epistolæ ad Romanos. Docet item Origenes in libro 4. capite 1. Epistolæ ad Romanos. aliquid de iustitia, videas locum illum.

4. Bifariam adhuc in sacra scriptura iustitia dicitur. Altera qua ipse Deus iustus est. Altera verò qua iustos nos facit: vtraque dicitur iustitia Dei. Illa, quia est ipsemet Deus: Hæc autem, quia ex ipsius benigno dono ac beneplacito nobis contingit. Docet autem scriptura hanc iustitiam esse nostram, quia quamuis virtutes quibus fit, ex diuina procedant largitate, nos etiam per nostram voluntatē à Deo preparatam & per nostras vires diuinæ gratiæ cooperamur. Vnde Paulus 1. Cor. 1. nos Dei cooperatores vocat, & Christus Matth. 6. Attendite inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Vocat hanc iustitiam nostram opera bona. Et Dauid frequentissime petit sibi à Deo retribuī secundum suam iustitiam, Psalmo 17.

5. Solet frequenter scriptura, ea præsertim qua Paulus ad Romanos & ad Galatas, scripsit, iustitiam quandam operum rejicere ac confutare

vti perniciosam & Christo iniuriā, quam vocat iustitiam operū. Hanc iustitiā præsertim damnat Pau. in ea epistola, quam ad Rom. & in altera quā ad Galat. scripsit. Verū ipsa scriptura Pauli declarat, se nullam dispositionem instituerē contra opera legis: nec contra iustitiam operū quæ spiritu Dei fiunt à credentibus in Christū, sed contra eam iustitiam operum, quam falso Iudæi, sola legis cognitione, & suis viribus, sine Christo iactabant se habere, contemnenes Christum, docentesque solam legem Moyfi, qua ipsi sine Christo impudenter dicebant se posse præstare, et ad salutem sufficere. Hanc doctrinam Paulus vti iniuriosam Christo & blasphemam accusat, damnat & in ea quam ad Romanos, & in altera quam ad Galatas scripsit epistola, rejicit: non illam operum iustitiam, quam iustificari obedientia legis per spiritum sanctum adiuti sibi præant, cui ex diuina promissione affirmat scriptura, deberi coronam & iustam mercedem, quam in illa die redditurus est credentibus in Christum iustus iudex. Hanc iustitiam docet scriptura per spiritum inhabitantem fieri à credentibus in Christum: qui humanis viribus alioqui infirmis, virtutem præstat, qua legem merito implent, & legi dat meritum ac dignitatem vt iustitiam habeat. Quod cum Iudæi negarent volentes suam iustitiam constituere sine Christo, Paulus istuc indignissime ferens eos arguit, & sua opera vti infructuosa ad salutem rejicit. Ac demum quæ sit vera iustitia & quomodo fiat, & vnde oriatur demonstrat iuxta hanc sententiam, est intelligenda mens illa Augustini: qui libro tertio ad Bonifacium capite 5. dixit. Religio nostra iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discenit: sine qua quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur. Nō vult Augustin. affirmare esse peccata, omnia illa opera bona legis quæ faciebant Iudæi: sed illa docet conuerti in peccata, quæ in despectum Christi, & in humanæ virtutis superbam glorificationem Iudæi vel Gentiles faciebant.

6. Solet etiam scriptura quandam aliam iustitiam referre, quam vocat Pharisæicam. Matth. 5. seu Scribarum & Phariseorum. Hanc etiam Christus pronunciat esse inutilem ad vitam promerendam. Quin, Christus eam aperte vti malam & falsam damnat. Primo, quia Pharisæi dicebant, et nō faciebāt: deinde omnia sua faciebant, vt viderentur ab hominibus. Postremo se, sibi sufficere arbitantes, Christum negligebant, & in eo scandalizabātur. Christianorum iustitia est facere, & dicere: deinde, facere propter Deum: Postremo, virtutem nostræ iustitiæ, Christo tanquam auctori & nostræ voluntati vti ancillæ cooperatrici tribuere. Hanc iustitiam Christianorum, propter maculas quibus in hac vita est inaspera. Anselmus in commentarijs in capite quinto Matth. dicit, potius iustitiæ desiderium, quam iustitiam appellandam. Augustinus scripturarum sacrarum peritissimus, libro de Nat. & gratia. c. 70. inquit, Inchoata charitas, inchoata iustitia est: proue-

DIVINÆ SCRIPTURÆ

Ita iustitia est magna charitas magna iustitia est: charitas perfecta perfecta iustitia est. Sed charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Et lib. de perfectione iustitiæ. Tunc inquit, plena erit iustitia, quâdo plena erit sanitas, quâdo plena charitas. Plenitudo. n. Legis charitas, Tunc animi plena erit charitas, quando videbimus eum sicuri est: qui iam eum videmus in speculo & quali in enigmate.

7 Solemne est in vniuersa scriptura sacra, non alios posse hanc iustitiam christianam operari, præter eos, qui ex Deo nati sunt. 1. Iohan. 1. Et. 2. Reg. 26. iuxta suam iustitiam retribuere debet vniqueque Deus, 8 Frequenter docet scriptura, Christum nobis esse iustitiam. 1. Corinthio. 1. Christus factus est nobis iustitia, &c. Hoc est, Christus est ille author nostræ iustitiæ. Qui diuina sua morte suisque diuinis meritis virtutes illas supernaturales nobis parauit, post reconciliationem operatam, quibus hanc iustitiam prestare possemus. Instituitque sacramenta, per quæ diuinas suas virtutes participaremus.

9 Solet scriptura nõ semel vrgere iustitiam nostram & iustitiam Dei vt doceat, eam esse nostram iustitiam, secundum quam in extremo iudicio sumus iudicandi: illam autem esse Dei iustitiam secundum quam nos iudicat in hac vita mortali: vt, iustitia Dei sit misericordia & bonitas, qua poenitentes & confitètes recipit, nam parcere poenitentibus & eos in gratiam recipere, est misericordiæ: coronare autem habentes iustitiam, est retribuētis debitam mercedem & debitum præmium.

10 Vel iustitiæ nomine, scriptura vitam per omnia legi Dei respondentem, & omni virtutem numero absolutam, intelligit, Psalmo. 1. & 23. Deducit me in semitis iustitiæ, hoc est, ita format, ita regit vt iustitiæ totus studeam, omnis vjta mea cum veritate & obedientia legis cõiuncta sit, & Psal. 1. 11 Hinc iustitia, pro bonitate ponitur, vt Psalmo. 50. Annunciate celi iustitiam eius, significare voluit iustitiam, id est, bonitatem Dei, vbique inuulgandam. Quæ nanque cœli annuntiant, omnibus nota fiunt, quum illi ab omnibus conspiciantur, & luce sua cuncta derogant. Hinc quoque iustitia & iudicia Dei in scripturis eadem sunt, & idem quæ eius bonitas & fides vel veritas, de quibus Psalmo. 36. canit. 12 Alia quoque ratione iudicia Dei vel Domini, eloquia dicuntur, nimirum quod nihil iniquitatis habet, sed quicquid ipse facit, iusto & recto iudicio facit, nulli iniuriam faciens, Psalmo septimo, decimo octauo & 118. 13 Sicque iustitia pro innocentia poni scripturæ sacræ contrarium non est, vt David, Psal. 4. Iustitiam suam vocat innocentiam, & animum de omnibus benemerendi, quo eximio sanè præditus, neque iniuria cuiusquam regnũ inuaserat, quod falsè & impie ei Semei filius Gera improperebat. 1. Regum. 16. neque, excepto scelere Viræ, vlliue cum iniuria hæctenus administrauerat, Hanc iustitiam in gloriam Dei, atque vt sanctos ad pia studia prouocet, non in vno Psalmo celebrat, copiosius verò Psal. 17. 26. &c. 101. Et

sacra

PHRASES.

sacra historia de eo memorat. 2. Reg. 8. quod fecerat iudicium & iustitiam omni populo. Ad eundem modum, quum per Core, Dathan, & Abiron, contra Moysen seditio coorta esset, ad Dominum, vt iustitiæ suæ vnicum iudicem, vir Dei confugiebat. Ne respicias, orabat, ad mu nera istorum. Ne asinum quidem à quoquam illorum abstuli, neque iniuria quenquam ex eis affeci. Et hæc iustitia erat, cui defensionem contra seditiones quærebant. 14 Eandem iustitiã et Samuel de se coram vniuerso Israële testatur: En, in quiebar, responderem mihi coram Domino & vnũ eius, cuius vnquam bouem accepi: cuius asini, &c. Non dissimiliter ad Cor. atque Theisal. & D. Paulus de sua innocentia, sinceritate & fide in Euangelio prædicat. In priore ad Thefal. epistola, totum ferè secundum caput in suis laudibus consumit. Item Ezechias rex extollit suam iustitiam. E contra Pharisæus ille apud Lucam, qui gratias agebat, quod non esset, vt cæteri peccatores, ideo cõdemnatus fuit, quia confidebat in se, & animum tollebat, contra verò alios aspernabatur: non sic autè sancti, dum dona Dei in se prædicant, eo enim semper Dei, non suam gloriam, atque hominũ salutem promouere student. Quod sanè Samuel de continentia & iustitia sua Deo & populũ testabatur, indubie fecit, vt populum moneret suæ ingrati tudinis, & nouum regem officij. Ita D. Paulus suis laudibus nihil aliud quàm Euangelio fidem, & innocentia suæ in Christianis amulacionem quæsiuit. Ad hunc ergo modum intelligi debet, quod de sua iustitia in Psalmis compluribus David iactat. Sic & Esaiæ. 54. Sicque iustitia pro beneficentia & integritate & Legis obedientia capitur, qua vsus est Iacob erga focerum suum Laban, Gen. trigesimo. Respon debirque mihi cras iustitia mea, quando placitum tempus aduenerit coram te. 15 Item iustitia pro impletione legis & ceremoniarum DE I accipitur Matthæi tertio. Omnem iustitiam. 16 Item iustitia & benedictio Dei nonnunquam sunt idem, scilicet ipsa misericordia & gratia Dei nobis collata in Christo. 17 Item pro gratia facta, Esaiæ 4. Hæc hæreditas seruatorum Domini, & iustitia eorum apud me: hoc sensu: Hanc meis innocentiam dabo, hac gratia prosequar, huius amicitia: fœdera cum eis inibo. 18 Denique iustitia capitur pro ipsa ordinatione ciuili, vel qui recta & iusta iudicat, Prouerb. 17. Malum est, Principem percutere propter iustitiam.

19 Item pro sceleribus per Antiphrasim Iustitia capitur. vt Esa. 57. Quin potius iustitiam tuã prodam. 20 Est autem, vt rem sanè te neas, iustitia duplex: vna Mosaica, altera Christiana: vna externa, altera interna: vna carnis, altera spiritus: vna humana, politica, ciuilis: altera diuina, cœlestis & spiritalis: vna Pharisæica, altera vera: vna verus, altera noua: vna immũda, altera munda: vna hypocritica & vana, altera vera: vna temporalis, altera constans: vna operum, altera fidei: vna Legis, altera Euangelij: illa præcipit & non implet: ista verò præ-

DIVINAE SCRIPTURAE

capit, & tamen gratiam annuntia quæ omnia implet, quia Christum habet, qui est legis impletio, quiq; spiritum suum donat, per quem remissionem peccatorum consequimur, & ad quoduis bonum faciendum gratiam virtutemq; præstat. Nam perpetuo luctatur cum carne & sanguine. Hæ duæ iustitiæ ex diametro pugnant, inuicem coluctantur, donec caro & sanguis manet. Nam prudentia carnis iustitiam spiritus non capit, nec suam argui patitur. Contra prudentia spiritus iustitiam carnis laudari non fert, sed vnam fidei & gratiæ iustitiam prædicat. Sicque fit, vt perpetuo bello cõterantur hi duo paruuli, Iacob & Esau in vtero Rebecca.

IUSTITIA

1. Est, qui tamen remissionem peccatorum & gratiam qua Deo sit gratus habeat, agnoscit tamen se habere vnde dicat, & dimitte nobis debita nostra. Ita diffinit scriptura iustum. Paul. Venit Christus in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus, id est, præcipuus ego sum. Et Iohan. 1. 3. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Iacob. 1. In multis offendimus omnes. Dauid Psalm. 13. Non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnũ, Luc. 1. Docet Zachariã, & Elisabethen iustos fuisse ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine que rella: & tamen eadem scriptura docet Zachariam quotidie obtulisse sacrificium domino, quo se peccatorem profitebatur. Siquidem teste Paulo ad Hebræ. Offerentes sacerdotes necesse habebant in sacrificiis orare et offerre pro se, deinde pro populo. Illa autem oratio hoc postulat, vt quæ essent peccata ipsis offerentibus remitterentur. Augusti. libr. de perfectione iustitiæ, & lib. de Nat. & Grat. c. 37. docet quo pacto homines iusti sint atque peccatores. Iusti, quia non habent, peccatum mortale. Peccatores, quia venialia sunt semper pro quibus oramus, dicentes: Et dimitte nobis debita nostra.

2. Solet scriptura eos vocare iustos, qui mandata seruant, & in illis ambulant, hoc est, viuunt in iustificationibus domini. Luc. 1. Erant ambo iusti, id est, obseruatores mandatorum. Dauid Psalm. 7. diriges iustum, id est, Legis seruatores. 1. Iohan. 3. Ille est iustus qui facit iustitiam, hoc est, qui facit & obseruat mandata Legis, ille est iustus. Et Apocalip. 22. Iustus consulit, Iohan. vt adhuc iustificentur. Nusquam scriptura fidei soli iustitiam tribuere solet, sed legis obseruationi, & obedientiæ. 3. Iustum vel iustitiam per anthonomasiam & excellentiam solet scriptura vocare Deum & Christum eius, Ierem. 23. hoc est nomen, quod vocabunt eum, iustus dominus Deus noster: & Psalm. 71. Orietur in diebus eius iustitia, hoc est, secundum Hebræos Christus. Et Daniel. 9. Finem, inquit Angelus, accipiet peccatum, & delebitur iniquitas, & adducetur iustitia sempiterna, id est, Christus: qui est Deus sempiternus habes iustitiam sempiternã & essentialem, Vt sit discrimen inter ipsum et mortales christianos: qui diuinitus datam

tam

PHRASES.

100

tam non essentialẽ habemus iustitiam. Sed participatione iustitiæ Christi sumus iusti. 4. Item pro verace accipitur. Sic Deus fidelis, iustus & verax est in omnibus sermonibus suis, 5. Item, iustum accipi pro robusto, scripturæ rarum non est, Esa. 49. Equidem captiuitas à forti colleretur, id est, iusto. 6. Denique iustum aliquoties idem est quod Leges dictant. Aequum, quum illud ipsum iustum habita humanitatis ratione, non nihil temperatur secundum personarum & aliarum circumstantiarum exigentiam. Id Græci τὸ ἐπιεικὲς vocant. Latini æquum vel moderationem, aut clementiam iuris. 7. Sæpe quum Deus dicitur iustus. i. solide probus, sic accipere conuenit, non quod in se probus existat, sed quod probos nos efficiat. Nam quæ Deo & Christo seruatori nostro scriptura tribuit, omnia ad nos referenda sunt, eò quod non, quid Deus in se, sed quid nobis esse soleat, illa prædicet. Properea illa verba Zacha. 9. Rex tuus venit tibi iustus, sic accipienda sunt, venit vt te iustificet sola sua gratia per seipsum. Hoc sensu vtitur isto vocabulo D. Paulus Rom. 3. vt ipse sit iustus & iustificans.

INIUSTITIA

1. In scriptura sacra, omnia peccata, quæ quocunq; modo committuntur, significat. Solet enim scriptura per hanc vocem iniustitiam, quasi per nomen generale, omnium peccatorum summam denotare. Paulus Romo. 1. Ira Dei de celo inquit, reuelatur super omnem impietatem & iniustitiam: Super impietatem, hoc est, supra iniuriam in diuinum cultum vel in sacram religionem factam: super iniustitiam hominum, id est, super omnia peccata hominum, qui veritatem Dei in iniustitia derinent, id est, qui timorem Deo debent, ne ipsi exhibear, iniquitatem. 2. In iustitia, de qua D. Paulus Rom. 1. loquitur, genus est peccatorum, quæ erga proximum, quem offendimus, vel in diuitijs, & hæc fit per avaritiam, vel in honore, & hæc fit per versutiam, vel in coniuge vel filia, & hæc fit per fornicationem, vel in membris corporis, & hæc fit occidendi crudelitate: sic nanque ait D. Paulus, repletos esse omni iniustitia &c.

IUSTITIA DEI.

1. Lingue sacrosanctæ affuescendum est, quid iustitia Dei dicatur, vti que bonitas eius. Vt nanque Latini iustitiæ nomine omnem virtutem, ita & Hebræi summam morum rectitudinem, & absolutam bonitatem צדקא vocant. 2. Vel Iustitia Dei est, qua nos iustificat, non qua iudicat, vt idem pollere intelligas, quod gratia. Vtricunq; enim illam iustitiam scriptura iudicium adpellat. Psalm. 22. Venient & annuaciabunt iustitiam eius &c. hoc est, benignitatem misericordiam quam præstitit, redimens eos à seruitute satanæ, & donans beata libertate regni cœlestis. Sic & alibi Dauid iustitiã accipit pro summa virtute Dei atque misericordia ex qua viri boni vocantur, vt Psalm. 31. In iustitia tua eripe me. Rom. 3. Et Psalm. 71. In iustitia tua libera, & eripe me.

N 5

Valde

Valet autem pro tua aequitate, pro tua bonitate, pro tua misericordia, non pro meo merito, aut dignitate Psalm. 5. Deducito me Domine in iustitiam tuam. Item Psalm. 35. In iustitia tua vindica me. Hic iustitia pro summa bonitate, gratia, misericordia accipit, secundum hanc ergo se orat hic sanctus iudicari, nequaquam secundum suavitatem eius, hac sua bonitate siue iustitia aut misericordia qua suos resingit, deducit, saluos reddit & vere absolutum sese illi præstat. 3 Item Iustitia Dei etiam pro ea qua Deus ipse iustus, hoc est, summe bonus est, Psalm. 71. 4. Alio modo potest iustitia Dei accipi, pro ea, quam nos decet, & in nobis probat Deus. De hac iustitia plura diximus in nomine Bonitatis supra. 5 Sicque constat multoties iustitiam accipi in diuinis voluminibus, pro misericordia, veritate Dei, gratia, fauore, & beneficentia Dei erga nos, hac ratione, quod Deus iustus est, & præstat, quod pollicetur. Pollicitatio ex misericordia est, quod præstat, iustitia est, Gen. 20. Hebræi legunt יְדוּן hanc misericordiam facies mecum. Similiter pro elemosyna in fide facta, Esaiæ quinquagesimo octauo. Ibit ante te iustitia tua. Quomodo & opera iustitiæ Deus remunerare solet, nimirum ut fructus spiritus, qui æterna mercede sunt digni æternis remunerentur præmijs.

IUSTIFICARE

1 Apud Hebræos terminus est forensis, significans apud ipsos innocentem, quem lex nec accusat, neque conuincit, neque damnat absolueret, est iustum ac sine peccato pronunciare. Faciunt tamen scripturae sacræ iniuriam grauissimam, qui docet apud Paulum Hebraico idiomate, iustificare, esse acceptum-reputari: cum sit alienissima à factis scripturis illa sententia, necesse est esse falsam. ~~Significat autem iustificare, quod sit in Sacramento, in quibus & remittuntur peccata, & gratia infunditur, qua Deo fiat gratus & verè acceptus, qui antea propter peccatum erat iniustus, ac displicebat Deo, hoc est apud Paulum iustificare. Ita Augustinus libro de spiritu & litera. 2 Vsurpatur etiam frequenter apud libros sacros iustificare, pro eo, quod est se iustum ac probum præsumptione existimare, gloriari & ostentare. Ita apud Lucam 10. Phariseus ille seipsum iustificabat, hoc est, volebat iustus haberi, & ut talis seipsum efferebat, atque ipsemet se iustum cencebat ac prædicabat. Et 16. idem Luc. affirmat. Christum quibusdam exprobrasse, quod se ipsos coram hominibus iustos ac probos prædicarent & existimarent. 3 Significat etiam apud sacros libros iustificare, ab omni calumnia absolueret, liberareque ab omni accusatione. Romanorū 8. Dominus est qui iustificat, quis est qui condemnet: hoc est, Dominus propter suam misericordiam suos electos absoluit ab omni debito & peccato, quis ipsos ante diuinum illud tribunal accusabit aut calumnia-~~

bitur!

bitur? Et Christus Matth. 11. ait, sapientiam esse iustificatam à filijs suis hoc est, liberatam & absolutam ab omni calumnia, quia non habent unde ipsam accusent. 4 Iustificatur etiam Deus apud homines, qui eius iustitiam ignorantes, qua poenitentes in suâ gratiâ recipit, eis que peccata dimittit, ipsum iniquitatis & iniustitiæ insimulare præsumunt, ut qui facinorosos atque sceleratos homines ad se conuersos recipiat, sanctificet ac saluet. Iustificatur tamen Deus, hoc est, ostenditur verax apud hos. Siquidem facit in Euangelio, quod antea in lege atque prophetis promisserat, scilicet, se omnes poenitentes ad se conuersos, tametsi grauissimi fuissent peccatores, in gratiam (remittendo ipsis peccata) recepturum. Nam sicut misericordiae fuit hoc promittere, ita iustitiæ est, promissa præstare. Iustificatur ergo Deus, hoc est, ostenditur esse verus, ac rectus et iustus, quia stat promissis. Proinde David Psalm. 50. dixit, ut iustificeris & vincas cum iudicaris, hoc est, ut eos, qui te iudicauerint iniquum, quia peccatores susceptos iustifices, vincas, atque apud eos iustificeris, hoc est, iustus ac verax deprehendaris, quia facis quod iam pridem fueras propositurus.

IUSTIFICATIO

1 In sacris literis non tantum includit remissionem peccatorum & reconciliationem cum Deo, verum etiam mentis renouationem atque nouitatem voluntatis. Quæ fit per gratiam sancti spiritus, qua anima sanctificatur, & Deo fit grata, quæ antea propter peccati malitiâ Deo displicebat. Paulus Romanorum 6. docet, non tantum moriendum esse peccato, verum etiam viuendum esse Deo. Ut quomodo Christus surrexerit à mortuis per gratiam patris, ita et nos in nouitate vitæ ambulemus. Et ad Ephesios 4. docet, non sufficere veterem Adamum exuere nisi nouum, qui secundum Deum creatus est, induamus. 2 Meminit etiam frequenter scriptura cuiusdâ iustificationis, quam vocat iustificationem legis. Paulus ad Romanos 8. Christum factum hominem, ut iustificatio legis impleretur in nobis: tunc iustificatio legis significat legis diuinæ obedientiam ex charitate factâ. Dicitur hæc obedientia legis iustificatio, quia lex seruata per charitatem suos obseruatores iustificat. Iuxta scripturam sacræ consuetudinem ac mentem iusti per Sacramenta habent iustificationem fidei. At verò, ubi qui semel sunt in sacramentis iustificati, perseverantes in gratia, virtute Christi adiuti, legem seruant, hi habent & iustificationem fidei, atque iustificationem legis: nam custodia diuinæ legis ex charitate præstita, iustificat suos obseruatores. Apocalip. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc. 3 Solet item scriptura non rarò, iustificationem quandam vocare nostram. Ezechiel. 16. Auferam inquit, iustificationem tuam. Daniel 9. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante te. Tunc hæc iustificatio dicitur nostra, quando nos præsumentes excludimus auxilium & virtutem Christi, ab illis ope-

ribus

ribus bonis quæ præstamus : quasi nos nobis iustificandis, & nostris operibus sanctificandis sufficientes simus. Cum doceat scriptura omnia opera nostra etsi optima, si Christi virtutem non habeant, per se tantum considerata sine Christo nihil valere, neque ad placandum Deum, neque ad remissionem peccatorum impetrandam, neque ad vitam æternam promerendam. Cum tamen hæc, nos apud nos ipsos & apud alios mortales iustos faciant atque ostendent. Idcirco dicitur iustificatio nostra, quia nostris tantum viribus, & sola nostra virtute fit. Quando autem legem servamus cum fide in Christum ex charitate, tunc illa obedientia est iustificatio qua secundum scripturam meremur vitam æternam, ac nobis Deum magis ac magis reconciliamus : Diciturque iustificationes Dei, quia eius diuina virtute, gratia & auxilio sunt factæ. Ita David Psal. 118. iustificationes tuas non sum oblitus, id est, mandata tua. Dicitur etiam hæc iustificatio nostra, quia nostra fit etiam liberate, ac bona voluntate, sine cuius consensu neminem iustificat Deus. David Psalmo 118. frequentissime vocat mandata, iustificationes. Nimirum quia eorum custodia ex charitate præstita, magis ac magis iustificamur, iustitiæque nostræ incrementa adijcimus. Nec raro Prophetæ poenitentia Christiana partes, quales sunt ieiunia, orationes, elemosinæ, saccus, cinis, & alia id genus vocat iustitias nostras.

5 Significat etiam apud libros sacros iustificatio, ritus aut ceremonias peculiares alicui sacrificio præstituras, Numeri 9. Quarta decima die mensis huius ad vesperam iuxta omnes ceremonias & iustificationes, hoc est, iuxta ritus et ceremonias peculiares illi sacrificio præscriptas. Exodi 12. describuntur ritus & ceremoniæ peculiares observandæ in festiuitate Phasæ, qui iustificationes etiam dicuntur. Paulus ad Hebr. 9. vocat iustificationes sacrificia & sacramenta veteris legis quia quando cum fide in Christum venturum fiebant nec erat peccati obex, perea iustificabantur offerentes & suscipientes. 6 Romanorū. 2. Iustificationes legis dicuntur iusta, & conditiones fœderis.

INCEDERE IN IUSTITIIS Domini.

1 Nihil aliud hac locutione significant Hebræi, quam id quod Latini dicunt, seruire iustitiæ, vel secundum Dei mandata, in quibus vera iustitia consistit, viuere. Sicut ambulare in carne, est sequi motus carnis, & ambulare in spiritu, est sequi motus spiritus sancti, ita incedere in iustitijs Domini, est sequi mandata Domini.

INNOCENTIA.

1 Basilius Magnus Innocentiæ vocabulâ in hæc verba explicat, dicens: Aliquando David simplicitatem inexperientiamque, ac ignorantiam eorum quæ necessaria sunt cognitu, innocentiam nominat, sicut in Proverbijs dicitur, innocens omni verbo credere. Et Psalmo septimo. Quoniam nos homines in plurimis ob inconsiderantiam & insipientiam

pietiam erramus. Deum rogat super innocentia veniam. Hæc ille in Psalmum, Domine Deus meus 2 Hinc Innocentes proprie hi sunt, quos cura & studium tenet oraculorum Dei, ac ideo nihil iniquitatis admittunt, ut pote, qui in vijs Dei gradiantur, eam viuendi rationem amplexi, quam ille præscribit. De quibus Psal. 119. canit: Beatos enim ponunt innocentes vita, quâ viam suo more vocat, additque tales esse, qui iuxta Dei legem viuunt. Augustinus. sententia excepta 117. eam inquit, innocentiam Deus probat, qua homo non metu poenæ fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam qui timore non peccat, quamuis non noceat cui vult nocere, tamen plurimum nocet, & abstinens ab iniquo opere, sola tamen reus est voluntate. David Psalmo vocat innocentem, qui proximo nihil mali intulit. Sed id factum oportuit, iuxta sententiam Augustini, amore iustitiæ non poenæ timore.

INTEGER.

1 Hebræica vox זָכוֹר, mentis & fidei integritatem significat. Sed hanc vocem זָכוֹר, alij integrum, alij immaculatum vertunt, sed vt D. Kimhi recte tradit, significat eum, qui missa prudentia filiorum huius seculi, hoc est, versutia & calliditate sibi ipsi prospiciendi, & sua querendi, innocuam & simplicem vitam degat, à cura et prospectioe Dei in omnibus pendens. Qualis erat Iacob, de quo habet scriptura, Gene. 25. Et Iacob vir זָכוֹר, id est, innocuus, simplex, minime vaser, & versutus, habitans in tabernaculis. Septuagita dicit ἀπλῶς, in quo nihil est fictum. Sic & Noë, nam & ille erat vir Thammim Latine dicere possemus integer. Nam perfectum dicunt cui nihil deest, absolutum. Sic vocantur fideles & pij זָכוֹר qui abstinere à magnis flagitijs. In cæteris communibus vitijs, et quotidianis delictis, quotidie poenitent & dolent coram Deo, Gene. 23. Iacob autem simplex, vt supra dictum est. 2 Hebræi duas habent voces זָכוֹר & זָכוֹר, Zadik significat iustum, qui in se quidem iustus est, at publicis non fungitur officijs. Thom vero (quem Latinis vbique fere perfectum reddit) significat eum qui corrumpi nequaquam potest, qui vbique suo officio satisfacit. Vir integer, qui nusquam cedit.

IURAMENTVM.

1 Iuramentum in scriptura solemne est: quia Deus fons vitæ est, & in manu eius est, vt viuificet & occidat. 2 Iuramentum, est quo quid pollicemur, cum nihil sit quam voluntas inuocato Deo attestatio, per pendendum in re qualibet erit, quid vir bonus queat & debeat velle. Iam is nihil vult vnquam, quod displiceat Deo, nihil igitur tale vel iniuratus vel iuratus facturum se recipiet. Sic Iurandum siue iuramentum omnis controuersia inter homines finis (vt Paulus dicit ad Hebræos 6.) nempe, quod per eum iuratur, qui mentiri non potest: atque homo, qui homini non credit, Deo (qui à iurante in testem vocatur) credere cogitur. 3 Iurabant veteres illi manu sub fœmore atque

DIVINAE SCRIPTURAE

que genitili (foemur nanque totam genitalem partem amplectitur) parte posita, quod inde posteritas esset futura, atque adeo veluti res facta haberetur, vel, vt Rab. Salomon sentit, quod illic esset signum foederis, nempe, circumcisio: vel quod hoc iudicio dabatur intelligi potestas superioris, & promptius inferioris obsequendi animus, vt Aben Ezra autumat: dicitque hunc modum adhuc obseruari in terra Indiar.

DE FORMULA IURANDI.

1 Habet quæuis natio atque gens iurandi suas formulas. Nos patet aut stipulationis formula ferre vtimur, vt hæc seruaturus sum, sic me Deus seruet, si hæc prauaricer, Dei & religionis hostis iudicer. Hebraei vero conditionem quide expriment, sed stipulationem indicant, hoc modo. Abrahâ si non multiplicauero semen tuum pro numero syderum. Hæc est conditio, sed stipulatum sine consequutio obmittitur, puta quidnam luiturus sit Deus, si non faciat. Vnde in Regum volumine stipulatio sæpe adumbratur. Hæc enim iurandi forma est Heb. vt per conditionem ponant: quid facere, aut non facere se recipiant, nec addant, quid sibi imprecetur si fidem fallant. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat. Vbi nondum proditur quænam sibi iurans imprecatur, aut quibus se malis ac diris deuoueat. Quod ego religiose fieri arbitror. Caueri enim ne dira deuotio vulgaris facta, in contemptum abeat. Videmus enim prohdolor, Iurandum non modo vilipendi ac præteriri, sed pro quauis leuissima re interponi, imò in quotidianis fabulamentis, in friuolis commentationibus temere & ascisci mendaciter, & si non mendaciter asciscatur, irreligiose violari.

IURARE DOMINO ET per Dominum.

1 Aliud est iurare Domino, aliud per Dominum id quod Hebraei ביהוה dicunt. Prius enim significat Deo se dedere ac vora nuncupare, quod adorantes solent, Vnde Psalm. 131. pro eodem accipitur iurare Domino, & vouere. Qui iurauit Domino, vouit Deo Iacob. 2 Hinc Iurare in Domino, est perpetuo tenere illi per fidem adherere: & quod alijs verbis dicimus in verba illius iurare. In hanc igitur sententiam dicitur Psalm. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Id est, quicumque illi dederint nomina, ceu milites sacramento astricti: euehatur præconio. Posterius vero est, D E V M in testem ac vindicem inuocare. Sic Sopho. 1. ait: Et supplicantes iurantesque Domino. Nam per regem iurabant, hoc est, Deum alienum, quem cum Deum sibi elegerant, regem suum constituerant, sicut se Dominus subinde regem Israël in Prophetis vocat, iam non vnum Dominum Deum suum et supremum numen agnoscebant. Neque infrequens est in sanctis scripturis, vt quemquique Deum habeant, dicatur Rex eorum. Iurabant & per salutem regis, vt 2. Regum 12. Quod saluum curpant vitam regis, pro qua & mori non recusabant. Ita & sanctum

PHRASES.

monumentum Dei, Viuit Dominus, quasi dicas, moriar potius, quam vt aliquid vitæ & gloriæ Dei decedat. Hoc simplicius dicitur quam, Viuit Dominus, testis Dominus mihi est, Hier. 5. 3 Quid autem sit Iuramentum in caput dare, superius explicatum est in verbo Dare. Iurare ex his verbis est, quæ adfectionem passiuam habent, sed actiuam significationem: quomodo & Latini dicunt, Iuratus sum, pro iuravi, vel Adactus iurandum præstiti. Tullius in Rhetoricis, Quid iuratus sit, pro, Quid iurauerit.

INFERNVS

1 Esse locum à Deo creatum, in quo mali flammis ardentissimis in æternum simul cum daemone cruciarentur, Scriptura aperte testatur, Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Esse illic cruciarum flammarum & diues testatur, quando ait: Quia crucior in hæc flamma. Quod sit futurus æternus infernalis ille ignis, Christus affirmat, ite (inquit) maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. In hunc locum affirmat scriptura, descendisse seditiosos illos Core cum suis coniuratis Dathan & Abiron, Numeri 16. Viui (inquit Moyses) descenderunt in infernum, hoc est, in locum supplicij æterni, Etia 18. dicit hunc locum non laudaturum Dominum, quia mali damnati semper in Deum erunt blasphemii. Idem Esaias, Infernus (inquit) dilatauit animam, id est, locus damnatorum: est profopoeia. 2 Accipitur etiam apud libros sacros, infernus siue inferi pro eo loco, vbi animæ iustorum ante Christi aduentum detinebantur vincæ & captiua. Hinc solet scriptura etiam interdum vocare Abrahamæ sinum. In hunc locum in symbolo consistemur Christum descendisse, quando consistemur descendisse ad inferos, hoc est, in locum vbi animæ iustorum ante Christi aduentum detinebantur captiua. Huius loci infernalis dolores pater æternus soluit, quado Christus resurrexit: cuius anima impossibile erat illic detineri, doloribus, quibus aliorum animæ affligebantur, propter exilium celi subiecta: quia, ipsa anima cui diuinitas erat vnita, victrix ac triumphatrix aliarum animarum dolores non modo soluit, verum etiam ipsas inde liberatas, gloriosas secum coronatas in caelos deduxit, Acto. 2. Augusti. epist. 99. ad Euodium eleganter hunc locum exponit, de loco obscuro, Psalm. 15. Non relinques animam in inferno, hoc est, in loco, vbi aliorum animæ iustorum captiua detinebantur. Paulus ac Petrus probantes Christi resurrectionem, referunt hunc locum, quem Zachari. 9. dicit non habere aquam, id est, consolationem. 3 Gene. 37. Infernus accipitur pro sepulchro aut fouea. Iacob dixit: Descendam ad filium meum lugens in infernum, hoc est, in sepulchrum aut foueam, quasi dicat, scio quod is casus me foueat, id est, morri tradet: putabat siquidem Iacob filium suum Ioseph disceptum à bestia, & timebat idem futurum alteri filio Benjamin, quem fratres deducendum in Aegyptum ab il-

ab illo petebat, idcirco dicebat, si aliquid acciderit ei, canos meos cum dolore deducetis ad inferos, id est, ad sepulchrum.

4 Infernus & perditio loca infima dicuntur, in quibus Deus operatur. Hinc enim metalla eruntur, Iob 26. 5 Deduci ad inferos & reduci, non nunquam est humiliare, deprimere, & rursus exaltare.

6 Porta inferi seu mortis, introitus est mortis seu instans & vrgens, quae nisi victrice gratia Dei superetur, nihil differt à morte aeterna: imo verò ipse initium est, alioqui vix dormitio & somnus est, seu requies sanctorum vocatur. 7 Foueam vel infernum videre, Hebraisimum est: & Ioan. 3. similis locutio habetur videre regnum Dei, pro ingredi accipitur. Videre infernum est ingredi.

8 Abire ad inferorum portas, periphrasis est moriendi.

9 Portae inferi Hebrais vocantur foueae. Significant quoque in scriptura potestates infernales, quae nunquam praeualebunt contra Ecclesiam Dei, nec contra eius caput Romanum Pontificem, Matthaei 16.

10 Inferos & foueam Hebraei eodem vocabulo vocare solent.

11 Et haec est ratio, quare in veteri testamento tam rarò sit mentio de statu animarum post hanc vitam, defunt enim nomina Hebrais, ut igitur Latini, ab eo quod terra reconduuntur mortui, et ita in franos ponuntur, inferos dixerunt: ita & scriptura, à sepulchro mutato nomine, malorum supplicij locum infernum vocat.

INFERNI NOMINA.

1 Fovea appellatur, ut Esai. 18. Liberare animam meam à fovea, hoc est, ne corpus putrescat, & in sepulchro. Ideo & sepulchrum ab eo quoque dicitur, ut auditum est.

2 Lacus mortis, Psalm 87. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Esai. 14. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum lacum. 3 Terra obliuionis, id quod mortuorum memoria breui intereat, Psal. 87. Iniquitas tua in terra obliuionis. Vnde Iob 10. Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui, &c.

4 Puteus interitus, Psalm 54. Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. 5 Abyssus etiam pro inferis poni solet, ut Roman. 10. Et Ionae 2. sic legis: Ad extrema montium descendi, terrae vestes concluderunt me in interitum. Abyssus vallauit me, et pelagus operuit caput meum. De ventre inferi clamauit: Vocat in illo capite ventrem inferi, Pelagus, Abyssum, Gurgites, Vestes terrae, & insuper cor maris, mystice.

6 Vmbra mortis nuncupatur, Esai. 9. Populus qui se debat in vmbra mortis, vidit lucem magnam. Et Psal. 22. Si ambulauero in medio vmbrae mortis.

7 Barathrum, Iudicium 5. Quasi praeceptum in Barathrum se discrimini dedit. 8 Inspectio Dei quoque dicitur, sola enim discretarius impiorum est. Sic Exo. 3. Respexisse legitur, solum super castra Aegyptiorum &c. De quo & supra in litera D.

9 Gehenna, ita Dominus ait Matthaei 5. cum qui fratri suo

suo dixisset fatur, obnoxium gehennae ignis: de quo tropo supra.

10 Vermis conscientie, ignis est inextinguibilis & rodens conscientiam. Sicut Esa. 34. Subter te strata tinea, & operimenta tua, vermis, id est, eris vermibus tinearumque esca. Et sicut corpus ab illis deuoratur, ita & mens malae conscientiae vermibus cruciabitur. Cogitationes enim istae accusantes & defendentes, tanquam quaedam animo inscriptae manifestae erunt, & tanquam erynnis cruciabunt. Sunt autem illae & ignis animam puniens. Vermes quidem propter ademptam quietem. Ignis autem propter cruciatum grauissimum. Hi sunt thesauri diuitiis & potentium, qui alios in hac vita opprimunt. Sic Marci 9. Bonum est tibi lufcum ire in regnum Dei, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Vbi vermis eorum non moritur, nec ignis extinguitur.

IEIUNIUM.

I Omnino per ieiunium omnis corporis castigatio, & velut moderatio nobis commendatur. Ita D. Paulus de se scribit, Castigo corpus meum, atque ita in seruitutem redigo, ne alijs praedicans, ipse euadam reprobus. Ad idem & D. Petrus hortatur. 1. Pet. 2. Offerite hostias spirituales, non vtrique oues aut vitulos, vti praeceptum fuit in lege Moysi, sed vestra propria corpora, & vosmetipsos per carnis mortificationem, corporisque castigationem. Id autem nemo nisi credens potest prestare, quare opera bona oportere fidem sequi. Nostra ieiunia, et reliquae carnis castigationes, arma lucis sint quibus tenebrarum opera delinquantur, modo corpus non extinguatur. Enimuero iuxta sanctarum scripturarum regulam, ieiunandum et abstinendum est, sed praesertim, certis illis diebus in quibus ecclesia statuit, quod christiani vnica tantum refectioe contenti ieiunantes abstinerent. Praeter hac ieiunia ab ecclesia instituta, possunt christiani quando carnem lasciuientem senserint, abstinentia ipsam domare spirituique subijcere. Ieiunio & animi afflictione prophetae consulebant populo Israelitico, ut Deum, alioqui ipsis offensum sibi reconciliarent. Diesque ieiuniorum, Diem reconciliationis vocabant. Et in veteri Lege etiam certos dies habebat populus ille à suis maioribus designatos ieiunijs celebrandis. Ita Moyses. 23. In decimo mensis septimi animas vestras affligetis. Hic, afflictio seu humiliatio perinde valet atque ieiunium. Moyses et alij prophetae seu duces populi Dei certos dies praescribunt ieiunijs obseruandis: atque formam ieiunandi, humiliandi, & affligendi carnem suam ipsis etiam praescribunt. Non permittunt vt vnusquisque suum cerebrum consulat in causa tam publica. 2 In primitiua Ecclesia nullae constituebantur leges, quibus christiani ad ieiunia certis diebus obseruanda obligarentur. Siquidem spiritus ille ardentissimus, qui in ipsis christianis florebat, eos ad continua ieiunia et ad alia poenitentiae opera frugiora praestanda frequenter incitabat. Vnde Paulus. 2. Corinthio. 12. ait, quod erant seruientes domino in labore & grumna, in vigilijs multo

eis, in fame, et siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Et ad Roma. 14. ait, Ecclesiam ita renouisse consuetudinem ieiunandi, vt in illa Ecclesia Corinthiorum alius iudicaret omnem diem in abstinentia du-
 cendum: alius autem inter diem & diem ieiunandum. Ita Anselmus & Ambrosius, Verum cum charitas languesceret, et cupiditas christia-
 nos ad scelera designanda instigaret, coeperunt flaccescere nō tantum ieiunia, verum pleraque alia poenitentiae officia. Quae Christus pecca-
 toribus tam necessaria dixit, vt omnes perituros comminaretur Luc. ij qui poenitentiam non egissent. Patres vero Ecclesiae cum diuinitus il-
 lustrati intelligerent Christi sententiam in filios sceleratos & impos-
 nitentes tam absoluto decreto pronunciatam, consultis sacris scrip-
 turis, inuocatoque spiritu sancto ne peccatores dānarentur, in dicit ip-
 sis ieiunia quibus vitia comprimentur, eleuantur mentes, & per quae
 Deus placatur ac poenitentes in gratiam recipit. Augusti. Episto. 36.
 ad Catulanū, Ego inquit, in euangelicis & apostolicis lixeris video iei-
 unium esse preceptum. Quibus autē diebus oporteat vel non oporteat,
 praeepto domini definitum non inuenio. Vnde constat Ecclesiam nō
 instituisse ieiunia sed Christum fuisse & eius Apostolos auctores ieiunij:
 non tantum ieiunandum quadraginta diebus & quadraginta no-
 ctibus, nec modo docendo formam ieiunij, quod facit Christus Mat-
 thaei. 6. quādo ait, Cū ieiunatis, &c. Sed praecipiendo, vt poenitentiam
 agamus, cuius, non infima pars est ieiunium. Ecclesia vero quae Chri-
 sti spiritum habet ad certos dies ieiunia reduxit. Modumque ieiunan-
 di fidelibus praescripsit. Sic apostolico exemplo instituta sunt ieiunia
 quatuor temporum, quadragagesimae, ac post modum vigiliarum qua-
 rundam festiuitatum. Hac de re vide Augusti. epistola ad Ianuarium
 Numero quarto. 3 Scriptura sacra ieiunio, iustitiae nomen & mer-
 cedem assignat, Matth. 6. Sicuti orationi & elemosynae. Vnde theo-
 logi, cum Deum iustitia coli intelligant, ieiunium, quod Christus ipse
 iustitiam vocat, diuinum esse cultum & ad Dei cultum pertinere au-
 thoritates euangelicas sequentes, aperte fatentur ac docēt. Quod con-
 tra expressum Dei verbum negant temere et impudenter nostri secu-
 li heretici. 4 Docet etiam scriptura patriarchas, prophetas, sacer-
 dotes ac veteris testamenti duces & reges, quando Deum sibi iratum
 placare volebant, peccati que remissionem vel gratiam aliquam aut be-
 neficium impetrare, vel eius indignationem auertere ipsumque sibi
 reconciliare optabant, ieiunijs certis diebus ieiunctis, sacco, cinere, cil-
 cio, lachrymis, gemitibus & orationibus id obtinere conseruebant.
 1. Regum 7. Populus Dei iudicō a Samuele ieiunio in Masphat hos-
 tes superauit. Iudith. 9. Holofernem ita vicit. Vide historias Macha-
 beer. 1. & 3. Regum. 21. Hester. 4. Thobi. 3. Sara ieiunio trium dierum
 se afflixit. Idem fecit Hester cum suis ancillis et suis vt idem facerent
 iudicō Iudaeis. c. 4. 5 Docet scriptura. 2. Paralipo. 20. gubernatores
 populi

populi Dei auctoritatem habuisse indicendi ieiunia populis Dei.
 6 Isaiæ. 58. docet quale ieiunium probetur Deo. Docet idem, Zacha-
 rias 7. affirmatque ieiunia nulla esse sine operibus misericordiae. Chri-
 stus etiam Matth. 6. docet christianos quomodo sint ieiunaturi. Diffe-
 rentiam inter ieiunium & abstinentiam docet Augusti. in Sermo. 11.
 in die Kalen. Ianuarij: & in Epistola. 86.
 7 Ieiunium nanque vt ciborum abstinentiam duntaxat significat,
 pars huius ieiunij est, quod Israelitis fuit indictum, id est, humiliatio-
 nis & castigationis atque adflixionis animae, hoc est, vitae corporalis
 vel hominis externi: id enim hic anxia significat, de quo & supra hoc
 vel ex illo Esaiæ. 58. (Quare ieiunauimus, & non vidisti: quare adfliximus
 animas nostras, & non cognouisti?) ita habere cognoscitur. Quis
 enim non videat, ieiunauimus & adfliximus animas nostras, pro eo-
 dem positum? 8 Ieiunij ergo nomine aliae quoque disciplinae ca-
 stigationesque corporis, vt pote de vestibus, perigrinationibus, duri-
 tia cubilium, & id genus corporales exercitationes apud Esaiam in-
 telliguntur. Ad haec, quae ieiunia scriptura celebrat ob insignem ca-
 lamitatem vel acceptam vel imminuentem, aut certe ex singulari pecca-
 torum poenitentia per diem vnum aut per plures, publica coram Deo
 humiliatio ac ceu supplicatio quaedam fuit, cū cibi abstinentia, quem-
 admodum colligitur ex Iudicum. 20. 1. Samuelis. 7. 13. 2. Samuelis. 1.
 1. Regum. 21. Ezrae. 8. Nehemiae. 19. Hieremiae. 36. Danie. 9. Ioselis. 1. &
 2. Ionae. 3. Zacha. 7. & 8. Hinc haud quaquam dissimile fuisse catho-
 lici Theologi arbitrantur, quod obseruarum postea & ab Apostolis
 alijsque noui Testamenti sanctis legimus, vt quod prophetae et docto-
 res Antiochiae supplicantes deo ieiunauerunt, Act. 13. Item quod diuus
 Paulus & Barnabas ieiunauerunt, quando pro Ecclesijs Antiochiae,
 Pisidia, Iconij & Lystris collectis, quibus seniores ordinauerunt, precari
 sunt, Act. 14. Hoc enim frequentabant discipuli Ioannis, Matth. 9. Ad
 hoc laudatur Anna illa sancta & religiosa vidua, Lucae. 2. Huius mo-
 netae ieiunium haud infrequens fuisse sanctis in prima Ecclesia, vel il-
 lud. 2. Corinth. 6. probat: Ne frauderis vos inuicem, nisi quid ex con-
 sensu pro tempore, vt vacetis ieiunio & orationi. Item illud, 2. Cor-
 inth. 6. In vigiljs & ieiunijs. De hoc denique ieiunio Dominus Mat-
 thaei. 17. dixit quoddam genus daemoniorū non nisi ieiunio & oratione
 expelli, id est, oratione sanè intentissima, quae vtrique non nisi ieiunio
 & ab omnibus delicijs auocato corpore fieri potest. 9 In summa, Iei-
 unium in scripturis est semel omnes abdicare delicias, & luctū quen-
 dam ac iutam corporis castigationem atque adflixionem exercere. Vnde
 & vt sic ieiunare viderentur Pharisei hypocritae. Obseruabant facies
 suas, & lugentibus atque adligentibus tete similes exhibebant: cui si-
 mularioni contrarium erat lauare & inungi, vt ex varijs scripturae sa-
 crae locis patet.

DIVINAE SCRIPTURAE
INVENIRE.

1 Verbum Inueniendi pro adquirere, metere, reddere, accipere vtitur Mosēs 26. Seminavit autem Isaac, & inuenit, &c. Quasi diceret: Seminaverat de omnigenis seminibus, & centupla recepit, & demessuit. Quaedam autē terra vigesimum, quaedam sexagesimum, quaedā centesimum reddit. Vnde parabolam sumpsit Christus Luca octavo: Apud eos soler ferre decuplum. Nihil aliud autem ostēdit Mosēs quam fertilis fuerit terra, & quanta vsura labori suo responderit.

2 Item pro fidendi & adhærendi verbis, Christus vsus est Ioan. 6. Et Esaias 45. Omnes gentes ad eum venient. Item pro reperire, deprehendere, Matthæi 3. Inuenta est in vtero habens, &c.

3 Item pro habere, parare, quomodo fere Latini, Esa. 10. Quasi vero mea virtute inuenerim, id est, parauerim. 4 Item, Inuentum: vocant enim Hebræi id quod coram versatur נִשְׁמָר, id est, inuentum, Filias tuas præsentēs, Hebræus textus habet: Filias tuas inuentas, Genesi. 19.

5 In manu inuenire, Hoc schemate vtuntur Hebræi, pro conuictum & noxium esse. Manus enim symbolum, est admisi criminis. Et ponitur manus pro facto. Inuenitur in manu eius, id est, manus eius noxiæ sunt. Nam quomodo alioqui in manu eius inueniretur quod vendidisset, Exod. 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxiæ, morte moriatur. Hebræus legit: Et inuentus fuerit in manu eius. Quo schemate &c. & eodem capite vsus est Mosēs: Si inuentum fuerit in manu eius furtum, loquutio est omnino Hebraica. 6 Inuenire gratiam, Hebraicus idiotissimus est in scripturis frequens. Significat fauorem & gratiam habere. Sic Genesi. 9. Noë inuenit gratiam coram Domino. Ira Gene. 39. Ioseph inuenit gratiam in oculis Domini, id est, Dominus eum fauore & gratia profecutus est, Latinus dicit: Si mihi per gratiam tuam licet, si hanc mihi gratiam faceret: familiaris loquutio est apud scripturam. Sic etiam Luca primo cap. Angelus ad Mariam: Inuenisti gratiam apud Deum, id est, nata es fauorem Dei. 7 Porro inuenire aliquoties idem est quod agnoscere. Sic Prouerbi. 18. Qui inuenit mulierem, inuenit bonum. Inuenire mulierem, est agnoscere voluntatis Dei esse, habere eam cui contigit. Nam offerri diuinitus vxores, idem Salomon adfirmat in hæc verba, capite sequenti. Domus & diuitiæ hereditas parentum, solus autem Dominus offert mulierem prudentem.

8 Inuenire quoque Hebræis נָשָׂא, pro פָּדוּם pro sufficere, iuxta Hebraici sermonis proprietatem, Iudic. 21. Vnde inuenitur. Si non inuenit manus tua quod offeras, Numeri. 11. 9 Item verbum inueniendi pro verbo existendi, habendi ponunt Hebræi, vt: Quicquid venerit in manus, dicunt: pro, Quicquid potes, habes, aut facere manus tua contra illum potest, sine mora age, Iudicum nono capite: Si inuenit manus,

IN

PHRASES.
INSVLAE.

106

1 Insulis varie vtuntur Hebræi, aut pro certo aliquo tractu aut regione, vt in Esaia 20. Aethiopia & Aegyptus, insulæ vocantur.

2 Aut sumuntur pro incredulis, pro victimis quoq; gentibus, Esa. 41. Videre insulæ, hoc est, gentes. Et vt fustus tractemus hunc Trojum.

3 Scriptura per insulas gentium, non insulanos solum, sed & peninsulanos atque continentis inhabitatores maritimos, prophetæ intelligunt. Vnde Cilices, Cyprios, Rhodios, Græcos & Italos, ac maris quoque mediterranei incolos, Osee 2. per gentium insulas significatos recte accipiemus. Hæc sic habere, coniecturam suppeditat illud Esa. 41. capite. Viderunt insulæ & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt. Item 49. Attendite populi longinqui. Et 60. Quoniam insulæ expectabant me. Ex his & similibus locis, in quibus insulani cum longe à Iudæa habitantibus atq; maritimis coniunguntur, facile est animaduertenti scripturam Synonymis continuo vti, conijcere per insulanos quosque longinuos versus occidentem, & vel in mari vel ad mare sedes suas habentes, intelligendos. Etenim quas gētes nominatim prophetæ recensent, dum in ea siue vltionem Dei siue benignitatem prædicunt, ferè omnes sunt, quarum aliquam populus notitiam habebat. Nam harum vtraque fortuna prædicta plus vel terroris incutebat vel spei ferebat. Reliquas verò incognitas populo gentes, generali hoc gentium nomine & terminorum orbis ferè significant, vt Psalmo 2. gentium hæreditatem, & possessionem finium terræ Christo cessuram cecinit. 4 Porro de conuersione insularum ad Dominum, præsertim quæ facta sub regno Christi est Esaiæ adductis locis, & 11. atq; 66. Et veniet & videbunt gloriā meā. Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad insulas longe, Psal. 27. 97. luculentissime vaticinati sunt.

INVOcare.

1 Inuocandi verbum ponitur in sacris literis pro religione Dei, hoc est, colere, celebrare, prædicare. Hinc inuocare nomē Dei אֱלֹהֵינוּ, Psalmo 105. sæpe vsurpatur pro colere, &c. 2 Inuocare Deum, est prorsus Dei curam habere, nihil non ab ipso expectare, nihil non petere. Nam Dei cognitio efficit vt Deum identidem homo nominet, virtutem eius prædicet, atque in omni necessitate eum inuocet, eiusq; opem impleret. 3 Hinc inuocare Deum vel nomen Domini, pro cultu & adoratione Dei in scripturis accipitur. Vnde quum Gene. 4. scribitur, nato Enoch cœptum inuocari nomen Dei, idem valet atque cœptus est Dei cultus. Ira cum subinde de Abraham scribitur extruxisse aras & inuocasse nomen Domini, nihil aliud dicitur quam instituisse eum loca colendi Dei, & ibi eum coluisse, nomen eius prædicasse, ad timorem eius inuitasse, tum ibi iurasse, & fidem suam esse testatum. Idiotissimus frequens est in Psalmis, Psal. 18. Laudans inuocabo Deum. Neq; enim inuocari potest, de quo salutem non expectes:

O 3 de que

DIVINAE SCRIPTURAE

de quo verò eam speras, eum haud poteris citra laudis præfationem quicquid orare. 4 Ideo non invocare Deum, est nullam proferre curam, desiderium, sollicitudinem Dei habere, nihil ab ipso expectare, nihil petere. David Psalmo. decimoquarto dicit, quod Deum non invocent, hoc est, omnis religionis inanes metuque Dei vacuos esse, atque scelerate & quamlibet perditè viverent. Chaldaeus reddidit: Nomen Dei non prædicarunt. 5 Invocare nomen, Modus loquendi Hebræorum, pro eo quod appellationem ab aliquo sortitum esse, quem modum Daniel nono capite observavit: Quia nomen tuum invocatum est, quasi dicat: Templum & civitas, ac populus, quæ nomine tuo appellantur, populus & civitas Dei vocabuntur. Sic Esaias, 4, de viris dicunt mulieres: Tantum nomen tuum invocetur super nos, hoc est, invocari nomen eius super eis, ut vocentur omnes septem mariti nomine. Idiotissimus autem Hebraicus non inelegans, ne putemus mariti nomen vocari ab vxoribus, debere aliquo pacto intelligi. Est autem ea Enallage peculiaris Hebraeis, ut dicant vocari nomen alicuius super aliquem, pro, Vocari aliquem alicuius nomine, ut ex adducto Esaiæ quarto capite loco patet.

6 Origenes libro. 8, in. 10. c. epistolæ ad Roma. Videtur inquit, mihi tamen grande aliquid in scripturis divinis sub hoc invocationis nomine designari. Nam non de qualibuscumque viris sed de ingentibus & præcipuis scribitur, quod prius ceperunt invocare nomen domini: ut in Psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius. 7 Invocare nomen domini & adorare dominum, atque offerre idem est. Eleganter docet Augusti. To. 8, in enarratione Psalmi. 87, multos esse, qui orantes, dominum non invocant. Et in enarratione Psalmi. 144. docet, quid sit invocare Deum in veritate.

ILLUSORES.

1 Illusores sunt, qui sub specie sanæ doctrinæ venenum erronei dogmatis propinant. Neque enim pestilentia in corporibus tam contagiosa, quam impietatis doctrina in mentibus. Sermo eorum (inquit Apostolus 2. Timoth. 2.) ut cancer serpit. David in suis Psalmis, dolos & dolosam linguam appellat, ut Psal. 5, Virum sanguinum & dolosum abominabitur, & linguam dolosam, &c.

INTEGRVM

1 Pecus in Mose est, quod non est maculosum, scabiosum, cæcum, claudum. Sic integrum dicimus, qui habet sanam & rectam opinionem de Deo, ut vere credat & vere timeat Deum, nimirum qui semper ad recta spectat: etiamsi quandoque cadit, semper tamen in Deum tendit: quomodo & pij & fideles perfecti dicuntur, ratione integritatis & perfectionis Christi, cuius in Sacramento fidei compotes effecti sunt. 2 Unde integritas sana & recta opinio de Deo est,

Pro.

PHRASES.

Proverborum 11. Integritas rectorum docet eos. Et 22. Iustus ambulat in integritate sua. Sed de corde & recto & pravo plura in liceta C, de voce cordis.

INTRARE,

ire.

1 Intrare aut ire in Ecclesiam, est aliquo officio seu publico magistratu fungi, Deuteronomij, 23. capit. Non intrabit eunuchus Ecclesiâ Domini. Deuter. trigesimo primo capi. Non possum ultra ingredi & egredi, id est, magistratum gerere & officio publico præesse, quia vir centum viginti annorum sum. Sicur & ipse Christus Ioannis decimo. Non intrantes ovile per ostium, lupos & adulterantes ministros vocat. 2 Porro, ire ad patres aut ad populum, schema Hebraeis frequentissimum: quo non solum mortem corporis significat, sed relegari in locum fidelium, & in sinum scilicet Abraham, & cætera. Plura in litera A, diximus.

IMBER.

1 Imber temporaneus siue matutinus, siue serotinus, iuxta frequentissimum sermonem in Prophetis, significat verbû Dei salutare, quod germinare facit iusticiam & iudicium, Psalmo 84. Dominus dabit benignitatem, & terra dabit fructum suum. Ecclesiastici trigesimo nono capite: Tanquam imbres mittere eloquia. Esaiæ vigesimo quinto capite, Hebræorum sexto, Hoseæ sexto capite. 2 Econtrâ, quandoque humana inuenta, vel carnis affectus inventionesque designat, ut Canticorum secundo capite, Imber abiit & recessit: haud secus atque diceret: Ablata sunt quæ præpediebant, nempe affectus & inuenta carnis frigidissima, desperatio quoque ac incredulitas.

3 Aliàs significantias ex superiore vocabulo, Aqua, ipse colligere poteris. Hinc est etiam, quod idem ipsum Dei verbum & sacratissimum Euangelium, ipsa videlicet Lex spiritus & vitæ virtus novi testamenti, vocatur pluvia voluntaria, Psalmo sexagesimo septimo, id est, gratia ex Dei voluntate, ideo quod voluntarios, spontaneos & liberos reddat fideles ad perficienda mandata Dei, Unde & Psalmo 109. nominantur Christiani populi spontanei.

IGNIS.

1 Ignis appellatione sæpius tentationes, persecutiones, passiones mortis & peccatorum pericula designantur, ut in illo Psalmo 16. Ignem examinasti, & Psalmo 65. Transivimus per ignem Hinc & Moses Aegyptiacam servitutem fornacem ferream vocat. Sic D. Paulus ignem nominat probationem auri, argenti, 1. Cori. 3. B. Petrus quoque prima eiusdem primo & in quarto capite, seruum dicit, in quo non sit peregrinandum. Unde est, quod ignis deuorans apud Esai. 33. non solum exercitum Assyriorum significat, sed & nostras aduersitates, quæ propter Christi & Euangelij eius à diabolo & mundo ferendæ sunt.

O 4 Ignis

Ignis enim deuorans est & quasi sempiternum incendium, ab omnibus contemni, irrideri, conspui, affligi, spoliari, occidi, &c. Nec minus affligitur mens nostra quoties cogitat suam infelicitatē, & se confusam corā Deo. Vere enim sempiterni foci videtur, vt satis constat ex dictis pauld ante. Et Hier. Et factū est quasi ignis ardens & aestuans.

2 Præterea ignem pro ira Dei & plaga siue iudicio accipi, testantur plures loci sacrorum Bibliorum Dauidis maxime, vt Psal. 38. Vsq; quo Domine exardescet sicut ignis ira tua / Et Psalmo 32. Sicut ignis comburit syluam, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis illos. Sic & carbones ignis aliquoties magnam iram Dei exprimunt, Psalmo decimo septimo, de quibus supra. Et ad Hebræos capite decimo vocat ignis vehementiam, iudiciū, qui deuoraturus est aduersarios & impios, Psalmo 96. Luc, 3. Psalmo 10. Hinc iudicij symbolum ignis denotat.

3 Porro ignis vocabulo quandoque verbum diuinum venit, nimirum qui in alijs ardorem salutis, in nonnullis verò incendium æternæ condemnationis excitat, Hierem. 5. & 23. Verba mea quasi ignis. Igni celeritas in ventis & operandi efficacia tribuantur.

4 Aliquando ignis zelum Dei depingit, vt ibi: Deus noster ignis consumens.

5 Aliquoties spiritum sanctum, qui in linguis igneis Apostolis infudit, Actorum 1.

6 Item charitatem, vt ibi: Ignē veni mittere in terram, et quid volo nisi vt ardeat? desiderat enim enargiam spiritus atque fidei efficaciam nullo obstante periculo, vel etiam sanguinis vinculo, vt. f. Deum præ omnibus diligamus & magnificamus.

7 Igne absumptos dicit interdum scriptura, quum omnimodam quorundam deletionem significare vult, vt quæ igni exuruntur prorsus abolentur: Aut atrocitatem pœnæ, vt de Ammonitis sumpsit, quos in calcis fornace concremavit.

8 Similiter Sodomorum euerfio, pro qualibet diuore sauioreq; Dei vltione ponitur. Hanc vltionem minatus est, Esaia decimotertio capite Babilonij, Hieremiæ quadragesimo nono, Idumæis, Amos 4. Israëlitis, Zophoniz 2. Moabiticis.

9 Ex his satis superq; manifestum arbitror, sacris scriptoribus hunc morem fuisse solemem, vt per Antonomastiam quandam siue Allegoriam, Sodomorum euerfione quamlibet diuore Dei vltionem significarent. Sic & Psalmographus Psalmo vndecimo, quum vellent plusquam diram vltionem sumendam de suis persecutoribus prædicere, Sodomorum euerfionem eis imminere cecinit, eamq; propter Dinohum per partes suas explicuit. Sic vides in innumeris scripturæ locis, subinde tremor Dei vltio, conflagratio ignis, per hyperbolen & allusionem ad incendium Sodomiticum, vocari.

10 Nonnunquam exprimunt alijs similitudinibus Prophetæ iudicium Dei in peccatores, sicut Michea 1. Indignationem Dei duabus similitudinibus: Prima à cera sumitur, quæ ignis vim ferre non potest. Ignis est æstus conscientie à spiritu iræ Dei accensus,

cenfus, Esa. 4. Cera peccatores. Sicut & à floribus similitudinem ducit spiritus, Esaia 40. Secunda ab aquis decurrentibus sumitur, vbi subitæ condemnatio & consummata ira Dei proponitur à Prophetarum nam vt nihil obstat aquæ delabenti cum motu, ita nihil remoratur iram Dei in peccatores. Abac. 2. Veniens veniet, & non tardabit. Quamdoq; ardorem libidinis & auaritiæ & ambitionis. Hæc tria enim testimonio Ioannis, mundum inflammant, & ad pessima quaque prouocant.

11 Ignis generaliter omnem calamitatem significat, Amos 2. Mittam ignem in domum Asahel, Hieremiæ 19. Ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. Est & diuini iudicij cruciatus, quouis fulmine intolerabilior. Dicit enim: Ite in ignem æternum, &c. Eritq; sententia ad Hebræos quarto capite, Viuus est sermo Dei, &c. Certe Dominus vel sola præsentia sua mirabiliter illos affliget, qui & vno verbo milites in horro se capturos prostrauit.

IN IDIPSVM.

1 Hæc dictio idem quod aduerbium simul significat, vt concordiam ponat. Sic Psalmo 132. Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum, id est, simul seu in idipsum. Item Psalmo 4. In pace in idipsum, dormiam et requiescam, videlicet quod cum patribus suis, vt iam dictum est, simul dormiturū se pronunciat. Vnde in libro Regum sequenter dicitur: Dormiuit cum patribus suis. Et in Mose: Congregat in populum meum, Et appositus est ad populum suum. Et ad Moysen: Et ibis ad populum tuum. Et, Aaron vadat ad populum. Hæc in litera A, explicata sunt.

I V D A E V S.

1 Iudæus, quia Dei confidentem ac confessore significat, duplex est: verus, spiritualis & internus, qui habet promissionem Abrahamæ, & admittus est in numerum fidelium, is non probatur à circuncisione.

2 Et Iudæus personatus, externus & carnalis: qui à Christo negatur esse filius Abrahamæ, si fidem viuam quæ præcipua est inter opera Abrahamæ, non habeat. De his duobus generibus Iudæorum D. Paulus Romanorū. 2. in hæc verba: Non enim is qui in manifesto Iudæus est, sed qui in occulto Iudæus est, &c.

3 Ita & Israël, vidēs Deum, vel visor & contemplator Dei, aliquando populū Israëliticum carnalem, aliquando verò omnes electos Dei, vt sapius in Prophetis, sicut Osee decimoquarto. Nonnunquam etiam Christum ipsum designat, Esaia 49. Osee 11. De quo supra in vocabulo Ephraim.

4 Similiter Iuda nomen habet à collaudatione & gratiarum actione, quæ Hebræis nonnunquam confessio vocatur: veluti quum libera fronte & facemur & gratias agimus (vt dictum est) Deo, quod omnia quæ habemus à se habeamus. Talium Iudæorum rex est Iesus, id est, contententiam se, laudantium, prædicantium Christum omni

tempore. Hoc etiam titulus in cruce voluit, super hanc domū Iuda id est, super confidentes nomē suū, & laudantes eum in omnibus cōsummat testamentū, Heb. 8. Super domū Israel et Iuda. 6. Iudaei autē primi dicti sunt ab Heber Hebraei. Deinde Israëlitaē ab Israël, id est, Iacob: tandem à Iuda, vno ex duodecim fratribus, Iudaei dicti sunt: sonat autem confidentes seu confessores. Dicuntur filiae Sion populus Iuda, progenies Iacob, filij Israel, stirps et semē Abrahā, familia Ioseph: quo nomine quoque totum Israel regnum significatur. Amos. 6. Vineae Domini, Exercitus Dei, ac stella Danie. 8. His enim nominibus olim Iudaei credentes in futurum Messiam, nominabantur. 7. Iudaei quoque secundi ac coniugati sensu allegorico dicuntur, quia ipsorum est adoptio, & gloria, & testamentum, & legis constitutio, & cultus, & promissiones: quorū sunt patres & ij ex quibus est Christus secundū carnem, Rom. 9. Gentes steriles dicebantur orbe aut desertae, quod legem non accepissent nec promissiones Dei. Erāt sine Christo abalienati à Repub. Israelis, & extra nei à testamento promissionis, spem nō habentes, Deo quē carentes in mundo, Eph. 2.

IN QVO.

1. In quo, vel in eo Idiotissimus Hebraicus est, vt P̄sal. 117. Mōs in quo beneplacitū est Deo, habitare in eo. Sic P̄sal. 17. in Hebraeo: Deus vel Dei impolluta. Gen. 2. De ligno quod est in medio paradisi: Non comedas ex eo. 2. Super quo autem Hebraico schemate idem valet quod cuius causā, vel quā, vt Esaias: Super quo, vel, In quo percussit vos?

IDOLVM.

1. Idolum est, quicquid Deo pretuleris vel equaueris, vel in quo spem collocaueris, Esa. 17. Ad altaria operis manūū, id est, idolorū: quae opus manuum hominū in scriptura dicuntur. 2. Idolorū cultus & adulterium, fornicatio, auaritia, Esai. 17. Concaesati in quercubus, omni ligno frondoso, immolantes pueros in torrentibus, carnaliteria, est formam fingere, non secundū verbū eius, sed secundū carnale iudicium, & ponere fiduciam in aliud, in tua opera tantū, quod est alium querere maritū, & fornicari à Deo, quemadmodū loquitur scriptura. 4. Nomina Idolorū sunt: Infidelitas, abominatio, mendaciū, auaritia, fornicatio, adulterium, Prophetae: truncus ligni, stercus foetidū, cadauer, miseria, dolor, immunditia, vanitas, patientia cinerem. Sicut Osee. 12. cap. Ephraim dicitur pascere ventum, Mendacium in dextera habent, id est, idolum.

INTELLIGENS.

1. Intelligens is dicitur, qui prudens & cautus est, vt recte in his incedat & nulla fallacia seducatur. Vel quia animaduertit facta & verbū Dei, id est, sapientia abest à contemptoribus Dei, Prouerbiū de simo quarto capite: In corde intelligentis, & obseruans verbum & voluntatem

Iunitatem Dei, iste recte ingreditur, hoc est, qui fidit quibus est fidendum, & damnat ea quae sunt damnanda, & rectam opinionem de Deo habet, Prouerb. Vir intelligens dirigit.

2. Intelligentia non est, de qua Philosophi opinantur, sed fides ipsa, quae in rebus prosperis et aduersis potens est ea videre quae non videntur. Ideo P̄sal. 2. dicit: Intelligite, id est, facite vt sitis creduli. Ille intellectus ex fide venit, iuxta illud: Nisi credideritis, nō intelligetis. Proinde verbum intelligite in Hebraeo sonat Ascilū, quod aboluto statu significat intelligentes, facite scilicet, vosmetipsos vel alios (vt D. Hierony. exponit) (hoc est, satagite, hoc contendite, vt sitis intelligentes, et spiritualia siue caelestia sapiatis. Simili sententia, qua P̄sal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus.

3. Intellectus humanus in solidum ignorans Dei, & voluntatis diuinae, tum potentiam ignorare, tum misericordiam et iram, etiam si perpetuo doceatur, tamen intellectus nunquam credit esse Deum misericordem aut iustum. Sic & voluntas nihil affectat praeter carnalia. Intellige haec omnia de diuinarum rerum cognitione.

INFANTES.

1. Infantes dicuntur homines simplices, & qui sua opera pro nihilo ducunt, suae sapientiae nihil tribuunt, ex seipsis nihil quicquam faciunt, sed vnum Deum sapientem & prudentem esse arbitrantur. Quocirca sustinent illi & sese quanti sunt Deo subijciunt, à quo se tandem doceri permittunt. Porro alij nimis prudentes sunt, & à Deo nihil discere volunt, adeoque ipsi sibi in doctrinam & operam Dei censuram arrogant, 1. ad Corinthios 1. & 2. capi.

INFIRMARE.

1. Infirmare est non impleri, vulgari Pauli & Prophetarum Tropo, vt Roma. 8. Lex erat infirma, seu imbecillis, id est, non implebatur. Et cap. 7. Legē stabilimus, quod est implere: nā legē stabilire vel statuere, est implere. Sic ait Christus in Evangelio: Nō veni soluere legem, sed implere. Ita & D. Paulus ait, Legem non tolli, sed impleri fide. Legem irritam facere, & Tolli legem, aut Abrogare legem, idem sunt.

2. Infirmitas, Tropus est Paulinus, quo exprimit conditionis humanae imbecillitatem. Infirmitas enim imbecillitas est, qua Apostoli quī essent pauperes, contempti, varijs deinde persecutionibus subiecti, et vt ad Cor. dicit: Nouissimi omnium secundū carnem, et corā hominibus atq; corā se omnino impotētes, et nihili habebātur, Nihilo tamē minus sub hac infirmitate operabantur virtutes, & erant potentes in verbo & opere, quam totus mundus, vt alibi. Et virtus in infirmitate perficitur, 2. Corint. 12. capite. Et quum infirmor, potens sum.

3. Infirmare fratrem, est scandalo afficere, offendere. 4. Infirmitas Romana, 13. is dicitur, qui ob fidei imbecillitatem facile offenditur, si alius robore fidei sustentus libertate sua vtatur. Infirmitas non ad corpus,

DIVINAE SCRIPTURAE

pus, sed ad animi imperfectionem referenda. 5 Infirmi- tatis vocabulum in hunc modum Chryso- stomus ad Corinth. 2. cap. 13. Homil. 28. exponit. Tria, inquit, significata habet. Nam & corporalem infirmitatem significat, vt de Lazaro Christus dicebat: Infirmitas hæc non est ad mortem. Et de Epaphra Paulus. Dicitur item infirmitas, non esse solidarium in fide simpliciter neque perfectum esse. Et hoc significans, dicebat: Infirmitum autem in fide suscipite. Est & aliud tertium significatum infirmitatis. Quale hoc? persequutiones, insidiae, &c. Et hoc manifestat Paul. Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur, hoc est, in persequetibus, in periculis, in mortibus. Hæc ille.

INTERROGATIONES.

1 Interrogationes Prophetarum duo docent. 2 Alterum non posse inania esse verba Prophetarum præsertim spiritu vbiq; sibi consciente. Quod enim Micheas, Osee & Amos in Israel, idem Esaias in Iuda prophetabat. 3 Alterum, nullum malum fieri nisi à Domino, & qui reuelat illud futurum suis Prophetis, tum vt pij respiciant, tum vt impij exerceantur. Sic Noë reuelauit futurum deluuium. Sic Abraham futurum incendium Sodomæ, &c. Thren. 3. Quis est iste qui dixit, vt fieret Domino non iubente? 4 Sic Hebræi plerumque solent quæ certo affirmant, sub interrogatione proferre: vehementius enim mouent ἐπισημιασα, quam ἐνδοξον παρασκευα, hoc est, simplex forma. Gene. 13. Num non terra tota coram te est? Num non hæc scripta sunt in libro dierum regum Iudæ? Pro eo quod dicimus: Reliqua scripta sunt in libro gestorum regum Iudæ, Ezech. 22. Et tu fili hominis num non iudicas ciuitatem sanguinum, & ostendes eis omnes abominaciones suas? Has interrogationes reperies in compluribus locis.

IDEM SAPERE.

1 Idem sapere sic accipitur, vt vnusquisque Ecclesiæ suum iudicium suamque sententiam cedat, & probari sinat quod probatur Ecclesiæ catholicæ quæ est Romana: sententia nanque diuersa animi fons est omnium schismatum, sectarum, discordiarum atque hæresis. Hoc est, vnicuique sua sententia placet, quæ causâ est vt fatuis plenus sit orbis. Sic D. Paulus inquit: Det vobis idem sapere apud vos inuicem, Roma, 15. Hoc nanque loco conatur D. Paulus propriam cuiusuis sententiam tollere, qua nihil vtiq; cum intolerabilius tum nocentius esse potest Ecclesiæ & fidei Christi. 2 Et alibi ait: Nolite alicui sapere, id est, ne superbi, ne tibi placeas, ne effertaris animo, siquidem hic sapere vocat affici animo, Roma, 11. 3 Sic & Idem sentire, est eundem sensum habere, vt quilibet id de suo opere sentiat, quod de alterius 1. Pet. 3. Sitis omnes animo eodem præditi.

INVETERARE.

1 Inueterare iuxta pharim sacræ scripturæ idem est quod in vetustate carnis manere, et qui nolunt spiritu innouari. Significat autem proprie

PHRASES.

110

prie in malis obstinatum esse, vt Psalm. 17. Filij alieni inueterati sunt. IMPVTARE.

1 ~~Præsertim in malis obstinatum esse, vt Psalm. 17. Filij alieni inueterati sunt.~~ Erit igitur in scripturis sacris imputari, peccata retinere, quæ reum æterna pœna & odio diuino peccatorem efficiant. Tunc imputari dicuntur peccata, quando non sunt dimissa. Tunc vero non imputantur, quando non sunt. Quando Deus per sacramentum fidei expiat nostra peccata, non est quo exprobrat nec imputet, quod ipse per sui filij passionem et meritam misericordia magna in nobis deleuit. Siquidem quos misericordia fecit liberos, iustitia liberat ab omni exprobratione & imputatione peccati remissa. 2 Imputatiua iustitia nec est in vsu apud sacros libros, nec apud patres, nec apud orthodoxos, nec in sacris consilijs vnquam fuit inuenta nec audita vox illa imputatiua iustitia. Propterea ex consilio Pauli est rejicienda: qui prima ad Timotheum sexto iubet ecclesiam prophanas vocum nouitates deuitare.

IVGVM. יוּגוּם.

1 Vt enim per יוּגוּם, quod iugum significat, ita & per יוּגוּם, id est, vincula, imperium translatione significatur. Hiere. 2. & 5. Huiusmodi translatio & in Psalm. 17. versu. 13. & in versu. 16. Psalm. 116. & 2. Psalm. Iugum, seruitutem, vincula, imperium, iussu. 2 Iugum ducere cum incredulis, est planè id quod Paulus dicit Rom. 12. Confortari huic seculo: quod est ea sapere & querere, quæ mundus sapit & querit. Et Petrus multo clarius ait. 1. Petri. 1. Non configurari prioribus ignorantia desiderijs. Et Matth. 6. Christus. Hæc omnia gentes inquirunt. Vetat ergo Dominus Paulus quæ gentes inquirunt, agunt, probant, agi, quari seu probari. Sed vt Petrus inquit. Sumus filij obedientia, id est, parati in omnes voluntates Dei.

INGREDI, IRE.

1 Tropus ille scripturæ familiaris, Ire, ingredi sine macula, quod viuere in fide. Et via, iter, gressus, vestigia & similia, pro conuersari, imò & pro credere & diligere accipi vidimus. Nam Deo non appropinquabunt (vt August. dicit) loco, sed adfectu & amore, quod est cordis & animi pedimus ambulare. Vnde & conuersationem nostram in celis esse dicit, dum sapiamus ea, quæ sursum sunt, vbi Christus est, Galat. quinto capite. 2 Aliàs verbo ingrediendi, ferè vbiq; pro concumbendi vtuntur Hebræi: honeste actum coniugalem circumloquentes, Gene. 16. Sic ingredi ad mulierem, ipsi vsurpant pro rem habere. Gene. 29. Da mihi uxorem meam, vt ingrediar ad eam. Cuius verbi & supra meminimus, in verbo Cognoscere, in litera C. 3 Item perire & stare vnâ, vitæ coniunctionem & morum conspirationem significari, satis Psalm. 1. & 26. probant. 4 Ire de virtute in virtutem, Est de potentia spiritus in potentiam spiritus

DIVINAE SCRIPTURAE

spiritus pergere. Pergunt enim credentes, & semper spiritu sunt ex verbo Dei robustiores, id quod & D. Paulus dicit ad Romanos primo capite. Ex fide in fidem, & 1. Corinth. 3. A charitate in charitatem, à gloria in gloriam. Item Epistolae quarto capite. Donec occurramus omnibus in virum perfectum.

INEBRIARI.

1 Hi ebrii sunt, qui spiritu erroris aguntur, & proprio sensui inniuntur, qui & nutant, ac perplexi perpetuo sunt non vino vel sycera, Esaiæ 26. Inebriamini & non vino: fluctuate & non sycera, vel delictis, illa obrietas æterna erit. 2 Hinc Ebrietas etiam significat secularem sapientiam, Esaiæ 19. vide supra in nomine Ebrietatis.

3 Item inebriari, est saturari & repleri, Psalmo sexagesimo quarto, Visitasti terram, & inebriasti eam.

INCLINARE.

1 Inclinandum enim verbo נוטה vehementius utuntur quàm Latini, puta pro peruertere, seducere, vt saepe est videre in prophetis. Causam viduae declinant, id est, percurrunt, depravant, Esai. 44. Sic & iudicare pro adferere, defendere, vindicare, vt causam viduae & pupillorum non iudicant, id est, non defendunt. 2 Inclina aurem, Tropus familiaris Psalterio, quo tamen humilitas orantis exprimitur, & exaudientis maiestatis altitudo qua respicit humilia in cælo & in terra, hoc est, inclinat aurem ad preces humilium, sine dubio auertens faciem à superbis Psal. 16. Inclina aurem tuam & exaudi verba mea. Humano more loquimur ad Deum, quod inclinet aurem, aperiat oculos, illustret faciem, cum Deo omnia præstantissima sint, Danielis 9.

INDURARE.

1 Est erectos animos, superbos atque securos permittere, vt omnia præsumant, neque iram atq; iudicium Dei meruant, Exo. 14. Deur. 2. 2 Item David deprecatur ne Deus inclinet cor suum ad rem noxiam, Psal. 14. quod eo sensu accipiendum, quo illud: Indurauit cor Pharaonis: Et tradidit eos in sensum reprobum. Habet vasa iræ Deus, quæ destinavit vt suam gloriam illustrent, dando poenas impietatis suæ. Talis Pharaon fuit, talis Seon rex, & alij multi, hanc sortem David deprecatur, petensque esse vas gratiæ, in quo se Dei gloria beneficijs, non vltionibus exerat. Porro tum Deus inclinat cor ad res noxias, & cogitationes impias, indurat, traditque in sensum reprobum, cum illud Satanæ permittit impellendum ad ea, quibus iusta vltio provocatur. Quod si consilium Dei, tam mira ratione suam gloriam illustrantis, non potes assequi, exclama cū Paulo, O altitudo diuitiarum sapientiarum & scientiæ & cætera.

IVVENES.

1 Vulgare & familiarissimum omnibus diuinis Prophetis, vt iuuenes pro exercitu ponant, vt Esaiæ 31. Et iuuenes eius vestigales erant

IRA

PHRASES.

IRA.

1 Solet scriptura iram siue indignationem multoties pro vindicta, multa, supplicio, damnatione, pœna, quam Deus iusto iudicio infligit accipere, vt Matthæi 3. Romanorum 13. Ioan 3. Ira Dei manebit super incredulum. Et Diuus Paulus ad conuersos ex gentibus dixit. Eratis iræ filij natura vt reliqui: Aliter ad phariseos & scribas gemina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?

2 Item pro zelo sumitur, vt tertio capite Leuit. Iratus Moyses confregit tabulas. Iræ enim memoria in rebus residere Medici adfirmant.

3 Denique Ira Dei, spiritus Dei aliquando dicitur Zacharia 6. Et fecerunt quiescere spiritum meum in terra Aquilonis, id est, iram Dei. 4 Ira & furor differunt: Furor θυμὸς dicitur. Prima commotio animi etiam adhuc latens, Ira autem ὀργή aliquo iudicio erumpens, vt est in Psal. sexto, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Vnde maior est furor quàm ira.

5 Item in Esa. sexagesimo tertio. Ira & furor in bono, pro animi fortitudine capi, nemo est qui non videat. 6 Porro, ira Dei, furor Dei, iudicium Dei significat horrendum, quod nemo euadit, nisi qui hic precatur misericordiam, vt Psalmo 6. Argui & corripi in ira, in furore Dei, &c. supra mentionem fecimus in littera A.

7 Cum Deus irascitur, non eius significatur perturbatio, qualis est in animo hominis irascētis, sed ex humanis motibus translato vocabulo. Vindicta eius, quæ non nisi iusta est, iræ nomen accepit.

INCOLATVS DEI.

1 Significat præsentem Dei fauorem ac præsentiam atq; incolarum. Quæ phrasi pollicetur se Dominus in medio terræ habitaturum. Verum pro gratia, fauore, misericordia, ac bonitate Dei, ferme accipiunt litteræ Apostolicæ. Inde enim animæ ornamentum & decus constat, quo peccatrix despolianda venit, Hoseæ 2.

IMPERSONALIBVS

1 Verbis, in actiua voce vtuntur Hebraei, vt Latini impersonalibus verbis, in passiua voce (legitur) Exo. 10. לא יראה לך פניו. Nec quicquid eius appareat Hebraus legit, Et non poterit videre terram, quod impersonaliter vertendum erat. 2 Impersonales orationes, per voces femininas efferunt. Quam quæq; mensuram dederit, reddetur ei. Sic in Esaiæ. Quam quæq; mensuram miserit &c. Et supra habuimus.

IMPERATIVVS MODVS

pro Indicatio.

1 Modus loquendi Propheticus est, secundum Basilium Magnam de institutis Monachorum, vt Imperatiuum modum, pro Indicatio vsurpent, quæ verbi figura in scripturis Prophetis sæpius frequenter inuenitur. Sicut est illud: Fiant filij eius orphani, & diabolus iter à dextris eius. Ita non videtur præceptum esse, quod dicitur:

Nunc

DIVINAE SCRIPTURAE

Nunc qui habet facculum tollat, similiter & peram, sed potius prophetia prædicentis Domini, quia futurum erat, vt Apostoli obliu gratiæ Domini, & legis eius, illa adsumerent. Hæc ille. Sic & Exod. 19. Hebræus, videte quod malum coram vobis, videte, pro videtis, dicit: quod & Græcis frequens est, at cum interrogatione quadam. Q. d. Pharao. In hoc video vos mali aliquid moliri, sed hac loquutione referrißima est sacra scriptura. 2 Similiter Imperatiuus pro Præterito imperfecto, virtute Futuri vtuntur. Vicaria sunt enim apud Hebræos, Futura & Imperatiua, Hiere. 33. Chama, pro, clamabas.

INCREPARE.

1 Increpare verbum fati venustum est. Hebræus nanque non in vno loco, pro imperare, mandare, sicut Iubere pro Imperare vtitur, Sic in Euangelio, Obiurgauit, vel increpauit mari, Esa. 50. Ecce increpatione mea deseruam faciam te. Placet autē fufius disserere de hoc verbo. Quomodo phrasi Hebrææ linguæ isti assuescendum est, qua scriptura testatur Deum omnia per verbum suum, tum facere, creare, sicut regius Propheta David adfirmat: Et dixit, & facta sunt. Nam Dei dicere idem est quod facere, creare, operari, quum ipse benedicit (hoc est, quum ipse nobis bene vult & fauet) multiplicat, augmentat, læcuplet omnia nobis, sicuti in veteri instrumento omnia bona temporalia benedictio Dei adpellatur. Econtra quando mala ledicit, tunc deuaßat, in nihilum redigit omnia bonorum temporalium. Hinc maledictio Dei est perditio deuaßatio, comminatio omnium rerum temporalium. Sic Malachiæ secundo. Ego maledicam vestris benedictionibus, hoc est, ego disperdam, interire faciam, deuaßabo, comminuam omnia vestra bona, quæ acquisiuisßis per meam benedictionem, hoc est, multiplicationem, siue beneficentiam meam possidetis, habetis. 2 Sic & huic loquutioni Dei increpare assuescendum, quod idem pollet, valetque quod satanæ resistere, reum facere, absterre ab instituto suo, & diuina potentia non permittente à suis coeptis desistere. Sic Zach. 3. Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Ita Psalmo primo. Increpasti gentes, & perijt impius, & nomen eorum. 3 De eadem increpatione ad hunc modum & D. Paulus disserit, Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris, licet respiciat cum hoc conterere ad conßimiles locos scripturæ qui eundem habent sensum. 4 Sic & fecundum Aben Ezra, Increpatio capitur pro continuo terrore superuenientium malorum, vt nunquam bono possis esse animo.

IMPLERE.

1 Implendi verbo significatur nonnunquam infinita potentia, virtus & essentia, vt Hiere. 23. Num non cælum & terram ego impleo? 2 Hoc Latini vocant infinitum esse, quod Hebræi, omnia implere. Quamuis impletionem aut plenitudinem alias in loco accipiant, pro
ijs quæ

PHRASES.

ijs quæ in eo continentur, cuius plenitudo dicuntur. Vt, Terra & plenitudo eius, terra est, & quicquid in ea continetur.

3 Impleri autem faciem ignominia, Vide in tropo Colaphum labiis infringi. 4 Item implere Hebraice קָבַץ idem est quod consecrare & initiari, vt in eo quod professus quis fuerit ceu confirmetur: quod fiebat oblatione & impletione pugillorum. Vnde impletio manuum Aaronis, est dedicatio illius in sacerdotium, Ezechielis 43. Et implebunt manus illius, Exodi 28. Implebis manus eorum.

5 Sic & consecratio Iudæorum, impletio manuum dicitur.

6 Aries repletionis dicitur, quo repletur & consecratur sacerdos, sicut exponit Rabbi Salomon. 7 Atqui implere post aliquem, est apud illos consequi, eiusque voluntate præcedente quasi subsequi, perficere quæ imperantur, Numeri 33. Non impleuerunt post me, habet Hebræus, vel: Et voluerunt sequi me. Et 32. Impleuerit post me, quoque prosequi aliquem, atque eius obsequi voluntari. Et Genesis. 32. pro perficere, Iosue 14. vt Jonathan exponit. 8 Implere denique Ephraim, idem est quod dare arcum & iacula in manus.

IMAGO.

1 Imaginis vocabulum multipliciter licet reperire in sacratissimis scripturis: interdum pro similitudine, interdum pro re inanimata accipimus, sicut alibi in scripturis: Vir non debet velatum habere caput, imago & gloria Dei quum sit. Et Propheta: Veruntamen in imagine pertransit homo, Hæc D. Chrysostomus. 2 Item, Ne insolentius in huius vitæ miseria felicitatem nostram aut vires extollamus, placuit spiritui sancto, totum hoc vnde nobis placemus, non res ipsas, sed rerum quandam imaginem appellare. Sic Psalmo 38. legis: Veruntamen in imagine pertransit homo &c. Et Psalmo 72. de impietatis miserando exitu loquens, velut somnium surgentium, Domine (inquit) in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

IECUR.

1 Iecur, concupiscentiarum siue delectationum sedem esse adfirmant medici omnes. 2 Effundi iecur, Symbolicum sermonem siue adagium apud Iudaicam gentem fuisse, testatur Propheta Hieremias Threnorum 2. Iecur enim fons est sanguinis, sanguine vita & animus constant. Effundi ergo iecur dixit Hieremias pro exanimari, Effundebatur terræ (inquit) iecur meum.

INVISERE.

1 קָבַץ , Inuisere & rationem habere, quod tam in malam partem quam in bonam partem in Biblijs accipitur. Vt benefactis declarat se Deus rationem habere suorum in bonum, ita vltione manifestum facit, se rationem habere reprobos in malum. Psal. 8.

IMPELLERE.

1 Hæc Metaphora impulsionis diuinæ admodum frequens est, & ideo

DIVINAE SCRIPTURÆ

Idem probe consideranda atque pertimescenda. Nam quos DEVS impellit, necesse est decidere in gehennam, omni spe resurgendi sublati. Hoc verbo vsus est Dauid Psalmo quinto: Impelle eos, & cætera. Præcipitatio enim est, qua in rotum, quos impellit, comminuuntur.

INARESCERE יָבֵל

1 יָבֵל & inarescere et ficari significat, et trāsferunt ad homines, dū velut vitali succo, atque inde viribus exhauriuntur & deficiunt. Vnde dicebat Iethro ad Moſen, Exhauriendo exhauris, vel deficiendo deficiſ, & tu & populus &c. Sic & Eſaias quum defecisset populum significari vult. Tanquam folium (inquit) exiccati sumus.

2 Eadem ratione, & ad significandam morum corruptelam, ingenijque deprauationem, vocem hanc translataſ existimo, corruptis enim ingenijs, perditis hominibus, succus rectæ valetudinis velut exaruit.

IUBILARE

1 Iubilare quasi strepere, lætari, ac vociferari. Id quod Græcis est ἀλλόλυσον. Verum etiam Latini vsi hac voce sunt, videlicet iubilo, à quo et eiusdem vocis verbum, sed non significatur eo illa lætitia, quam innuit hoc verbum Ecclesiasticum. Dicit enim Diuus Augustinus iubilare proprie beatissimarū esse gentiū, & gaudijs diuinis perfusarum. Itaque proprie in cælo iubilare inuenire. Hæc Augustinus, Capitur nonnunquam iubilare, pro clamore terrere. Hieremiæ quinquagesimo capite. Iubilare super eam,

2 Annotauit quidam Hebræis significare cornu arietinum, quod quoto quinquagesimo anno sonabat summus sacerdos, vnde is annus dictus est Iubileus, & verbum iubilare.

IN.

1 Præpositio In, apud Hebræos inuenitur etiam sæpenumero significare, cum, maxime quando instrumentum & τὸ μηχανικὸν denotamus, vt est illud: In hasta mea percussi eum. Et prauauit Dauid contra Philistæum in funda & lapide, id est, cum funda & lapide. Et illud: Visitabo in virga peccata eorum. Et Deut. cap. 18. Lapidabitis eos in lapidibus. Gene. 32: capi. In baculo transui &c. id est, cum baculo.

2 Aliquando præpositio In, pro propter capitur: In valida manu, Exodi. 5. id est, propter plagas magnas & validas.

INDVERE.

1 Frequens verò est hæc in scripturis metaphora, vt dicat indui pro vestimento, quo quis abundat. Sic vocat ignominia amictum, qui illi per omnia deditus, ea ceu veste ornatur. Ad hunc modum ergo canit Plaltes Psalmo 93. ver. 1. Deum amictum celsitudine & robore, quod omnibus supereminet, nihil scilicet non potens &c.

2 Inducere Christum, & Inducere saccos. De his alibi dictum est.

INCOLA.

1 Credentibus & pijs parum cōuenit cum hoc mundo, atq; ea ratio facit,

PHRASES.

113

facit, vt ex Apostoli sententia ad Hebræos 13. ciues se non velint haberi, sed incolas, id est, hospites, & breui hic moraturos, Psalmo 118. Incola ego (sum in terra. Et 11. Multum incola fuit anima mea. Et in eodem: Heu mihi quia incolarum meus prolongatus est.

INIQUITAS.

1 Iniquitatis vocabulū capitur interdū pro pœna, vt Leuit. 5. Portabit iniquitatem. 1 Atqui יָרָא יָרָא, id est, iniquitatem operantes vel committentes ferè vbique impijs, malignis, fraudulentis, viris sanguinum, & huiusmodi componitur, vt non possit constanter verti, molestia, omnino enim significat prauè, inique, & maleuolè ageres, Ex Psalmo. 28. 36. 92. & 101. (vbi identidem alijs verbis eadem sententia reperitur) abunde patet, eosdem loci operantes iniquitatem, qui impij & iniquitatem cum impietate, fraude et malitia certe cognationem habere, eandemque animi prauitatem per eam significari, qua scilicet boni sanique nihil agere liber, et nostra tantum cum iniuria aliorum quarimus, quàm κακονθειαν Græcis, nobis vocabulū iniquitatis satis exprimit.

IMPIVS, PIVS.

1 Quod Apostolus ad Titum 2. Græce dixit, τὴν ἀσέβειαν, Hebraici dicunt יָרָא, nos. Impietatem solemus reddere, quoniam ne hoc neque illud significantiam huius vocis exprimat יָרָא enim proprie significat peccatum, quo Deum colere impij dedignantur, hoc est, Deo non credunt, non fidunt, non metuunt, non cedunt gloriam, ei se non committunt, ipsius voluntati & potestati nihil deferunt, id est, non agnoscunt Deum. Vnde יָרָא impius, id est, gratia vacuus, fidei ac Dei expers dicitur, vt sit impius quisquis sine spiritu Dei fuerit, nimirū ignorans Dei, & Deū non requirens. Breuiter, quicumque nō sola Dei cum bonitate, tum gratia fidunt, impij sunt. 2 Hinc rectissime apud sanctum Hilarium is dicitur, qui male de Deo sentit. Impietas enim proprie vitium incredulitatis est. Et vt Basilius Magnus in Psalmo primo differit: Impietas proprie dicitur in Deum peccatum & infidelitas, hoc est, peruersa opinio de Deo, diuinisq; verbis et operibus. 3 Iam alius est manifeste impius, qui & contemnit Deum, & talis ab hominibus videri non erubescit. 4 Alius verò impius est quidem, sed hypocrisis hanc ipsam impietatem non solum hominibus, sed etiam sibi ipsi occultat, vt iustitia videatur, id quod est mera hypocrisis & impietas. Nam licet huic peccato alte hæreant crasi illi peccatores, ex flagitijs contaminati, multo tamen altius sapientes illi, qui, vt iam dictum est, & mundo & sibi iusti videntur.

5 Paulus Ephesorum quarto, contemptores vocat, & Abacuc capite primo, qui videlicet non solum contemnunt verbum Dei, sed etiam negligunt, securi, temerarij homines, audacesque. Quemadmodum legimus de Dionysio tyranno Iouis templum spoliante.

6 Quemadmodum autem impietas vita est sine Deo, gratiæ & fidei expers, ita pietas contra vita est cum Deo, gratiæ diuinæ ac fidei & charitatis compos, quæ sita est in duobus, vt Deum & proximum amemus Psalmo, 31. & 146.

LEX.



LEX à delectu, vt Ciceroni li. 1. de Legibus placuit, nominata est. Iubet siquidem quæ eligenda faciendaque sunt, & prohibet contraria. Omnis itaque ratio recte & pie viuendi lex & institutio Dei iure vocatur, siue ea animo solum inscripta sit, siue etiam literis excepta. 2 Item legem accipiunt Hebræi, non tantum

pro decretis & sanctionibus, sed pro omnibus diuinis oraculis, carminibus, & rebus in gente sua gestis, quæ nos Canonicos veteris Testamenti libros vocamus. Quæ omnia quid aliud sunt, quam cœlestis disciplina? Esa. 2. Lex de Zion exhibet. Hæc autem quando aliâs, quam quum Christus per orbem prædicaretur, publica gentis facta est. Et perinde est ac si aliquis se iactitaret. Religio nostra, leges, mores et cōstitutiones, apud exteras quoque gentes colentur. De hac lege, de qua Esa. 2. loquitur, pro gratia & amicitia Synchdocice capitur, quam Deus erga genus humanum gerit, quam tamen præcipue genti Hebraicæ, atque ante omnes alias impartitus est, ac tandem misso filio suo in omnes gentes propagauit.

Varijs autem nominibus regius propheta Dauid Legis vocabulum Psalmo. 9. & 119. celebrat. 3 **לְוַרְוָה**, hoc est, Legem vel doctrinam vocat Dauid Psalmo. 19. quod viuendi recteque agendi rationem præscribat, & à docendo dicta, pro tota lege & institutione Domini accipitur. 4 **עֲרֵוָה**, hoc est, testimonium vel oraculum, quia de voluntate Dei nobis testatur. D. Kimhi putat hoc nomine peculiariter dici præcepta, quibus aliqua diuinæ beneficentiæ memoria præcipitur, vt præceptum Sabbati, festorum aliorum, signorum legis, quæ debebant habere in vestimentis, & precationum, Verum & huius vocis significatum generalius est. 5 **בְּקֻרְיִים**, id est, mandata, quod cōtineat, quæ nobis Deus obseruanda mandauit, Pakudim volunt Iudæi esse præcepta iuris naturæ, quæ inscripta sunt omnium cordibus, sed & ipsum significat Dei mandata quælibet, quæ scilicet commissa nobis sunt, vt ea seruemus. 6 **מִצְוֹת**, hoc est, præcepta, quod in se habeat, & quæ exigit à nobis Deus, & quæ verat. 7 **יִרְאַתַּי**, hoc est, timorem Domini, siue reuerentiam potius Domini, quod timere Deum doceat, & veram religionem. 8 **מִשְׁפָּטִים**, id est, iudicia, vel edicta potius & iudicata, quod recto iudicio agere omnia instigat, accipiuntur autem, vt aliâs, ita & Psalmo, 119. bifariam, pro decretis

cretis, edictis, & legibus Dei, iuxta quæ cum proximis viuendum est, vt in adducto Psalmo, versu. 13. & 20. & similibus. Item Deute. 6. Et pro insignioribus Domini factis, quibus suos adserit, & hostes eorum reprimat, ac ita se iudicem omnino declarat. Sic accipit iudicia Dei, In eodem Psalmo, versu septimo. 9 **וְזֵכְרֵי אֱשֵׁרָה**, nonnunquam pro dictis & iussis Dei accipiuntur, vt versu. 9. Psalmo. 119. aliquando pro promissis, vt versu. 25. 38. & alibi. 10 **וְזֵכְרֵי צֶדֶק**, hoc est, Dorec, quod viam significat, pro agendi ratione, vitæque instituto sumitur. Inde Halac, quod ambulare significat, pro viuere vsurpatur. Zedec, id est, iustitia, absolutam bonitatem significat: de qua copiosissime diximus in litera I. 11 **הַדְּבָרִים**, Alij statuta, alij ceremoniæ. Dicuntur autem Hukim præscripta Dei quæuis, quod non ex Psalmo. 119. sed etiam ex Deut. 6. ac alijs scripturæ locis liquet. Et latini per ceremonias, ritus certos, & leges significant, etiam aliarum rerum, quam cultus Deorum. Vnde Cicero pro Sex. Roscio, legationis ceremoniâ polluisse, pro violasse ritum & legem legationis, dixit. D. Kimhi scribit ea præcepta Legis dici Hukim, quorum testis sit ratio, vt sunt ceremoniæ tabernaculi. Porro fatentur & Iudæi, in Psalmo. 119. legem, ceremonias, præcepta, mandata, & oracula, pro lege & institutione accipi, qua vita gloriæ Dei & salutis proximorum studio se præscribitur. 12 Hebræorum quidam, ita hæc inter se distinguunt **וְזֵכְרֵי עֲוֹנוֹתַי** ea in scripturis vocant, quibus certa agendi Lex præscribitur, vt sunt leges sacrificandi, purificationum & huiusmodi. **עֲוֹנוֹתַי**, quæ sunt fœderis inter Deum & populum velut testes vt tabernaculum erat, Sabbathum, & huius generis reliqua. **בְּקֻרְיִים** quæ sunt legis naturæ, vt honor parentum & similia. Ea enim ratione omnium hominum commendata sunt. **מִצְוֹת** id est, præcepta, quæ Deus exigit ab homine. Timorem Dei, præcepta negatiua quæ vocant, hoc est, quæcumque verat Deus. Iudicia, quibus leges viuendi cum proximo explicantur. 13 Equidem vero videmus subinde voces has his significatibus accipi: nonnunquam autem pro tota lege, id est, omni eo quod scripturæ Dei continet, vsurpari, & D. Kimhi adfirmat, vt Psalmo. 119. vt supra enarrauimus. 14 In summa, Lex, sententia qua recta præcipiuntur mala verant, verbum illud Dei, quo docet ac requirit quæ obseruanda, quæve omittenda nobis sunt. 15 Euangelium verò est, quæ contractissime dicas, narratio de Christo, explicans ipsum esse filium Dei, pro nobis verò hominem factum, mortem oppetisse, inde surrexisse, ac demum dominum super vniuersa constitutum. Imò breuius in hæc verba: Euangelion proprie est expectatæ diu, tandem exhibitæ per Christum salutis, renunciatio, præconiumque publicum. Hoc est. Euangelion nihil aliud est, quam diuinæ beneficentiæ & gratiæ manifestatio ac pignus, quæ & patribus (tametsi non adeo clare & latè) facta est, In nouo verò Testamento

per Christum gratia manifeste exhibita & in orbem diffusa.
 16 Dux in vniuersam scripturam sunt partes, Lex & Euangelion.
 Lex peccatum ostendit, Euangelion gratiam. Lex morbum indicat,
 Euangelion remedium. Lex mortis ministra est, Euangelion vitæ &
 pacis. Lex virtus peccati est, vt diui Pauli verbis vtamur. Euangelion
 virtus salutis omni credenti. Sparsa porro sunt promissiones in om-
 nes libros veteris ac noui Testamēti. Rursum leges etiam sparsæ sunt
 in omnia cum veteris tum noui testamenti volumina.

LEGIS NOMENCLATURA.

1 Lex diuina à sacrosancta scriptura variis appellationibus ornatur;
 Iugum oneris, Virga humeri, Sceptrum exactoris, Esa. 9. Vincula col-
 li, Esa. 52. Malleus conterens, Hiere. 23. Iugum ferreum, Hiere. 28. &
 Deut. 28. Lapidæa siue saxæa tabulæ Exod. 24. Sic & Deut. 6. Ignis
 maximus, Deu. 18. Agnitio & virtus peccati, Rom. 3. & 1. Cor. 15. Ele-
 menta mundi, Coloss. 2. & ad Hebræos 5. Galat. 4. Importabile onus
 & iugum, Acto. 15. Occasio peccati, Rom. 7. Administratio mortis &
 condemnationis, 2. Corin. 3. Sepis nomine legem adpellare consuevit
 scriptura, quæ per Mosen data, quam sicut maceriam & sepem quan-
 dam inter Ethnicos & Iudæos posuit Deus. Atramentum, 2. Corin. 3.
 Superius de his tabulis fufius diximus.

2 Scriptura tota sæpe Lex dei dicitur, vt Ioan. 10. Nonne scriptum
 est in lege vestra, id est, scriptura מן מן מן quod tamen non tam legem
 quam doctrinam significat. Iam scriptura vbiq; docet, recte igitur
 tota Hebrais Thorath, quod nos legem interpretamur, dicitur. De
 quo & supra patuit. 3 Legis quoque nomine & Prophetæ con-
 tinentur, vt in lege scriptum non est, sed quo veterem scripturam
 vniuersam, Prophetas, historias, legem vocat.

4 Simili modo liber conditi mundi, hoc est Genesis, legis nomine
 continetur, vt D. Paulus Galat. 4. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse,
 legem non audiris? Quod aliàs crebro facit vetus Testamentum, vt
 dictum est, sic appellans.

5 Item, Lex quomodo dicitur esse peccati potentia & peccatum
 augere, vide Chrysofomum in Epistola ad Corinthios secunda,
 cap. 15.

LEX LITERAE.

1 Ideo Lex literæ vocatur, quod in literis maneat, nec subeat peccus,
 nec opera etiam sequantur, Vnde populus quoque litera manet &
 caro. 2 Lex spiritualis, quæ non penna vel atramento scribitur ne-
 que ore enuntiat, perinde atque Moses lapideis tabulis rem agebat,
 sed nihil aliud est, præterquam illud quod in corde perficit opus spi-
 ritus sanctus.

LITERA.

1 Significat enim Litera, non tantum sensum literalem seu histori-
 cum, vt Origenes putat, sed & omne opus, omnem doctrinam: nempe
 quic-

quicquid scribitur, & quod non viuit in corde per spiritum.

2 Item omnis cogitatio & omnia opera, siue Mofi siue Christi, quæ
 non viuunt per spiritum sanctum. 3 Item, Lex litera est, Euan-
 gelion, Cognitio legis, Simulatio Euangelij, litera sunt.

4 Item, Socratica virtus, &c. 5 Circuncisio cordis, circuncisio
 est quæ spiritu constat, non litera, Rom. 2. vbi circuncisionem literam
 vocat pictam: Circuncisionem carne extrinsecus. Et Rom. 7. In no-
 uitate spiritus, non in verustate literæ.

6 Breuiter, omne opus externum quantumvis speciosum in speciem,
 litera est. Adeoque quicquid non viuit in corde per spiritum & gra-
 tiam, litera est. 7 Spiritus est, quod spiritu gratiæ in corde viuunt, &
 quicquid in nobis fit per spiritum sanctum. Spiritus est amor Dei &
 proximi, verax & viuens in corde, quæ est lex digito Dei in corde in-
 scripta, non in tabulis lapideis. Spiritus est fides, qua vere & ex corde
 creditur Euangelio. Sic vsurpat illa vocabula diuus Paulus, tum ad
 Romanos secundo capite, tum aliàs, quum ait: Circuncisio cordis, cir-
 cuncisio est quæ spiritu constat, & non litera. Vbi satis clare cordis
 circuncisionem affectum faciendæ legis, literam externum opus vo-
 cat. Sic ad Romanos septimo capite ait, Legem spiritualem esse.

Lex spiritualis non ideo dicitur, quod Allegoricas in se contineat,
 sententias, sed quia spiritum exigit, & vult vt omnia faciamus, sicut
 spirituales. 8 Legem implere, est facere ea quæ lex mandat ex
 charitate, corde hilari, & erecto, & alacri, id est, sponte & vltro DEO
 viuere, & bene operari, etiam si nulla esset lex. Talis verd alacritas,
 hilaritas & propensa voluntas ac ardens adfectus non contingit cor-
 dibus, nisi per spiritum viuificantem & viuum qui charitatem dif-
 fundit in cordibus credentium: quæ charitas sicut cap. 5. dicit, cor no-
 uat, exhilarat & excitat & inflammat, vt sponte faciat ea quæ vult
 lex. Ac tum demum ex fide, sic in corde efficaciter agente & viuente
 sponte, fluunt opera vere bona. Hoc vult D. Paulus ad Romanos 3. c.

9 Legem stabilire vel statuere, est implere. Sic ait Christus in Euan-
 gelio Matt. 5. & Rom. 3. Non veni soluere legem, sed implere.

10 Legem soluere, est eam transgredi, sicut Matt. 5. ait: Nam Chri-
 stus non venerat transgredi legem, sed stabilire & perficere. Et eodem
 cap. Qui soluerit vnum ex minimis, &c. id est, transgressus fuerit, &c.

11 Legem infirmare, est non implere, vt Roma. 8. Lex erat infirma
 seu imbecillis, id est, non implebatur.

12 Legem irritam facere, est tolli & abrogare legem. Ita & D. Pau-
 lus ait, legem non tolli, sed impleri. De his tropis & supra, &c.

13 Legem ponere, est docere, Hieremiæ 31. capite. Et dabo leges
 meas in cordibus eorum. Et Psalmo 119. Legem ponē mihi Domine.
 Et Psalmo vigesimoquarto: Legem ponet ei in via.

14 Lex Domini vocatur verbum Domini, quod nobis diuino spiri-
 tu pro-

seu proditum est, quod nobis illud ostendit quod potest placere Deo, Psalmo. 1. Et in lege Domini meditabitur die ac nocte, id est, assidue, iugiter. 15 Lex metonymicos opus legis vocatur.

16 Lex dupliciter dicitur: Nam generaliter omnia ista, mandatum, iustificaciones, praecepta, testimonia, iudicia, lex appellantur. Specialiter autem, pars aliqua ex ijs quae in lege scripta sunt. Origenes super Numerum decimum octauum caput. 17 Legem porro appellat Diuus Paulus in membris suis, onus ipsum concupiscentiae, in quo in-gemiscimus grauari. De quo scribit Augustinus, ad Simplicianum lib. 1.

SUB LEGE ESSE.

1 Paulino sermone est assuescendum, ut certo sciamus quis sub lege, vel quis non sub lege sit. Quot quot idem bona opera operatur, quod ita lege cautum est, adducti vel formidine poenae, vel spe praemij, sub lege sunt: & ut bona faciant probique sint, coguntur, non huc sua voluntate feruntur. Idem lex ipsis dominatur, cuius serui sunt & captiui. Huiusmodi vero sunt homines vniuersi, nondum per Christum renati, quod quilibet experientia apud se facile poterit perdiscere, iudicante id vnicuique sua ipsius conscientia. Sic prorsus omnes comparatos nos deprehendimus, quod si nulla lex vigeret, ac abesset tam poenae metus quam spes praemij, essetque plane nobis liberum agere quiduis, omnino quae pessima sunt faceremus & omitteremus, praesertim vel impellere tentatione, vel prouocante occasione. Iam autem lex minis ac promissis suis obstat, a malis subinde nobis temperamus, ac bonis studemus, nequaquam autem id boni amore aut odio mali, sed duntaxat poenae formidine, praemij respectu: quare omnino nobis relictis serui legis sumus, neque aliter ipsam atque seruuli difficilem ac saeuum Dominum audimus. 2 Summa, Esse sub lege, est eam non implere, vel esse esse obnoxium maledictioni legis, adeoque non posse legem implere: quia lex idem maledicitur, quia non impletur, Galat. 3. Vide Augustinum ad Hieronymum, de Petro reprehenso a Paulo, Episto. 19. At qui non sunt sub lege, hoc est, non ita cuius imperio inuicti constringuntur, hi sua sponte bonis student, malis abstinent, non vel minis legis territi, vel illecti promissis, sed plane quia vltro iustitiae amore tenentur amare, ac inhonesti odio, & ex animo Dei lege delectantur, aded ut si etiam nulla esset lara, tamen non aliter cuperent, quam lex iubet, viuere, quae mala sunt vitare, sanctisque studiis incumbere. Qui huiusmodi sunt, filij sunt, quales haud quaquam natura, sed vnum benedictum illud Abrahamae semen reddere poterit Christus, sua gratia, suoque spiritu credentium sibi corda renouans.

4 Sub pedagogo esse, idem est quod sub lege esse. 5 Sine lege peccare, est cum ignorantia legis Moisaicae peccare: nam alioqui nulli deest lex naturae, maior tamen condemnatio est in lege peccare. Vnde Moses est qui condemnat Iudaeos, Roma. 2. Quicumque enim sine lege

peccauerunt &c. 6 Sibi ipsi legem esse, est habere legem naturalem. 7 Liberari a lege mortis, est ab onere legis seu tyrannide legis liberari, & accipere spiritum per quem legem facere possumus. 8 Legi viuere, est esse sub lege et dominio eius, Rom. 7. Lex in homine dominatur quanto tempore viuunt, sicut seruus quandiu non redimitur, domino suo viuunt per legem seruitutis & ius gentium. Ita & nos dum extra fidem sumus, regnante concupiscentia, legi seruimus coacti eius opera facientes, ac per hoc legem non implentes, quae dilectione fidei tantum impletur. 9 Legi mori est liberum fieri ab accusatione legis. Hoc vult Paulus in commentariis in c. 7. epistola ad Roma. Vbi diffinit credentes mortuos esse legi, quantum ad hunc effectum legis: & quantum ad eius potestatem accusandi, damnandi & puniendi. Nam quemadmodum debitor quispiam quum mortuus est, sic liber ab exactore suo, ita & nos qui commortui sumus Christo per suam mortem, cuius in Baptismo participes facti sumus, liberi sumus a praeterita accusatione legis: Siquidem delicta & peccata praeterita, per quae lex nos reos tenebat, accusabat & damnabat, per mortem Christi sunt nobis deleta, & per eandem mortem datus est nobis spiritus charitatis, cuius virtute imposterum, quae lex iubet, praestemus, ac sic tandem liberemur ab legis accusatione. Quod Paulus copiose tractat in epistola ad Romanos capite 5. 6. 7. & 8. vbi disputat de hac morte legis eodem verborum tropo, mortuos esse peccato & viuis iustitiae. Mori peccato, est non peccare: sicut homo mortuus non peccat, ita baptizatus qui in baptismo Christo conamoritur, non debet peccare. Ita Chrysolomus. Viuere iustitiae, est opera iusta praestare: legi mori, est liberari ab accusatione legis, & eius damnatione liberari. Quod ab unde superius declaratum est.

LIBERTAS

1 Christiana est quaedam diuina redemptio a Christo per suum sacratissimum sanguinem facta, qua redemptorum animae liberantur a dominio peccati, timoris, seruitutisque; spiritus; atque a grauissimo illo onere circuncisionis. Vera libertas christianis tunc contingit, quando liberati a peccato serui fiunt iustitiae. Ita Paulus ad Rom 6. Et ad Galatas 5. & 2. ad Corinthi. 3. 2 Libertas christiana in tribus consistit: Primo, ut anima sit libera a captiuitate diaboli, qui per peccatum animas captiuas tenet ad suam voluntatem. Paulus 2. ad Timothe. 2. & Christus Ioan. 8. Qui facit (inquit) peccatum, seruus est peccati. Et 2. Petri 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Et Paulus ad Romanos 6. An ignoratis quia cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis, cui obedistis? Deinde, ut baptizatus liberetur a seruitute legis, non a lege, sed a sua seruitute, a suo timore, a sua accusatione, poena & damnatione. Quia liberatur baptizatus, quia in baptismo accipit spiritum sanctum, cuius gratia & virtute implet legem, ita ut lex

deinceps ipsum baptizatum implentem legem, neque accusare neque damnare possit: vapore qui legem seruet non timore poenae, sed amore iustitiae, Pau. ad Rom. Lex enim spiritus vite liberavit me à lege peccati & mortis. Tertio, libertas christiana consistit in hoc, quod per Christum liberamur à iugo illo circumcisionis grauisimo, & ab illo pondere sexcentorum & tredecim mandatorum, quorum causa maledictio legis eramus subiecti, Paulus ad Galatas 3. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: Scriptum est enim Deuteronomo 7. Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quae scripta sunt, &c. Et iterum ad Galatas 5. Stare (inquit) & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Non igitur iuxta expressum Dei verbum, libertas Christiana nos facit exemptos à decalogi obseruatione. Siquidem Christus huius libertatis autor cuidam libero dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Nec facit nos exemptos ab obedientia magistratus. Docet Paulus ad Roman. 13. Omnem animam subiectam esse potestatis sublimioribus. Nam cum potestas sit à Deo, ipsi parere oportet, 1. Petri 2. Sapientia 6. idem docetur. Et Christus Matthaei 22. iudicauit tributum Caesari esse soluendum, & Matthaei 17. illud pro se & Petro soluit, Contra Phanaticos Anabaptistas: Nec facit nos exemptos à pastoribus, Episcopis, & ab aliorum praelatorum obedientia. Quibus nos fecit subiectos Christus in negotijs spiritualibus, quando iussit, vt Apostoli, in mundum vniuersum euntes omni creaturae, id est, hominibus vniuersis euangelium praedicarent, Marci ultimo, Ioan. 20. Tunc quando constituit illos pastores, fecit nos oues: Quando illos fecit nobis Praelatos, ipsis in spiritualibus nos fecit subiectos. Pastores et Praelati ouibus suis et suis subditis leges praescribere possunt seruandas, quas sine peccato prauaricari minime possumus. Nec hoc repugnat libertati Christianae, sicut non repugnabat quod Apostoli Christi legibus & mandatis obediret et obsequerentur, Paulus sine vilo huius libertatis praedidio Hebraeis iussit, vt suis praepositis obedirent, ad Heb. 13. Nec libertas christiana facit liberos seruos, à potestate dominorum suorum: Quam libertatem intelligebant carnales Iudaei: & etiam duo illi discipuli euntes in castellum Emaunum, Luce 24. qui sperabant populum Israeliticum redimendum à captiuitate diaboli, non corpora à seruitute hominum, Paulus 1. ad Timoth. 6. Ad Collocen. 3. Ad Titum 1. 1. Petri. 2. Nec liberantur Christiani à potestate, honore & seruitio parentum, in his quae fidei non aduersantur. Iussit Christus, vt filij parentes suos honorent: & ipsis omnem obedientiam & obsequium praestent. Filij (inquit Paulus) obedite parentibus vestris per omnia: hoc enim placitum est Domino, ad Colossen. 3. Nec liberavit Christus vxorem à potestate viri, si hic habens aliam religionem consentit habitare cum illa, Paulus 1. Cori. 7.

vult

vult mulieres subditas esse viris suis, in his quae non faciunt contra fidem: etiam ad Colossen. 3. Nec liberavit nos Christus à morte corporali, nec ab alijs agritudinibus, molestijs & plerisque; alijs iniurijs, quibus christiani subiiciuntur perinde atque alij qui non sunt baptizati: Sed libertas christiana facit, vt credentes non moriantur in aeternum, sed quod tamen ex hoc mundo, per mortem corporalem ad patrem, Ioan. 5. et 11. Nec permittit libertas christiana, vt fideles eius pretexant carnem, et suis concupiscentijs impunè inferuiant. Immo Paulus ad Colo. 3. vult omnes christianos sua membra mortificare. Et ad Galat. 5. ait, eos qui sunt Christi carnem suam crucifixisse cum virijs & concupiscentijs. Ex his catholicis & verus Orthodoxus, scripturarum sacrarum testimonijs poterit facile deprehendere, in quibus consistat christiana libertas, scilicet, vt de manu, id est, de potestate inimicorum nostrorum carnis scilicet, mundi & diaboli liberati, & de morte aeterna, seruiamus iustitiae, Praelatis, Episcopis, pastoribus, parentibus, & obsequentes nos praestemus magistratibus, Dominis & illis omnibus qui in dignitatibus sublimioribus sunt diuina ordinatione constituti: Et quia caro semper rebellat in spiritum nitentem obedire legi Dei, ideo ipsam carnem mortificando ieiunijs, cilicio, lachrymis, & alijs afflictionibus, contendimus diuina gratia adiuti spiritum ab eius carnis tyrannica importunitate liberare: vt in libertatem asseruet, ipse liber cum ipsa carne mortificata, Deo seruiat in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus vitae suae. Ita definitam reliquit nobis libertatem christianam Zacharias Lucae 1. & vniuersa scriptura.

LOQUI.

1 ללל, id est, Loqui sapientissime vtuntur Hebraei, pro meditari aut cogitare, vt Psalmo. 36. Lingua mea ללל, id est, loquetur aut praedicabit iustitiam tuam, omni die laudem tuam. Et Psalmo. 37. Os iusti ללל, id est, loquetur vel disseret sapientiam. Sed in his & similibus locis hoc verbum cum accusatiuo construitur. Sed Psalmo primo, & in locis in quibus eodem quo primo Psalmo, sensu positum videtur, construitur cum ablatiuo, intercedente praepositione, in, & significat non tam loqui quam intente cogitare, meditari, commentari, aut certe secum loqui ac immurmurare tantum, Id quod consueuerunt, qui sollicite & anxie de re aliqua secum cogitant, quibus velut ex feruenti cogitationibus corde exastuare atque ebullire solent verba incondita quaedam vel susurrium potius. Ad hunc modum verbo hoc vsus videtur Vates, Psal. 61. et 77. In omni opere tuo loquar, et quasi susurrabo, Nec alio acceptum significatum videtur hoc verbum et Esa. 1. Vbi in hunc modum illi praecipitur: Nec recedat volumen legis huius ab ore tuo, loqueris vel meditaberis in ore tuo die ac nocte. 2 Vsurpat & D. Paulus loqui pro meditari vel cogitare, Hebraico more. 1. Corinthio. 1. Omnes idem loquamini, & non sint in vobis schismata, &c. id est, vnum sentiatis,

tiatis, sapiatis ac cogiretis, vt vnanimis sitis. Sic Hebraei meditari, Psalm. 34. versu quarto, & loqui pro eodem accipiunt, quasi id lingua mea loquutus sum, idem fit atque in meditatione mea.

3 Loquitur sanguis Christi melius quam Abeli, quia & nunc sanguis hic loquitur: nam firma apud omnes, & nomine celebratur, Sed Domini sanguis vocem clariorem emittit & maioris significantiae, quum ipsis ex rebus vniuersis inclamet se sanctitatem largiri. Vel etiam vt nonnullis videtur, Abel sanguis in germanum obclamabat. Christi vero pro nobis patrem adfatur. Hac Vulgarius in Epistolam ad Hebraeos. 4 Loqui Deum & in ira sua, idem est quod destruere, dis perdere ac extirpare. Hieremiae. 18. cap. Repente loquar aduersus gentem & in regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud, nimirum mandato & verbo Dei omnia fiunt. Psalm. secundo: Tunc loquetur ad eos in ira sua, hoc est, quod Iudaeis contigit, qui dixerunt: Ne forte veniant Romani, &c. Has inanes meditationes irritat Dominus, dum id quod impius timuit (vt est in Prouerbis Salomonis) venit ei, & per Romanos eradicauit, destruxit & disperdidit eos. Ira itaq; & furor Dei fuit impetus Romanorum. Sic Esaias dicit: Vt Assur virga &c. Loquetur (in adducto Psalm. 84. absolute accipiendum, id est, verbo suo statuet, mandabit, ordinabit, sed quod fit contra eos, non pro eis. 5 Porro Deum loqui, est cordibus manifestare, aperire ac reuelare. Iuxta illud Dauidis Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me Deus, hoc est, quid menti meae indicet ipse, animaduertam. 6 Vel Loqui Deum, est inuisibiliter absque sono vocis in mentibus sanctorum voluntatem suam atque rectum intellectum inspirare, seu futura sicut sanctis Prophetis reuelare, vt apud Iob, & Hebraeorum capite primo. 7 Loqui stultitiam, est de rebus terrenis vel caducis nugari, vel etiam sceleris, & id sine spiritu & intellectu, Esaias capite nono: Et toto ore loqueris stultitiam. 8 Ad hoc, Loqui in pluribus Bibliorum locis satis constat pro docere vsurpari, Sic Psalm. 118. Loquebar in testimonij tuis, Psalm. 59. Deus loquutus est in sancto suo, 9 Vnde est Loqui mendacium, pro diuulgare traditiunculas hominum vrnas, vt Psalm. quinto: Perdes eos qui loquuntur mendacium, quod est, doctrinam iniquitatis. Et loqui stultitiam etiam, vel nostras inuentiones iactare, vel sacra praeter spiritum enarrare. 10 Loqui linguis, est textum scripturae seu Psalmos seu Prophetas, seu legem Dei, seu preces, alia atque alia pronuntiari, 1. Corinthiorum. 15. Sectemini charitatem &c. elegantissimum caput.

11 Item Loqui mente, apud Paulum. 1. Corinth. 14. est interpretari. Lingua autem loqui, recensere, vt solent qui volubili lingua Psalmos obstrepero percurrunt murmure. 12 Loqui de bono ad malum. Hebraeorum schema est. Sic Gene. 31. ad veritatem Hebraicam: Cate ne loquaris cum Iacob de bono ad malum.

Quo

Quo Hebraei bifariam vtuntur. Primo pro neque bonum, neque malum, hoc est, omnino nihil, vt alibi saepe. Secundo, vt tantum valeat ac si dicas: Nihil mali loquaris cum eo, sed tantum bonum, seu, Praeter bonum nihil loquaris cum eo. Vtrunque hic in Genesi per Synecdochen exprimitur. 13 Loqui veritatem in corde suo, nihil aliud est, quam ex animo veritatem loqui, hoc est, fide optima omnia cum proximis agere, promissis nunquam deesse, neque aliud simulare verbis, aliud spectare animo. Quae veritas, fides Latinis dicitur: & diffinitur à Cicerone Officiorum primo, dictorum conuentorumque esse constantiam, quam veritatem iustitiae fundamentum iure vocat. Vnde & scriptura ipsam vbique fere cum iustitia coniungit, & vbicunque concidisse illam queritur, et huius simul casum deplorat, Psalm. 12. & alijs multis. 14 Loqui ad cor, quale schema fit, superius satis exposuimus in littera C. Et loqui in cubilibus quoque supra. 15 Loqui loquelam, Idiomatico Hebraeo hoc significatur consilium certo destinatum, constituta de re quapiam obcunda voluntas, affirmatioque animi ad aliquid obcundum incommutabilis. Sic Esai. 8. Capescite consilium & idem euanesceat, loquamini loquelam, & ea non subsistet. Hosea. 10. Loquuti sunt loquelas deierando, &c. 16 In aliquem loqui, est detrahere & illum vituperare. Sic Maria (vt Hebraea habent) in Moysen & Aaronem loquitur. Nume. 12. quum in illos conuicia iactat. Et Ezechiel. 34. Filij populi tui colloquuti sunt in te prope parietes, hoc est, susurros instruerunt clancularios contra Prophetam Domini.

LACVS, PVTEVS.

1 Quoslibet lacus Hebraei maria vocant. Sic pisces maris quoslibet intelligunt, quod piscium in mari & in lacubus maior soleat esse copia, Zopho. 1. Aufero volucres caeli & pisces maris.

2 Lacum Hebraei ponere solent pro ergastulo, carcere, & reorum detentione aut neruo, Esaias. 24. Et congregabuntur in congregatione vnus fascis in lacum. Hoc de impijs, tum angelis, tum hominibus accipiendum, Hieremiae. 37. ingressus est in domum laci & in ergastulum. Sic in Exodo dicitur: A primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuae, quae erit in lacu. Hic lacus nominatur Subterraneus fossae custodiae captiuorum aptae, & in multis quidem modis. Sic & Hieremiam in lacum iniecerunt. Plura apud Basilium in Psalm. 29. Exaltabo te Domine.

3 Videmus quoque nomen Lacus apud scripturam in malam partem plerumque reperiri, sicut & puteus in bonam, Lacus enim est, in quo Ioseph à fratribus deiectus fuit. Et in Psalmis: Deputatus sum cum descenditibus in lacum. Et in Hieremia: Effoderunt sibi lacus pertuos, qui non poterant aquam continere. Et in Daniele lacus leonum scribitur in quem ipse coniectus est. 4 Puteum autem effoderunt Abraham & filij Isaac. Et ad puteum exiens, requieuit Moyses, & man-

Vide Basilium Magnum in Psal. 14.

datum.

datum à Salomone accepimus, aquam potare ex fontibus puteorum nostrorum. Denique servator noster ad puteum cum Samaritana de divinis mysterijs est loquutus. Hæc ex Basilio Magno in Psalmum septimum: Domine Deus meus. 5 Item de lacubus salis in congreſſione quarta diei tertij, hæc memorie prodidit. Lacus qui partim in Septentrionis plagis, partim in Græciæ regionibus sunt, partim Macedonia, Bithinia Palæſtinaque tractus occupant, omnes aquarum congregationes eſſe conſtat. 6 Lacum Rabanus exiſtimat, iam pro inferno & morte ipſa uſurpari. Poſuerunt me in lacum inferiorem, in tenebras & in umbram mortis. In ſanguine teſtamenti tui eduxit vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Eſaiæ. 14. 7. Iam Lacus verò pro ſepultura: Exiſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, 8 Item pro lapſu & diſcrimine mortis: Laqueos paraerunt pedibus meis.

LATITUDO.

1 In Prophetis Hebraiſmus eſt, Metaphora vel Metonymia ſcripturæ propria, quam nos ſine figura conſolationem dicimus. Sicut e contra anguſtiam, triſtitiã & adſiſtionem dicimus. Sicut enim cor & omnes ſenſus contrahuntur, dum fugiunt et horrent triſtitiã dilatantur & diſtenduntur, dum ablato malo rurfum bona & iucunda conferuntur. Et ſanè quàm proprie eo verbo exprimitur natura triſtitiæ & lætitiæ. Nam & in fronte & vultu toto videmus, quæ contrahantur triſtibus, & dilatentur rebus iucundis. Ideo de impijs Psalmi decimoſepimo dicitur: Et contrahentur in anguſtijs ſuis. Pius autem David dicit Psalmi. 117. Inuocavi dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus. Vnde & Apoſtolus Roma. 2. duo illa componit, tribulatio nem & anguſtiam, malum ſcilicet & fugam mali. De quo Tropo & ſupra in litera D. Item Psalmi. 119. Ambulabam in latitudine, id eſt, conuerſabar in latitudine, hoc eſt, ſpiritus libertate & libera conſcientia ſiue mente, diſcepraſione. Sic & Psalmi. 17. Et eduxit me in latitudinem, hoc eſt, in latum campum, & liberum ex anguſtijs & manibus aduerſariorum. Sicut latitudine campi gaudent cerui, ex anguſtis locis ubi impetebantur liberati, & fugiunt ad altiora loca, ubi circumſpicere poſſunt & cauere inſidias.

2 Porro latitudo, longitudo, profunditas & celſitudo, quam Apoſtolus oprat Ephēſios cōprehendere; indubie bonitatis Dei eſt in omnia ſeſe effundentis, vt quocunquē animum & oculos intenderent, omnia vt ſui gratia condita, ita ſuæ ſaluti ſeruire agnoſcerent, dicereque poſſent cum Psalmographo: Benignitate Domini plena eſt terra. Item Domine benignitas tua in cœlis, & fides tua vſque ad nubes. Et rurfus: Magna vſque ad cœlos benignitas tua, & vſque ad nubes fides tua, & ſimilia. Animus nanque de Deo per fidem recte ſentiens, obuiam habet bonitatem eius, quocunquē ſe vertat.

LABIVM

3 Labium nonnunquam pro lingua, loquela & idiomate ponitur, Genēſis vndecimo capite: Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus: labium vnum, ſermonem dicit, & idipſum iterum per vocem, ſignificans omnes vſos eadem voce & lingua. Et eodem capite: Confundamus illic labium illorum, id eſt, loquelam, ne alter alterius linguam audiat, id eſt, intelligat. Et alibi: Venenum aſpidum ſub labijs eorum. Nam ſæpe enim ea quæ ſunt ſenſuum, ad animū transferimus, vt videre pro intelligere. Eſt enim videre oculorum. Rurfus quæ ſunt animi, ſenſibus tribuimus. & id frequens eſt in literis ſacris.

2 Labium pollutum vel impurum, eſt dum quiſque quod ſuæ carni probatur, loquitur. Vnde Eſaiæ. 6. ſe & populum ſuum polluti labij eſſe conſeſſus fuit, quod non vt Seraphim Dominum collaudaſſent, ſanctumque celebraſſent, Zopho. 3.

3 Purum & purgatum atque electum labium eſt, quod iugiter celebrat bonitatem Dei, Zoph. 3. Vt omnes inuocent nomen Domini.

4 Virum labiorum, Iob vndecimo capite Rhetorem vocat. Ita incircuncifiſis labijs ſe ait Moſes, minus ſe idoneum ad loquendum ſignificans. Et in Psalmis gloriantur impij & arrogantes: Labia noſtra à nobis ſunt &c. 5 Labia aliquando pro occulto verbo, nonnunquam verò pro maniſeſto uſurparur. Pro occulto, vt eſt illud Salomonis Proverbiorum 10. Labia iuſti conſiderant placita. Pro maniſeſto autem Proverbiorum. 8. Aperientur labia mea, vt recta prædicent.

6 Labia oſculi ſiue blanda, iucunda, quæ ad rem reſpondent, hoc eſt, recte iudicant et docent. In rebus enim humanis amplectimur eos, qui apte reſpondent: alios, qui inepte, reiſcimus.

Sic in rebus ſpiritualibus illa labia nobis blandiuntur, quæ apte reſpondent conſcientijs noſtris, vt quum dicitur: Crede in Chriſtum, is eſt pontifex, accedamus cum fiducia ad eum. Quid enim iucūdius poſſet eſſe conſcientiæ hoc labio, vt Proverbiorum. 24. Labia oſculi, quæ reſpondent appoſite. 7 Labia dolofa, in ſcriptura dolofum, falſum et excogitatū cor, quod os aliud loquitur, quam homo corde ſentit. Sic David corde orat, non in labijs dolofis, id eſt, tu ſcis quod ex corde loquor. Hypocritæ labijs dolofis orant. De quibus dicitur Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, Dñe Dñe, &c. Et Eſa. 29. Populus iſte ore me honorat, cor autē longe à me eſt. Vel fraudulentū cor ſignificat, quod per meras deceptiones & adulationē loquitur. Hæc labia dolofa, hoc eſt, dolofū homines, contra ipſorū conſcientias loquuntur, quos homines libenter audiunt, qui non volunt damnari ſua, & fauent linguis dolofis, & labijs & linguæ magniloquæ, hoc eſt, ſe magnificanti & prædicanti illa tantū. 8 Labia venenata, lingua que incenſa eſt, Proverbiorum 26. Ita labia venenata cum malo corde congruunt, id eſt, Dignum (vt in Adagio eſt) patella, operculum, Spurcum os improbo pecca-

peccatore. Similes habeant labra lactucas, conuenit cum illa sententia Christi: Ex abundantia cordis os loquitur. Venenatum os prodit & probat malitiam cordis, sicut in Phariseis, quando dicunt CHRITVM habere demonium, quod est summa contumelia & blasphemia, id attribuerit Deo, quod est Satanæ. Proinde vt argenti scoria est, quæ vas fictile cingit, ita labia venenata cum prauo corde conueniunt. 9 Porro Labium veritatis, veritas est & cor simplex, vt per Antichristum, labia mendacij, omnis hypocrisis, Prouerborum decimo capite. 10 Colaphum labijs infringi, idem est quod deludi, contumelia adfici, confundi, &c. vt fiti: Stultorum labia cædantur, Prouerborum decimo capite, id est, stultis illudetur, stulti contumelia adficiuntur. Supra in litera C, fusius declaratum.

LINGVA.

1 Linguae vocabulo Hebræi nationes ac populos intelligunt. 2 Esaiæ capite vndecimo: Et desolabit dominus linguam maris Aegyptij, id est, oram. 3 Item Lingua pro loquela. Sic Acto. 2. Loquebantur varijs linguis. Vnde & linguis loqui est. 4 Item Lingua est doctrina, vel recta vel praua, vt in Salomone: Lingua prauorum peribit, Prou. 10. 5 Atqui per flagellum Linguae, Iob cap. 5, nonnulli putant intelligi horredam de hostibus venturis famam, aut strepitum quadrigarum bellicarum. Vt enim flagellum corpus, ita fama hostium aut tumultus curruum bellicorum, impium cor extimulat, vt tantum non metu emoriatur, Hier. 50. Ecce populus venit ab Aquilone, vox eorum quasi mare sonabit. Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt manus eius, angustia apprehendit eum, dolor quasi par turientis. 6 Item pro flamma non in vno loco ponitur. Nam & Latini flammæ tribuunt, quod linguae est, puta lambere. Hinc Metalepticos lingua pro flammis. Vide Esaiæ. 5. capite. 7 In lingua percutere, est calumniari, accusare apud regem vt moriatur Propheta, et nul lam excusationem recipere, quidquid dixerit, quicquid fecerit, morientum illi est, apud Hieremiam decimo octauo loquutio hæc reperitur.

LIGNVM.

1 Lignum, more Hebræorum pro arbore, & ligna pro ipsis arboribus capitur, vt Genesi. secundo. Produxit Dominus omne lignum: quasi diceret: Moses dixit Deum creasse varia arborum genera. Et eodem capite. Ex omni ligno edire, id est, ex omni arborum genere. Et prohibuit nobis Dominus, ne comederemus de ligno boni & mali. 2 Ligna aquarum, Ezechielis capite 31. hos nominat, qui vt arbores in altum fastigiati sunt ob copiam rerum secundarum, quæ sunt amplissimo regno, quod aqua radicibus admota. Attollunt enim in humectis locis in altum robora plerunque arbores, & quum pro voto cuncta succedunt regna, vehementer accessiorem accipiunt. 3 Item ligna pro hominibus, Ezechielis, 17. Ego humiliavi lignum subli-

sublime, & exaltavi lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum, cap. 31. ad idem: Omnia ligna agri concussa sunt. Et cap. 20. Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum.

4 Lignum in panem mittere, nihil est aliud, quam cruce vitam interrumpere aut præripere. Nam & aliàs dens & gula offenduntur, si quid in pane lignotum occurrerit. Prouerbiu istud planè est, vt Hieremiæ cap. 11. Corrupimus ligno panem eius. Pater eius sensus ex sequenti expegegi, quum dicit: Exterminemus eum de terra: nam ligno cruceu intelligunt Hebræi, primum enim apud eos supplicium erat cruce. discerpi.

LEVIATHAN.

1 Leviathan draco maximus est, Hiob. 17. Extrahes ne Leviathan? Vnde & Græcus vertit *δρακόν* qui non capitur hamo, nec fune ligari potest, nec vincino adprehendi, nec à furore suo compefci.

2 Nam circulum seu vincinum in naribus ponere, est furorem compefere, & à conatu retrahere 4. Reg. 19. Ponam circulum in naribus tuis, & chamum in labijs tuis, & reducam te in via tua per quam venisti &c. Metaphora ducta à bubalis, qui circulo naribus iniecto ducuntur. 3 Iam vt iste marinus Draco nullis retibus capi, & nullo fune ligari potest, ita nec satan vllis humanis viribus, astutijs, aut consilijs prehenditur, nec compeficitur, ne pro libidine sua dominetur. A solo autem Domino Iesu Christo vinci potest, & per eum ab omnibus credentibus. Hinc est quod sub eius nomine satan intelligitur, Hiob cap. 37. prædicto, atque etiam Esaiæ 27. De quo tropo & supra in litera D.

LAC.

1 Omnis prima inductio fidei, id est, simplex doctrina, Lac dicitur, quoniam sicut lac sine labore, & sine opere dentium manducatur, & manducantem suauitate sua delectat: sic & mirabilia Dei nullum laborem videntibus ponunt, sed videntibus admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant, panis autem perfectioris doctrinam iustitiæ significat. Hæc D. Chrysofomus.

2 D. Paulus vocat humilem sermonem Lac, & de minimis differentem. Solidum verò cibum, quæ perfectiora & altiora sunt, dicit Hebr. 4. Et facti estis opus habentes lacte, & non solido cibo. Lactè vos potaui, non esca. Vbi & hoc annotauit Vulgarius in Hebræis, scilicet verba diuina pro veris & certioribus nutrimentis esse pijs, Dabo enim, inquit, his famem audiendi verbum Domini. Hæc ille.

3 Item Lac & mel significant omnem affluentiam & abundantiam rerum. Sic Chanaan terra promissionis lacte & melle fluere non raro in scripturis dicitur, & regio Sodomorum hortus voluptatis erat.

4 Lactantes sunt ij, qui nihil præter Dei verbum norunt. De quo in

DIVINAE SCRIPTURAE

Canticis: Mel & lac sub lingua tua. Sugunt enim duo vbera, id est, Testamenta Dei, de quibus rursum in Canticis: Meliora sunt vbera tua vino. Idcirco docti non ad mundum, sed ad regnum caelorum, proferunt de thesauro suo & noua & vetera, Sic & infantes, qui paruuli mundo videntur.

LVTVM.

- 1 Lutum nonnunquam est Rabano peccatorum glutinum. Eripe me de luto, vt non inhaream.
- 2 Aliquando deceptrix adulario, siue falsa haereticorum delinitio.
- 3 Item Lutum, pro coelestis medicinae remedium vt in Euangelio.
- 4 In Lutum deduci, & in puluerem redigi, idem est quod aboleri. Sic Hiob 13. In lutum ceruices vestrae deiciuntur, id est, arrogantia & superbia vestra peribit. Eadem loquutio est, Psalm. 7. Conculcet in terram vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.
- 5 Item pro opibus & auri copia male parata, vsus est Abacuc cap. 2. Vae ei qui multiplicat non sua, vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? Num quid non repente confurgent qui mordeant te?
- 6 Lutum platearum, Psalm. 17. Sicut propheta vndique impiis horrendum exitium praedicat, alibi fore indicans vt somnio surgentium similes reddantur: alibi fumo: alibi pulueri qui est ante faciem ventis: imagini umbrae: et si qua res alia vanior esse videtur: Ita in Psalm. 17. Vt lutum platearum, ait, delebo eos.

LVMEN.

- 1 Videre lumen splendens, & lunam lucentem Hiob. 31. Est gloriari felicitate, & ea pro sua libidine non tam vti quam frui. Siquidem lumen communi phrasi huius libri pro felicitate sumitur.
- 2 E regione mos scripturae est, per obscuracionem solis & lunae, stellarumque & similia, summae vltionis diuinae tempestates significare. Sic Esa. 13. & 24. Hierem. 15. & 23. Ioel 2. & Amos 8. Mich. 3. & locis aliis legimus, Dei vltionem nunc Iudaeis, nunc aliis gentibus praedictam. Etentim in summa angustia constitutis videtur totus mundus perturbari, sol obscurari, luna esse sanguinea, stellae lucem suam retrahere, terra tremere, mare fremere, & cuncta ruinae minari, non quod ira re ipsa accidat, seu quod adeo homines angustientur ac si illa acciderent. 3 Lumen oculorum non est mecum, id est est quod confundit. Nam hi enim quos pudet, demittunt oculos, & tristitiam in vultu ferunt. Sic ait Psalmes, Psalm. 37. Et lumen oculorum meorum, scilicet dereliquit me, hoc est, alacritas vultus illa, id est, ego confundor. De lumine autem vultus diuini, supra in litera F, de vocabulo fidei.
- 4 Quomodo autem intelligendum sit illud Genes. 1. Et vidit Deus lucem esse bonam, conatur explicare Basilius Magnus in congressione secunda eici primi. 5 In lumine lumen videre: nimirum hoc Propheta Psalm. 35. indicans, quod ad ingenij perspicacitatem attinet,

PHRASES.

128

net, multos videri industrios, & egregie oculos: qui tamen in media luce caecutiant, ac densa premantur caligine: Non tam ob aliam causam, quam ob Christi certaque in illum fidei neglectum. Sic Psalm. 126. Vanum est, inquit, vobis ante lucem surgere, Et Psalm. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam.

L VX.

- 1 Lucis nomine non tam pietas & iustitia, quam successus ac felicitas, prosperitas & gaudium venit.
- 2 Item per lucem aspectus diuini, Dei fauor, & benevolentiae declaratio recte intelligitur. Sicut & afflictio & miseria Tenebrarum nomine significatur, Psalm. 36. Esa. 60. Non erit tibi ultra sol.
- 3 Item Lux consolacionem, exhilaracionemque conscientiae in seipris significat, Mich. 7. Cum sedero in tenebris, Dominus lux mihi, Educat me ad lucem. 4 Ite Hebraei pro vita, quomodo & Latini, quum dicunt: Tu mihi hac luce charior es.
- 5 Item pro doctrina ac sapientia, Hiob. 8. Et iam lux impiorum. Sic Hiob cap. 31. Si vidi lucem quod luxit, & lunam preciosam incedentem. Felicibus sol lucere, & luna preciosius ac iucundius incedere, quodammodo prouerbio dicitur.
- 6 Aliquando Deum ipsum, id est, totam trinitatem. Aliquando Dei filium. Iam vero pios viros. Iam sacras literas. Nonnunquam Euangelij promulgacionem. Alias sanctam Ecclesiam ostendit. De Deo legitur: Deus lux, & tenebrae in eo nullae sunt. De Christo autem: Ego sum lux mundi. Item: Erat lux vera. De sanctis: Vos estis lux mundi. Item: Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. De scriptura sacra: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Item: Qui benefacitis, attendentes veluti lucernae lucenti. 7 Est etiam Lumen illuminatio fidei, vel donum spiritus sancti. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.
- 8 Item: Lux, iustitia est fidei. Qui diligit proximum, in lumine est.
- 9 Item lucerna Euangelij praedicationem significat.

LVCERNA.

- 1 Lucerna, verbum Dei dicitur, partim quod qui hoc verbum sequitur in errorem impingere non possit. Vnde Psalm. 119. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitarum tuarum.
- 2 Lucerna Israelis, Periphrasis Israel est. Id autem propter aeternos ignes, qui de Mosis instituto iugiter alebantur purissimo oleo. Esa. 14. Erit autem lucerna Israel ignis.
- 3 Lucernam incendere, est idem quod annunciare siue praedicare, nam ideo lucerna accenditur, hoc est, praedicatur, vt omnibus qui sunt in domo, hoc est, in Ecclesia Dei, ad Heb. 3. Lucerna posita super candelabrum, est in paratulo. Non potest enim occultari lucerna verbi operibus bonis, prodit se cor purum operibus bonis, probatur, ob quod

ob quod enim aliud verbum Dei in Ecclesia praedicatur, nisi vt rete-
gantur ex multis cordibus cogitationes, Luc.2. Marc. 4.

LEPRA.

- 1 Clarum est ex 13. cap. Leuit. quod Moses omnem scabiem, diu-
sum colorem, siue pustulam in cute, & sanguine ortam, lepram vocet,
vnde conciliari possit morbus ille immedicabilis.
- 2 Lepra autem designat proprie doctrinam hereticam, quae vt can-
cer serpit. Et vt paucis perstringam omne contagium impietatis, ideo
diligenter cauendum ex iudicio, & ministerio Leuitarum. Modicum
enim fermentum, totam massam corrumpit.

LAPIS.

- 1 Nonnunquam Hebraei Lapidem pro eo plumbulo, quod in virga
Geometria perpendet, accipiunt, Sic fieri potest, vt & Esa. 34. Et pon-
dere exinationis expendet: de perpendiculi lapillo loquitur. Alias tam-
en ponderum lapides absolute Lapides vocant.
- 2 Lapis angularis siue angulus, Christus est, duos parietes, Iudaeo-
rum & gentium in vnitatem fidei, spiritus, & pacis coniungens.
- 3 Item lapidis nomine veniunt Apostoli & viri pij, siue opera ius-
titiae & fidei.
- 4 Ad hoc Iudaeorum populus lapis.
- 5 Similiter Lapides duriciam cordis genitam exprimunt. Potens
est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.
- 6 Item duriciam cacadaemonis, & Antichristi mentem excaecam
& induratum, Cor eius indurabiliter tanquam lapis. Sic cor Nabal
emortuum eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.
- 7 Sic Lapides & puluis Zion, significant homines. Vnde constituen-
da est Zion siue Ecclesia ex viuus lapidibus, vt Apoca. 21. & Psal. 101.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, hoc est, angelis, prophe-
tis, doctoribus. Et addit: Et puluerem eius miserebuntur, hoc est,
omnes miseratione commoueuntur, super puluere, contritione &
vastatione Zion. Cuius lapides, principes & pastores iudicio tuo ab-
iecti sunt, & puluis reliqui populi conculcantur a gentibus, ab impijs
principibus mendacibus & lupis, qui se pastorum persona venditant.
- 8 Nam puluis nonnunquam pro terra sumitur, more Hebraico, vt
Iob 20. Ferrum de puluere sumitur. 9 Lapis ferro politus, culter
est in scriptura, vel lapis tonsus vel rasus quoque dicitur, Exo. 20. Non
vteris illis politis, vel rasus vel confis pro aedificio. Et cultrum vsurpat
scriptura pro quocunque instrumento.

LEO.

- 1 Leonem interdum scriptura pro regio accipit fastu. Dormisti,
inquit Propheta, vt Leo & catulus leonis, qui excitabit eum?
- 2 Interdum pro rapina, vt Leo, inquit & rapiens, & rugiens.
- 3 Item, Leo, fera truculentissima & in aliorum animantium perniciem
viuens,

- viuens, quandoquidem naturam habet Christianis moribus plurimum
dissimilem: non absurde efferata hominum monstra nobis referet, qui
in hoc solum sapiunt, vt quaerant quae sua sunt, non quae Iesu Christi.
- 4 Leo Christi regis inuictissimi typum gerit, Ecce vicit Leo de tribu
Iuda, radix Dauid, Nimirum Christus est leo malis, qui suis est agnus.
 - 5 Leones, Ecclesiae praefecti intelliguntur. Vnde in templo Domini,
leones cum bobus ex aere in basibus templi fieri mandantur.
 - 6 Item pro diabolo vsurpatur. Sic Petrus: Aduersarius vester diabo-
lus tanquam Leo rugiens circuit, quaerens quem deuoret.
 - 7 Antichristum quoque adumbrat. Sedet in insidijs in occultis sicut
Leo in cubili suo. 8 Item Leones sunt potestates mundanae. Grex
dispersus populus meus, Leones eiecerunt eos.
 - 9 Item & pro principibus, Ezech. 19. Quare mater tua leana, inter
leones cubauit, in medio leuncularum enutriuit carulos suos.
 - 10 Leonis imagine, praedam corripientis & dilaniantis ferociam &
ardorem, se perdendi hostium, Psalm. 7. & alibi scriptura exprimit.
 - 11 Catuli leonum, maligni sunt daemones, prauis homines, & mi-
nistri Antichristi: Catuli leonum rugientes vt rapiant.
 - 12 Item Iacobcatulus leonis dicitur in vaticinio, Esa. vigesimo pri-
mo. Et clamauit Leo. De qua loquutione supra.

LUMBUS.

- 1 Lumbi carnis libidinem exprimunt aliquando, adfectus enim is
in lumbis situs est, vt Gene. 46. de Iacob. Vnde cum Hebraei lumbos
aut femora dicunt, ad promissi seminis generationem & testamen-
tum alludunt, Gen. 35. Reges de lumbis tuis egredientur, vt in lumbis
symbolum generationes.
- 2 Item per lumbos aliquando animi fortitudinem & virtutem acci-
pit scriptura. Vide Hysichium libro primo in Leuit. cap. 3.
- 3 Praecingere, succingere, accingere lumbos, est mortificare volupta-
tes, corpus Deo offerre. 4 Praecinctum lumbum esse, est fortem
esse, quod D. Paulus dixit. Stare in pacia Euangelio, id est, gloriari in
persecutionibus, Rom. 5. Esaia 4.
- 5 Sic corporaliter Succingere lumbos, aliud non est quam castitas. Si-
cut Esa. 11. Iustitia cingulum lumborum eius, & fides dictionum eius.
De hac spiritali cinctura Petrus loquitur in prima epist. 1. cap. Suc-
cincti lumbis mentis vestrae, Et Luc. 12. praecincti lumbis.
- 6 Et Accingere lumbos, est quoque agere omnia strenue, & virili
animo asidueque esse in negocijs domi & foris agendis.
- 7 Ecce contra lumbos dissoluere regnum, est eneruare, vt nihil dextre agatur.
- 8 Lumbos impleri defectione, est infirmum & imbecillum esse.
- 9 Sicut econtra Succingere lumbos, strenuitatem significat.
- 10 Sic alibi, Aperire lumbos inimicorum, id est, imbecilles & infir-
mos facere, ita vt repugnare nequeant, & sunt effeminati,

DIVINAE SCRIPTURAE

11 Proinde in scripturis Evangelicis, Accingi libros strenuitatis symbolum est. 12 Lumbis denique impingere, signum est doloris ingravescentis, cum lumbis manus impingunt parturientes. Sic Hieremias 30. Cum summam comminetur moestitiam civibus suis, dicit se iam videre, vt parturientium ritu doleant, hoc enim velut symbolo dolo- rem circumscribit.

LASCIVIA.

1 Lasciviam D. Petrus vocat 1. Petri. 4. quando procacibus verbis aggestibus animi libido proditur, etiam si opus non sequatur, & loquendo tantum atque audiendo intemperanter te geras. Vnde mox et praeva desideria succenduntur, & ad factum nonnunquam progreditur. Inde nasci solet idololatria. Ambulantes in lascivijs, ait Petrus, cupiditatibus & violentijs. 2 Lasciui re vel stertere in cubilibus, est corporis voluptati studere, tñ stertendo ultra modum impudicis alijs gestibus, atque operibus, quae a fatibus & bene portis, atque ociosis ac pigris ventriculis in cubilibus solent admitti, tam die quam nocte, tam solitarijs quam in congressu & conuentu aliorum, quae omnia etiam naturales tenebras, atq; loca occultiora requirunt, quae sunt à D. Paulo per cubilia atque lasciuas designata, Rom. 13.

3 Nam commessari et inebriari, est supra modum corporis necessarium, vel bibere vel edere.

LAQUEI.

1 Laquei sunt scripturae, doctrinae, siue ex diuinis deprauatae, siue ex humanis confictae. Quae non modo opinionem, sed conscientiam quoque laedunt. Sicut 2. Timoth. 2. Respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. Praecipue pluraliter, vt diuersi generis errores accipiamus, quibus tamen sic capitur, vt nihil quam laquei videantur, ita fulgente specie veritatis & pietatis. 2 Quid aliud est verbum Dei peruertere, & opinionibus hominum contaminare, quam laqueos animabus ponere, vbi veritatis Dei obtruncat errorem sequitur.

3 Sic apud Iob 22. Laquei sunt pericula, Tenebrae anxietatem, Aquarum vis aceruum malorum, cui resisti nequeat, significat.

LIBER.

1 Liber idem est quod relictus siue derelictus, & libertas derelictio, vt Psalmo. 87. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut & Paulus Rom. 6. cum inquit: Serui estis peccati, liberi eratis iustitiae, id est, derelicti, 2 Liber inter mortuos, quicumque hanc vitalem auram captamus, mori sumus obnoxij: atque aded gehennae. Nec quisquam est qui ita sic solucendo vt seipsum etiam queat redimere: tantum adest, vt fratrem, aut alium quem malit. Sic enim docet Prophe- ta Psalmo. 48. Frater non redimet: redimet homo? & dabit Deo vnde placeat? Cum viderit sapientes morientes: simul insipiens & stul-

PHRASES.

tus peribunt. Itaque Psalmo 87. Vnus atque aded solus describitur Christus Dominus, qui inter mortuos habeatur liber, ac facile possit redimere debitores, modo se illi fide sincera commodent.

3 Liber vitae, in quo electi scripti sunt, quibus Christus dicit, Gaudere quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Impij delentur ex eo, vt Psalmo. 69. Deleantur ex libro viuentium, & cum istis non scribantur, quomodo delentur è libro, qui nunquam in eo scripti sunt. Respondeo. Ipse se exponit, dicens: Cum electis non scribantur, vt hoc sit deleri è libro vitae, quod cum iustis non scribi.

4 In summa Deleri de libro viuentium, nihil aliud est, quam declarari non esse adscriptos, id quod in Psalmo 69. subiicitur. Cere- rum libri, in quo electi inscribuntur, meminit & Moses, Exod. 32. Id nihil aliud quam aeterna Dei electio & praedestinatio, quam indubi- tata vocatio & iustificatio sequitur, Romanorum. 8. Sic ait Psalmo- graphus: Dele eos de libro viuentium, hoc est, extingue ex eorum num- mero, quos ad vitam delegisti. Datus est filio seruandus, qui neminem eorum quos pater donauit, abijcit, neque rapere quisquam illos potest de manu eius. Vnde & vir Dei Moses, quum expungi peteret, est ea petitio tanquam absurda à Deo reiecta. Similis imprecatio est in Psalmo. 109.

LECTVLVS.

1 Id quo fidemus, in quo conuiescit animus, designat. Prouerb. 26. Sicut fores in cardine suo voluntur, sic voluitur piger in lecto.

LABORARE.

1 Laborare significat nonnunquam anxium & in magna difficultate esse. Ita enim Esa. 52. accipitur pro eo quod laborauit anima eius, id est, vehementer anxiosa fuit, sicut ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem, & David Psal. 6. Laboraui in gemitu meo &c significat an- xium, & in magna difficultate sese fuisse. Sic, inquam labor cogit, vt tã ardua & grandia sit promptus, tñ facere, tum pati, Beati qui lugere,

2 Item pro penuria laborare vtuntur Hebraei Latini quoque eleganter quidem. Laborant bonae literae. Sic & Hebraei nonnunquam, vt Exod. 7. hoc verbo נָזַח vsus est Moses: Aegyptij carebant aquis. Et laborabant Aegyptij ad bibendum aquam de flumine, dicit Hebraeus.

3 Praeter alias significantias, dicitur Deus & fatigari loquutione Me- taphorica, cum diu per patientiam & longanimitatem eos tulerit, qui meriti poenas pro peccatis, & ultra tales ferre non vult. Vide Malachiam,

4 Laborantes & oneratos vocat Christus, qui iam peccata sua sentiunt, & pauperes spiritu existunt, quod non alij, quid Christus sit, agnoscere queant, Satisfactio enim est pro peccatis, mediator & inter- cessor eorum, qui iratum DEVM timent.

5 Lugentes sunt hi, qui pressi magna calamitate plangunt & lamē-
tantur,

tantur, qui tamen, simulatque Christo fidem habuerint, gratiam patris promittenti, non possunt non magnifice consolari.

LABOR ET DOLOR,

1 Duæ illæ Hebrææ voces. Auen & Amal, quas possumus afflictionem & laborem vertere, sapius maxime in Prophetis coniunctim ponuntur, opusque est ut nobis familiares faciamus, geminum enim vsum cõplectuntur. Alter quo nauſeam et grauumen significant. Hoc opus, hic labor est. Ita & Psal. 89. de senio confectis ait, Quod si diu vixerint ad 80. annos perueniunt, quod supra est. Auen & Amal, est afflictio & miseria, vel labor est, eo quod tenum difficilis & infelix res vitaque sit. Alter, quod iniquitatē, nephas et maliciam significant, quo modo prophetis in vsu est, vbi in impios inuecti, pessimam illorū vitā afflictionem & laborem nominant, vt Psal. 9. de Antichristo ait: Sub labijs suis afflictio & labor. Idque eam ob causam. Pseudodidasculi enim impij, homines, sua malicia, & mendaci doctrina, multum alijs damni dant, quippe quos deglubunt, detrahunt aliquid rei, premunt, seducunt. Quemadmodum et nos verbo infortunij gemina via vitimur. Primū, quod simpliciter sinistrū euentū accidentē; damnū significat, quod sine peccato sit. Secūdo, quod etiam scelus & *κακότητις* denoret, vt si verbo quispiam aliquid mali decernat secum dicere solemus. Ille infortunium instituit, id est, scelestū facinus, per quod alijs, dein & ipsi malū obuiaturū sit. Huiusmodi autem differentia et vsus, ex oportunitate linguarum & historiarum accipienda sunt. Scriptura interdum iniustitiam nominat. Hinc in Prophetis iustitiæ hominum, labor & dolor appellantur. Quia in his iustitijs sine charitate multum est operis & laboris, & nullus fructus. Et Psalm. 139. Labor laborum ipsorum operiet eos. Et Psalmo septimo. Ecce parturiet iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, id est Auen, hoc est, laborem parturit, dolorem, anxia studia depingit. Metaphora sumpta à mulieribus parturientibus. Notat autem Psalmus ingenij & prudentiam calumniatorum, qui dum innocentiam festinant opprimere, impatientissimi sunt moræ, magisque in hoc intenti, vt prius expleant animi sui malitiam, quam prudenter consultant, prius incipiant, quam deliberent. Non enim ratione & consilio, sed imperu & temeritate feruntur, ideo factum malunt, quam consultum. Expleto autem flagitio, dum demū ineunt consilia, quibus recte factum queat tueri. Sic Absolom aiebat: Inite consilium, quid facere debeamus. Sic Iudæi Christum prius comprehenderunt, postea quærebant falsa testimonia. Sic Ecclesiast. 10. Labor stultorum adliget eos, & sapius eodem libro: Vanitas & afflictio: Ita etiam prædixerat Dominus Mosi, populum Israël se esse traditurum in manus hostium, vt ibi seruirent dijs alienis, qui non darent eis requiem, nec die nec nocte, & Dauid Psalmus 13, Contritionem & infelicitatem. Et alibi scriptura

ptura vocat vastitatem & inquietudinem, Viæ difficiles, Sapi. 5.

LIBANI.

1 Libani significant principes, qui rebus Reipub. optimè præfunt, quod nō in vno loco in scripturis habetur, vt Esaiæ secundo, decimo, & sexagesimo capite. Nam scriptura solet non in vno loco principes Abieribus, Buxis, Libanis, Cyparissis, adsimilari, vt in litera A, patet.

LEVARE.

1 Verbo leuandi Hebræi vtuntur, quomodo Latini eleuandi. Eleuari auctoritatem alicuius quam dicunt, intelligunt contemni, susque deque haberi. 2 Item Hebræi vtuntur pro excindendi & spoliandi verbo, vt Hieremiæ 4. Nam pro remittendi verbo Moses vsus est, Genesi. 8. An remississent aquæ, Esaiæ 9. Primo tempore alleuiata est terra. 3 Leuare manum significat præualere, & potentem esse in opere, seu ostendere & exercere virtutem, vt Esaiæ 49. Ecce leuabo ad gentes manum meam. Et Psal. 73. Leuo manus in superbias eorum. Leuare manum ad Dominum, est gestus orantium, vt Psalmo 27. Leuat Moses manus. 4 Aliàs leuare manum, idem est quod iurare, vt infra dicemus. 5 Item leuare manum vel sustollere in cœlum, quoque non iurantibus habitum indicat, sed potestatis indicium est, vt Ioannes in sua Apocalypsi capite decimo. Leuauit manum suam ad cœlum. Vides illic quod iuret per semetipsum, qui manibus extrema cœlorum coniungit, pedibus terra & mari superior sese illorum omnium Dominum indicat. Et Danie. 12. eodem modo loquitur cap. 10. Leuauit manum meam ad semē domus Iacob. Quia id iurantium est, pro iurare accipitur. 6 Ita non diuisimili tropo Leuare pedes, significat velocem esse in via, vt Gene. 29. Vbi nos habemus: Profectus ergo Iacob. Hebræus dicit. Et leuauit pedes suos Iacob. 7 Leuare autem peccatum dicunt Hebræi, pro, parcere ac dimittere, Gen. 4. Maior est iniquitas mea, &c. Et capite decimo octauo. Et non parces loco propter quinquaginta, id est, non tolles *נשתי*, tum leuare significat, tum parcere. 8 Leuare caput, vbi scripturæ regnum & potestatem significat, vt Psalmo 109. Exaltabit caput, id est, eleuabitur super omnes. Et Psalmo 3. Exaltans caput meum, id est, eleuauit me, & in sublimi constituit me. Iuxta illud 3. Regū vltimo: Subleuauit Rex Babilonis caput Ioachim Regis Iudæ, &c. Hic pater clare, quod Subleuare caput, sit ipsum hominem exaltare, & in regnum ac gloriam collocare. 9 Igitur leuare caput, pro restituere integrum, inque priorem statum. Et leuauit caput pocillatoris. In Genesi & supra tractauimus hunc tropum in litera C. 10 Leuare signa, nonnunquam Hebræi de quouis signo aut simbolo dando ad aliquid designandum aut annuendum. 11 Interim verò pro, signum militare proferre, ac proponere, vt milites dent nomina, accipiunt Esaiæ 5. capite. 12 Leuare vel magnificare plantam vel calcaneum. Scri-

peura pro magnificare supplantationem, oppressionem intelligit, quem enim calcaneo truferis & supplantaueris, prorsus habes prostratum, Ioannis 13. 13 Quid autem sit supplantare, suo loco tractabimus. Et Psalmo. 41. Magnificauit contra me calcaneum suum.

14 Item leuare gemitum, est valde lugere. Hieremiae. 9.

LAVARE MANVS.

1 Manibus opera, ac omnem externam vitam attribuimus. Sic enim ait David Psalmo 62. Lauabo innocentia manus meas, intelligit vitam suam puram exhibiturū se, dum manus loturum se dicit: Allusit David verò hoc dicto ad frequentia veteris populi baptismata. Fieri quoque potest, vt ad ritum precantium respexerit. Solent enim serio precantes manus ad caelum tendere. Nihil ergo hic nisi vitæ puritatem & innocentiam professus est.

2 Lauare pedes. Nequaquam scriptura pedum tantum lotionem exigit, sed veræ dilectionis officia quæuis. Synecdocha enim est, vt ex eo quod seruilissimum videtur, omnia officia intelligas, vt Ioan. 13. Qui namque eò se dimiserit, vt ex sincera dilectione etiam hosti, nedum fratri lauet pedes, quid ille ministerij, quid officij detrahet? Abigail illa dicebat nauitijs Dauidis: Ecce me famulam tuam quæsiui in ancillam tuam, vt lauem seruis Domini mei pedes, significauit vsque adeo morigeram fore se Dauidi, vt ne quidem lauare pedes seruulorum eius detrectatura esset. Sic & D. Paulus accipit lauare pedes, quum viduam requirit, quæ lauerit pedes sanctorum, id est, quolibet ministerio illis inseruiert, 1. Timorh. 5.

LONGANIMIS.

1 *Μακρόθυμος* dicitur, qui suum furorem compefcit, & in longum protrahit sero puniens, cuius furor non ilico efferuet, sed maxima interponit interualla, vt detur peccantibus respiciendi locus.

2 Longanimitatem D. Paulus à tolerantia distinguit, vt Roman. 2. Diuitias bonitatis illius & tolerantiae & longanimitatis contemnis? Est verò hoc nomen ex lingua Hebraea mutuatum, ea enim in Psalms & alijs locis scripturae.

3 Deus identidem prædicatur lentus ad iram, vt intelligas non tantum tolerantem, qui malum ferat: sed qui etiam differat ultionem, atq; ita se gerat, vt qui malit noxam condonare quâ penas de peccatoribus sumere, quamlibet meritas, quamlibet etiam ad id prouocetur. Atque ita intelligimus longanimitatem latius patere quam tolerantiam.

4 Tolerantia est, quum iniuriam quis fert: Longanimitas, quum non fert modo, sed etiam ira fert vt de ultione ne cogitet quidem, ne male cuiquam in vindictam precatur. Inuenias namque qui multa ferant atque tolerantes maneant, sed cogitant tamen, erit tempus vt istis rependatur, idque quodam modo optant tempus appetere: at longanimes etiã optant, ne aliquando talionem qui ipsos laedunt accipiant, sed magis vt respiscant & consequantur salutem, De qua longanimitate D. Paulus ad Colossi. 1. capi.

L.V.

LVPVS.

1 Lupus raro in bonam, sæpius autem in malam partem accipitur. Nam aut diabolum notat aut pseudopphetas & impios doctores. Lupus rapit & dispergit oues. Item hypocritas & dolosos. Intrinsicus sunt lupi rapaces. Item Ecclesiæ persecutor lupus est.

2 In bonum de diuo Paulo acceptū legitur: Beianin lupus rapax.

3 Lupi vespertini. Lupus natura rapax, prædæ inhians ac sanguinolentus: Vespere tamen longè rapacior est, quum totum diem cucurrerit, & ita ad vesperam famelicus sic, vt idem sint vespertini lupi quod famelici, qui diu cibum non gustarint, vt & Zoph. 3. ait de falsis doctoribus vel principibus: Pastores illorum sunt lupi vespertini, qui nihil residuum ad mane sinunt. Sic & Abacuc primo capite: Equi eius velociores sunt pardis, & festinantiores lupis vespertinis. Alioqui lupos ex deserto transferunt: nam vtrunque ex Hebræa voce intelligi potest. Vult autem Abacuc quod pardi & lupi celeres sint, non quod natura velocioris sint cursus præ cæteris animantibus, cæterum quod festinent, & auide ad prædam inhient, dum fame diuexantur, & minore misericordia lacerent & prædentur. Assimilat itaque Babylones pardis ac famelicis lupis, quod festinent & vrgeant ad prædandam & perdendam terram Iuda, & id agit vt hac comparatione terreat, & ad emendationem sui populum illectet & alliciat.

LINGERE TERRAM.

1 Significat subiectionem & prosternationem. Sic Psalmo 72. amplitudinem regni Salomonis describit & canit, Incuruandos Ziim, & inimicos eius terram lincturos, hoc est, prosternendos, vt ore terram contingant, ad testandam subiectionem. Mos enim Orientalium hodie est, quum regem adeunt, vt aliquoties terram coram eo deosculentur. Quod autem Solomon adusque promissæ terræ terminos regnū obtinuit, Christi typum gessit, cui pater subiecit totum orbem, imò & caelos. 2 Sic & Michæ 7. Lingent puluerem, id est, pauebunt, terrore agitantur.

LVGERE TERRA.

1 Lugere terra dicitur, quando omnino destituta cultoribus suis, in squalorem & solitudinem redigitur, Esaie 33. & Hoseæ quarto cap. Propterea lugebit terra.

L AETARI.

1 Verbum Lætandi ad voluptatem impiorum conceptam ex piorum persecutione pertinet, Mich 7. Ne læteris inimica mea super me quod cecidi, confurgam: quum sedero in tenebris, Dominus lux mihi. Psalmo 88. Exalcasti dexteram deprimentium eum, & lætificasti omnes inimicos eius. Et Psalmo 136. Memento filiorum Edom in die afflictionis nostræ, qui dicunt: Exinanite, hoc est, nostris malis gaudent.

L.VNA

- 1 Luna in scripturis pro mutabilitate huius mortalitatis ponitur, hoc est, mortalitatem carnis huius, propter augmenta & detrimenta, propter transitoriam speciem, Augustinus in Psalmum 88.
2 Luna Ecclesia est, sententia Rabani. Item martyrum passio. Item huius seculi vicissitudo. Aliquando mentis humanæ incōstantia. Stultus vt luna mutatur, quia vir duplici animo est in omnibus vijs suis, Hæc ille.

LVDERE.

- 1 Ludere dicuntur magnæ beluæ marinæ, quando vastis corporibus suis ingentes faciunt maris commotiones, deuorant minora animalia, & euertunt naues cum hominibus, Psalmo 105.

MANVS.



MANVS Hebræis varie significat, nunc locum rei alicui adiacentem, nunc ripam. Ita & mare dicitur spatiosum manibus, hoc est, lictoribus ac ripis. Nunc pro parte, ora & latere, Esaia vigesimo octauo et decimo capite. Et baculus ipse mittendus in locum eorum, siue in manus eius, aut in manibus eorū, id est, Israëlitarum. 2 Sic Manus scriptura pro qualibet functione & negotio, quibus vimur, videlicet ad sustentandam vitam nostram accipit. Hinc D. Paulus iubet viros manus suas puras ad cœlum sustollere ad Timotheum, id est, quisque gerat functionem suam, vt Deo placeat. Item Esaia dicit: Vestra holocaustomata nolo, quia manus vestræ sanguine plena sunt, hoc est, vestra omnia negotia, vestræ functiones, & cum quibuscunque rem & negotium habetis, hunc defraudatis. Hinc D. Paulus iubet, vt quisque manu sua laboret, non solum externos illos labores intelligit, sed potius vt quisque seruiat suæ functioni, suam negotiationem administret, suum officium exequatur. 3 Aliquando potestatem significat, vt est illud Psalmographi: In manibus tuis tempora. Et Iacob dicit ad Iudam: Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, Hinc Hebraismus Hebraicus ille. 4 In manus esse dicunt, quum nos in potestate aut facultate esse, aut denique copiam esse dicimus, Esaia 3. Ruina hæc in manu tua. 5 Item pro tutela, vt Esaia 60. In manu Domini, hoc est, in tutela Domini. 6 Quid sit in manu inuenire, in litera I, habuimus, in verbo Inueniendi. 7 Interdum pro bona operatione, vt Deum exquiri sui manibus meis, id est, operibus & factis. Vnde manus peccatorum & impiorum sunt speciosa opera siue facta, quibus facile quis seducitur. Christus vocat operarios iniquitatis. Et D. Paulus ad Philip. 3. Cauete malos operarios. Malachia 1. Vestra manus facit hæc, id est, opera quæ proficiuntur ab incredulitate. Nam conficiendi negotij

abso-

absolutam rationem manibus serè tribuimus, vt Psalmo vigesimo secundo. Et manibus operamur vt videre licet. Sic & Psalmo 134. Adorauerunt opera manuum suarum. 8 Item manus nonnunquam ponitur in scripturis pro violentia & oppressione & plaga, vt Exodi 14. Liberauit Israël de manu Aegyptiorum, hoc est, de tyrannide & violentia & seruitute. 9 Manus per Meronomiam sæpe significat studia & facta, Psalmo septimo, vt patuit. 10 Manus & brachium Domini & dextera, fortitudinem, auxilium & robur in scripturis significat, Numeri vndecimo. Nunquid manus Domini inualida est? Manus Domini abbreviata non est. Et Luca 1. capite: Manus Domini erat cum illo, hoc est fortitudo, &c. 11 Atqui Dauidi familiare videtur, manum Dei pro vindicta & graui plaga eius accipere, vt Psalmo nono: Tradas eas in manus tuas. Et Psalmo vigesimo: Inueniatur manus tua in inimicis tuis. Item Psalmo 38. A fortitudine manus tuæ Domine, propter id quod Exodi dicitur: Viderūt Aegyptios mortuos super lictum maris, & manum magnam, quam exercuerat contra eos, Et Deuteron. 32. Si acuro vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his qui me oderunt retribuam, Esaia 9. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Quia manus Domini tetigit me. Vnde ad Hebræos decimo capite, Horrendum est incidere in manus Dei viuientis. Sic videmus sæpe in Psalmis pro plaga, correptione & furore castigationeque, vt Psal. 38. Nam sagittæ tuæ in me tortæ sunt, & vrget me manus tua. Hic sagittas & manum, plagam Dei vocat. 12 Cæterum manus Dei extenta, ira Dei est ad percutiendum parata, Esaia decimo quarto. Manus eius extenta, & quis retrahet? Eiusdem 31. Dominus extendit manum suam, & simul omnes impij deficient. De qua loquutione & supra in litera D, Esaia quinto. Sed ultra extendit manum suam. Periphrasis est irati & minantis Dei, quandiu mores nostri non mutantur. 13 Per manum excelsam, Numeri 15. capitur in Hebraismo מַגֵּבָה, id est, per manum, sæpe loco præpositionis per, vt, Loquutus est per manum Prophetæ, Fecit per manum Mosi. Sic Numeri decimo quinto capite. Per manum superbam, id est, per superbiam, per temeritatem aut per imprudentiam. 14 Manus custodire, est esse innocentem, & neminem adficere iniuria, vt Esaia 36. Et custodiens manum suam, ne faciat omne malum. 15 Manum leuare. Mos erat apud Iudæos in præstandis iuramentis leuare manus, absolute idem est quod iuramentum præstare, siue iurare. Et sicut manuum elevatione iuramentum Hebræi intelligunt, ira etiamnum apud nos fieri solet, vt qui iurent manus ad cœlos leuent, Gene. 14. Leuo manum meam ad Dominum, Q. d. Moses: Testem inuoco Deum illum magnum & excelsum, possessorem cœli & terræ, cui ego fido, quod nihil capiam

capiam ex omnibus quae tua sunt, Exodi 6. Inducam vos in terram qua leuavi manum meam, id est, quam iuravi, vel pro qua iuramentum praestiti, quam pollicitus sum. Et illud: Eleuauit dexteram suam ac sinistram in caelum, Sic Dominus Exodi 17. per thronum suum, nimirum rem sempiternam, immutabilem. 16 Aliàs Leuare manum pro praualere. Superius in littera L, dictum est. 17 Manus supra caput collidere vel copulare. Est symbolicus sermo, quo significatur summa coestitia, Hie. 2. Et manus tuas supra caput tuum copulabis, pro, in summa angustia & moerore esse. Antiquitus enim mulierum animo male affectarum mos erat, super caput manus utraque; conserere, quemadmodum Thamar ab Amon vitata fecit, Regum 13. capite. 18 Manum ponere super os, est obmutescere, obstupescere, siue obsistere ad subitam iram Domini. Quales Philistinum facti sunt in exitu Israelis ex Aegypto, Exodi 15. Et qualis ille, qui sine veste nuptiali, Matth. 22. ad cubitum in nuptijs Domini. Habes hanc loquendi figuram Iob 39. Mich. 7. Videbunt gentes & confundentur ab omnipotentia, ponent manum super os, aures eorum obsurdescent. Quae est poena impietatis ad gloriam Domini reuelata, obruens impios. Veterum etiam proueria habent: Harpocratem, qui digito premit labellum, silentium imperare. 19 Manus extensio et colligantia significat impias confederationes, & (vt vocant practicas) in ordinandis & creandis magistratibus. Manuum enim vel digitorum extensione olim iuffragia populus dabat, qua impietate fraudes maximae contingunt, Esaia 58. Si amoueris de medio, qui iugum protendendo digitum, & loquendo iniquitatem. Septuaginta interpres dicit: Si abstuleris a te colligantiam & extensionem manus. 20 Item, Agitare manum, est imitari, Esa. 19. 21 Atqui mittere manum, non semper de auxilio, sed etiam de vindicta & percussione exponitur, vt ex cap. 1. Iob & multis alijs locis patet. Et Iob 30. Veruntamen non in tumultu imittes manum, id est, non fauies in mortuos, sed placaberis. 22 Manus in manu. Prou. 11. viderur conpirationem impiorum inter se significare, adeoque vehementem conatum, vt sit sententia: Impij parant sibi vires quibus se tueantur, inter se conspirant ne regnum amittant. Sicut Psal. 16. inquit: Adipem suam concluserunt, hoc est, vires suas coniunxerunt. 23 Manum in sinum immitti, est captare ociosum & iucundum genus vitae, fugere crucem, quemadmodum illi descripti sunt Amos sexto capite: Dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis. Sic & frigus significat fugam laboris & crucis, Proue. 20. capite. 24 Manibus maculam adharere. Hac loquutione vsus Iob 31. Idem est quod alicui aliquid rapere, aut per vim, aut per fraudem. Sic inquit: Si declinauit gressus meus a via, & post oculos meos iuit cor meum, & in manibus meis macula adhaesit. Et Graecus acceptionem, imò contrectationem munerum, maculam interpretatur.

25 Manus pro propheta vsurpatur, vt: Manus Domini tetigit me, id est quod est propheta grauior, quae & onus ab alijs dicitur. 26 A facie manus, id est, propter prophetiam quae manus dicitur, Hieremias 15. A facie manus tuae solus sedi. Et Ezechielis 1. & 3. capi. Manum Domini prophetiam vocat, ob vehementiam qua manus organum est agendi faciendique res nouas arte pro arbitratu hominis, simulque vim humani ingenij velut explicandi: Et alibi: Ad hos non misit Deus manum suam, sicut ad Molen. 27 In manu seruatorum suorum. Hac loquutio non transit in linguam Latinam, quae tamen frequens est Hebraeis, & in nullo sermone Prophetarum non inuenitur. Verbum quod loquutus est per manum seruatorum suorum Prophetarum. Dominus alloquutus est eos ministerio Prophetarum suorum: aut consimilis aliqua promissis Prophetis loquutus est Dominus, & caetera. In manu seruatorum suorum. 28 Breuiter. In manu Esaia, Haggai, &c. significat ministerium Prophetarum. Namque organa sunt spiritus sancti, & dispensatores mysteriorum Dei, quae quasi per manum expendenda receperunt, vel vt quis dispensaret pecuniam vel thesaurum, per alium diceretur facere in manu illius, vt: In manu Esaia, id est, per Esaia, tanquam organum & dispensatorem mysteriorum suorum. Sic in manu Malachiae, in manu Haggai, ministerio Haggai, quia spiritus sanctus Haggai illo tanquam organo diuino vsus est, per quod verbum suum, sicut quis pecuniam per manum serui dispensare solet. 29 Manus in loco non habet formam pluralis numeri apud Hebraeos, sed affixum pluralis numeri singularem formam ad se trahit, tanquam dignior numerus inferiorem, Plurali enim isti honoris locovtuntur. Hinc Deos plurali numero, non aliter quam Graeci & Latini Deum vnum, multo saepius quam singulariter appellant. Sic Esaia 10. cap. In manibus sui, vel in manu sui. 30 Manum adhaerere ori, quod superstitiosa reuerentiae indicium Aegyptijs non rarum, Iob decimotercio capite: Et seduxit se in abscondito cor meum, & adhaesit manus mea ori meo. 31 Atqui impositio manuum fuit Hebraeis admodum familiaris, vbi aliquid commendabatur vel offerebatur Deo. Sic Iacob imponit manus duobus filijs Ioseph, Genesis 48. Sic manus super caput hostiae immolanda ponitur, Leuiti. primo. Sic Christus imposuit manus super paruulos, & de credentibus dicit: Super aegros manus imponent, & bene habebunt. In sacra scriptura manuum impositio est elementum aut materia Sacramenti ordinis, ad quod cum accedit verbum, fit Sacramentum. Siquidem non modo significatur, verum reuera gratia confertur ipsis ordinatis, quando ad impositionem manuum episcopaliu, inunguntur ac proferuntur illa verba, quae eius Sacramenti sunt forma. Hoc habet ecclesia, & docet ab ipsis Apostolis informata, Paulus 1. ad Timoth. quarto, & ad eundem

dem 2. primo dicit: Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum praesbyteri.

32 Manus foemoris infligere, poenitentium ac moerentium est. Hieremias 31. Percuti foemur, &c. 33 Manus confortare, Lubrica genua corroborare. Haec loquutiones apud Iob quarto capite reperiuntur. Sic namque ait: Ecce correxisti multos, & manus molles apprehendisti: Et labentem ex offendiculo statuerunt verba tua, & genua tua labantia corroborasti. 34 Quid autem sit manus molles, hoc est, solutas & remissas apprehendere, legimus etiam apud Esaiam 35. capite, & ad Hebraeos 12. Remissas manus erigite, & genua debilia roborate, & gressus rectos facite pedibus, &c. 35 Per dexteram & sinistram manum in scriptura quid significatur, explicat Chrysostomus Homilia 45. ex capite quinto Matt. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sed non hic Dominus de humani corporis manibus, quibus nec videndi nec loquendi vllus est sensus, sed in manu dextera aut sinistra homines significantur. Denique scriptum legimus in libro Regum, manum homines significare, quum dicitur: Nonne decem mihi manus sunt contra hominem? id est, decem tribus in Israel! Vnde non dubium est, in dextera manu homines significari iustos, in sinistra vero peccatores intelligi, secundum quod Salomon retulit: Partes dexterae novit Dominus. Perversa sunt quae sunt a sinistris.

36 Manus saepenumero sumitur pro audacia, fortitudine, arrogantia.

37 Peccare in manu excelsa, est totis viribus adhibitis, & cum audacia atque arrogantia, & quasi per contemptum peccare, Numeri 15.

38 Manum inuenire. Vbiq; haec loquutio Hebraica significat facultatem, vires, copiam. Inuenire enim manum aliquid dicitur, hoc est, attingere posse vel suppetere, vel habere, vnde aliquid erogare possit. Nam & manus in ea lingua accipitur pro facultate, potentia, ut dictum est, ac virtute, Numeri sexto. Exceptis his quae inuenerit manus eius. 39 Manum Dei non abbreviari, est eius vires nunquam deficere, ut nullo tempore minores sint, quia nunquam sunt maiores.

M V L T I.

1 Multi, Hebraeis perinde ac Graecis pro omnibus accipiuntur, quum multi sunt vocati, id est, omnes quidem vocati sunt, per praedicationis Apostolicae verbum scilicet. Nam in Romanis aliter accipitur vocatio. Quos vocavit, hos & iustificavit. Et 1. Corintheorum decimo. Vnus panis & vnium corpus multi, hoc est, vniuersi qui Christo fidimus, sumus. Sic pro multis funditur sanguis Christi, pro omnibus & pro vniuersa multitudine. Nonnunquam interpres vertit plures, nunc multi Graecis eadem est dictio πολλοι, quam Origines positam putat pro omnibus, quo magis respondeat vnus, ut & illic: Qui pro vobis & pro multis. Sic & in Esaiam, vigesimo quarto, Multi dies tantum polent, atque omnes dies. 2 Multum, Hebraei pro immani, inusitato

& im-

& inmensum, magno, ingenti, eximio ac praecellenti in loco accipiuntur, & in Esaiam videre licet, Esaiam 8. Sicut impetus aquarum multarum abundantium. Sic multum esse, Hebraei pro satis esse Exodi nono capite dicebat Pharaos: Multum est de tonitruis Dei, satis est. Sic & Hebraei: Ora ut desinant tonitrua Dei, ut finem faciant, ut cessent tonitrua satis superque.

M A R A N A T H A.

1 Maran atha (teste D. Hierony. in epistola quadam ad Marcellam) magis Syrum est quam Hebraum. Tamen ex confinio vtrarumque linguarum aliquid & Hebraei sonat, & interpretatur מָרַן אֱתָא, Dominus noster venit: ut sit sensus, 1. Corinthiorum 16. capite: Si quis non amat Dominum IESVM, anathema sit. Et illo completo, deinceps inferatur: Dominus noster venit. Quod superstitum sic odij pertinacibus aduersus eum velle contendere, quem venisse iam constat. D. Hieronymus haec. Nec his dissimilia scripsit S. Augustinus. Sic per anathema D. Paulus 2. Corinthiorum 16. capite, soler extremum exitium significare, quod Hebraei vocant מָרַן. Quid autem sit Anathema, in litera A, satis est expositum.

M V N D V S.

1 Mundus saepenumero accipitur pro tota mole mundi, & promissa hominum vniuersitate, siue pro toto prorsus genere hominum, ut Ioan. 1. Mundus per ipsum factus est, pro vniuersitate hominum.

2 Aliquando autem tantum pro ijs, qui nondum renati sunt, & facti coelestes. 3 Et D. Paulus mundum ad Hebr. 11. pro multitudine hominum, aut ipsa creatura, aut vtrunq;.

4 Et capite vndecimo, non machinam illam immensam, sed mundanos homines intelligit. 5 Sic, 1. Corin. 5. accipitur pro infidelibus. Et apud Ioannem peculiaris est huius vocabuli vsus, ut: Mundus me odit. Item: Non rogo pro mundo. Et quum Dominus ait ad discipulos: Ego elegi vos de mundo, & mundus me odio habet, de impijs & reprobis disferit. Pro impia hominum turba, pro peccatoribus siue hominibus mundanis, pro ijs videlicet Deo pertinaciter repugnantibus, Mundus me non cognouit, & 1. ad Corinthios sexto capite: An nescitis, quod mundus, hoc est, mali & viciosi homines. Et quis mundus dicitur, Vide Cyrillum libro decimo, capite secundo, in Euangelion Ioannis.

6 Secus est quod Ioannes dixit: Sic dilexit Deus mundum, ut filium suum dederit, Ioan. 6. Et dat vitam mundo, id est, omnibus electis vbiq; gentium agent. Iam mundus sanctos & fideles notat, ut mundus credat. Et alibi. Ut cognoscat mundus. Vbi mundum nominat, Christus eos qui credituri erant, vel etiamnum in Christum Dei filium, & generis humani seruatorem credebant. Hinc & Christus mundi saluator praedicatur, hoc est, Ecclesiae catholicae.

7 Item, Cacodæmon & spiritus malignus dicitur esse princeps munda-

R di, im-

di, impiorum scilicet & peccatorum, non creaturarum Dei.

8 Quotiescunque enim Mundi figura in mala significatione ponitur, nihil aliud quam mundi illius amatores, & non Dei, designat. Totus itaque mundus suo seruit creatori, non deceptor: redemptori, inquam, non interemptori. Rabanus de sermonum proprietate.

9 Aliquando etiam ipsa terrenarum rerum ambitio mundi nomine censetur. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia omne quod in mundo est, &c. id est, omnes qui mente ipsa mundum inhabitant, & cordis amore incolunt. Sicut in cælo esse perhibentur, quorum cor sursum est, quamvis carne ipsa in terra agant. Omne itaque quod in mundo est, id est, mundi studiosi non habent nisi concupiscentiam carnis, &c. hoc est, libidinem, avaritiam & superbiam.

Nam per hæc tria, cupiditas mundani hominis allicitur & exercetur, 10 Mundus præsentis vitæ bona, id est, gloriam, opes & delicias, ad Galatas ultimo ca. denotat. Per quem mundus mihi crucifixus: mundum hic appellat non cælum neq; terram, sed res temporales, laudem ex hominibus, famulitiû, gloriam, &c. 11 Item consuevere sacræ literæ iniqua opera, & qui hæc operantur mundum dicere, ut illud: Non estis de hoc mundo, hoc est, ex ordine eorum, qui mundana pertractant. 12 Mundi spiritus, humana sapientia D. Paulus 1. Corinth. secundo capite: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. 13 Porro D. Paulus 1. Corinth. 8. mundum hunc Græciam intelligit, ac præcipue Corinthum libidine corruptissimam. Ad eum modum interpretatur Chrysostomus.

14 Ad hoc, Mundus aliquando est cumulus rerum simul repositarum, unde mundum muliebrem dicimus. Vide Iacob. tertio capite.

15 Atqui elementa mundi, de quibus & superius in litera E, habuimus, sunt Iudæorum ceremoniæ, atque hominum institutiones, ut patet ex Galatis & Colossensibus D. Pauli. Est autem Latina vox elementum, quemadmodum *στοιχία* apud Græcos: quæ declarat interitum initium & primordium rei nascentis, interim ipsas literas. Nam & Aristoteles in Physicis, interea unde cognitio rerum nascitur, recenset *στοιχία*, id est, elementa, subijciens hæc principijs & causis. Et Iustinianus libros institutionum elementa iuris appellat, veluti rudimenta. Nec ab his diuersum est quod scribitur ad Hebræos: Et quum deberetis esse magistri, propter tempus rursum necesse habetis, vt doceamini quæ sint elementa principij sermonum Dei. Et eodem verbo vsus est in Epistola ad Colossenses 2. capite, Videte ne quis vos decipiat per philosophiam inanem, secundum traditionem hominum, quæ sunt elementa mundi, non secundum Christum. Vtrobique de ceremonijs Iudæorum agit, vt hominum institutionibus, quæ velut exordia data sunt hominibus rudibus adhuc, & nondum capacibus Euangelicæ doctrinæ. Consule textum Græcum.

MAM-

MAMMON.

1 מַמְמוֹן Hebræa vox est, diuitias significat, neque simpliciter diuitias, sed exuberantes opes & supra modum ingenies. Christus Lucae 16. capi. iniustum mammonam appellat, quod indies in vsu sit iniustitiæ, sicuti dici solet: Diuitiæ addunt animum, quin & Ethnici scriptores irritamenta malorum vocarunt. Sed & D. Paulus 1. Timothee 6. Omnium radicem esse malorum cupiditatem habendi, asserit. Inde namque contentio, arrogantia, bellum, & sanguinis effusio nascitur. Ea propter & Christus iniustum mammon appellat, quod in tam scelerato vsu versetur, magnamque ad malum mortalibus ansam præbeat. Sic D. Paulus eodem idiorissimo ad Ephesios ait. Redimite tempus, nam tempus malum est, non quod tempora aut dies in sese mali sint, verum quod plurimum in illis accidat mali. Sic Roman. 2. Dies iræ & miseriz, tamen si dies in se bona sit: quia verò ira & calamitas in ea sit, nomenclaturam inde sustinere quoque adigitur.

MILITES.

1 Milites eos vocat scriptura, qui vel principibus, vel vrbibus publicæ tranquillitatis tuendæ causa, pro constituto stipendio locant operam. Atque milites quorum consilio & manu vtuntur principes, hoc potissimum nomine mala audiunt, quod suis stipendijs non contenti, falso deferendo, vim faciendo in bona aliorum inhiant. Concussio enim publica vis, est sycophantia, fraus, & cætera.

2 Militaria vocabula in scriptura sæpissime occurrunt, vbi pugna spiritalis describitur libenter vtitur huiusmodi verbis militaribus. Sic vides Hebr. nono, & Psalmo 17. Vides præinctum armorum agilem cursum, expeditas manus, fortia brachia, securi, campum latum, persequutionem, comprehensionem, conculcationem, interemptionem. Similiter Psalmo 46. Delens bella, vsq; ad extremum terræ: arcum conteret, & dormitabit lanceam, plaustra comburet igne. Tropus quo vsi sunt Vates, destructione armorum, belli extinctionem altissimam pacem significantes, & apud Esaiam secundo, & Michæ quarto capite legitur. Contundent gladios & cætera. Id verò in regno Christi, vere demum completur, &c.

MILITIA COELI.

1 Hebræi militiam non tantum sydera & stellas vocant, sed omnem exercitum, omnem angelorum multitudinem, copias, vim, virtutem, demum quicquid est in cælo & terra. Sic exercitus cælorum, non angeli ipsi, sed stellæ &c. vocantur. Sic Deuterono. 17. Cumque reperti fuerint, qui adorent solem & lunam, & omnem militiam cæli. 4. Regum 17. Adorauerunt vniuersam militiam cæli. Hierem. 19. Sacrificauerunt omni militiæ cæli. Amos 5. Esaiæ 40. capi. Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis fecit hæc? Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, quemadmodum Psalm. 146.

R. 2

Qui

Qui enumerat multitudinem stellarum &c. Moses ornatum appellat Gene. secundo. Cum omni ornatu eorum. Hoc in loco *שׂוֹרֵפִים* Sep- tuaginta dixerunt, quod creaturae ornatus sunt mundi. Alibi *דְּבָרַיִם* ponunt. Et saepissime repetunt & utuntur hoc verbo prophetae: Militia caelorum, pro qua in caelo sunt. Sic militia terrae, militiam aquarum dicimus: Militia caeli, pro stellis: militia terrae, quae ex terra crescunt. 2 Hinc Dominus Zabaoth vocatur Deus populi illius, id est, Dominus militiae vel exercituum, & cum saepissime Hebraei dicunt, Dominus Deus Zabaoth, seu exercituum. Graeci dicunt, Dominus Deus virtutum, seu potentiarum: nimirum quod virtus & potentia regis consistit in exercitu sui populi, & Israelis populus exercitus Dei, non raro in scripturis vocatur. 3 Porro nomen Zabaoth, quo & nos in sacris utimur, fide confirmat. Significat enim exercitus tam corporales, quam spirituales, qui nos impugnant, & quos vno momento ille delere potest. Vel quod omnes exercitus ei seruiunt, tam caelestes quam terreni, quos in subsidium suorum mittere potest, Esa. 37.

MILITIA.

1 Item Iudaeis quibusdam militia videtur tempus statutum significare & costum, Esdrae 4. Completa est militia eius: vbi de tempore mentio fit, Danie. 10. Militia legitur. Sed Hebraei dicunt tempus praefinitum longum. Sic enim illud Iob 7. intelligant. Militia est vita hominis super terram, id est, tempus est ei definitum. Sed simpliciter dici militiam placet nonnullis, vt Esa. 40. Vbi nostri codices viriose habent militia, intelligas loqui de cursu & labore populi sub lege, velut in stadio militantis. Sic enim D. Paulus, tam praedicatores quam auditores verbi, militibus libenter comparat, Vt dum Timotheum militem, & bonam militiam certare iubet. Et Corinthios in stadio currere facit. Item nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit, Ephesios & Thessalonicenses armis instruit. Et se bonum certamen certasse gloriatur, & similia alia. Sic & primo Regum secundo capite scribitur in Hebraeo. Quod filij Eli dormiebant cum mulieribus militan- tibus in ostio tabernaculi foederis, de quarum militia & Moses in Exoduso meminit.

MORI

1 In scripturis proprie significat animam damnari & corpus in cineres redigi. Illa resolutio carnis in cineres est ipsa mors, Gene. 2. Morte morieris, id est, damnaberis in anima et corpore, & eius mortis reus eris. Illa damnatio & incineratio est ipsa mors, quam sentit Adam. Et de hac morte Christus dixit Ioannis vndecimo. Qui credit in me, non morietur in aeternum. Genesis secundo cap. Romanorum 7. & 8. Adeoque mors non solum carnis obitum, sed etiam animae interitum, damnationemque exprimit, Morte moriemini.

2 Ad hoc Mors omnia terrena sunt, iuxta illud Salomonis 5. Semina

mita vitae sursum est, nimirum vt declinemus à morte, hoc est, ab omnibus quae sunt (vt Apostolus dicit) super terram.

3 Morsis laquei, sunt insidiae Satanae, quas per se caro non cauet, imo obtemperat Satanae, mundi principi.

4 Mortui aliquando in bonum accipiuntur. Beati mortui qui in Domino moriuntur, Preciosa sanctorum mors, Et Esaias: Mortui mei uiuent.

5 In malum, infideles & peccatores sunt. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Et Ioan. 8. Nisi credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis. Audiunt igitur & credunt mortui, id est, peccatores. Marthae 8. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, hoc est, infideles, & in anima mortui. Augustinus ad Euodium, de Euangelio praedicato.

6 Porro mortuum Hebraei ponunt pro funere, Gene. 23. In electis sepulchris nostris, sepeli mortuum tuum.

7 Denique mors omnium uiuentium domus est, unicuique decreta: viuendi enim principium, moriendi initium est, & (vt dicitur) in prima pulve mortem deuoramus.

8 Mortem videre, Hebraismus est vulgaris in scriptura. Sicut videre corruptionem, pro corrumpi. Sic & videre mortem pro mori, non videre mortem, pro non mori, vt est apud Lucam secundo & Ioan. 2. quo scriptura utitur, ad indicandam diuinam virtutem, cui omnia viuunt, & nihil perit, aut corrumpitur, sed nobis perimus, & nobis morimur, ac corrumpimur.

9 Mortuos solet etiam scriptura interdum vocare eos qui sunt in captiuitate. Sicut & Esaias dicit: Surgent mortui, & excitabuntur, qui in monumentis sunt.

10 Mortem gustare quid sit, superius in litera G, habuimus.

11 In morte & in inferno esse, significat obliuionem Dei, & blasphemiam sempiternam. Hic enim cura & amor sui ipsius regnat. Ideo misericordiam Dei non potest ante oculos habere. Quae enim effugium, & non inuenit, tunc mox inuoluitur odium Dei ardentissimum, cupiens primo alium, deinde se non esse. Ac sic blasphemat summam maiestatem, quam operat summo nisu non esse: & si possit, non esse, faceret. Atque ita fuga & inimicitia aeterna est. Tunc illud Psalmi 1. impletur: Impius sicut puluis vento agitur, scilicet, fugiens, & non effragiens Psalm. 6. Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

12 Mortuus à corde est obliuioni dari et perire à corde & memoria hominum. Sic Dauid Psalm. 30. ait: Obliuioni fui tanquam mortuus à corde, id est, sicut qui mortuus est, obliuioni datur &c.

13 Mori peccato, est non obsequi desiderijs & cupiditatibus peccati, Romanorum sexto. 14 Morte mori, Vita viuere, Hebraismi sunt, qua verborum replicatione vehementia & certitudo significatur, Genesis secundo. Morte morieris, id est, certissime citissimeque, morieris. De illis Hebraismis supra tractauimus.

15 Ceterum scriptura mortem identidem somnum appellat, id deflexione quadam, siue molliora metaphora, sicut duce natura, in omni-

DIVINAE SCRIPTURAE

bus linguis videas, ea quae vel nimium sordent, vel horrore sunt, Periphrasi autem alio, non suo nomine appellari. Sic & saepe in scriptura, siue ut rem tristem in melioribus verbis, per ἀσχημον ελοquatur, siue ut spem resurrectionis indicet, mortem quorumlibet, non bonorum tantum somnium (quae reuera somnus quidam est, quum ad vitam illi resurgant) & dormitionem vocare solet scriptura, sed etiam impiorum qui ut resurgunt quidem, reurgunt ad iudicium, non ad vitam. Aequae enim de impijs regibus scriptum legimus: Obdormiuit cum patricus, atque de pijs.

MORTIFICARE.

1 In sacris libris significat vltimum vitae discrimē propter fidei confessionem pati. Mortificatur qui mortem paritur, propterea quod Iesum confiteretur Deum & hominem, Paulus 8. ad Roman. Quia propter te mortificamur rota die. Quod hic Paulus dicit mortificare, in 2. ad Corinthios quareo, dixit in mortem tradi. Iuxta hanc significationem Dauid Psalmo 79. dixit: Secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum tuorum, hoc est, secundum potentiam diuinā tuae potestatis suscipe eos coronandos, qui propter confessionem tuae diuinitatis mortui sunt, & à tyrannis interfecisti.

2 Mortificare etiam apud Paulum significat vereris Adami carnem, & eius morus contra legem Dei subinde insurgentes, atque viuentes reprimere, extinguere atque mortificare, ne viuant in homine: quod fit illis penitentiae partibus, quas scriptura & Ecclesia docent huic officio necessarias & conuenientes.

MORTIFICATOS

esse Legi

1 Perinde est ac mortuos esse legi: Sicuti qui mortuus est non peccat, ita mortificatus legi, contra legem non peccat. Talis est argumentatio Pauli ad Romanos octauo capite. Lex non habet ius in homines mortuos, nisi in viuentes, vos autem estis commortui Christo per baptismum, ergo lex nihil iuris aut damnationis habet in vos, prius Petri tertio capite dicit Christum mortuum esse iustum pro iniustis: ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne viuificatos, vero spiritus, hoc est, liberatos à peccatis carnis, & Spiritus sancti virtute viuificatos. Accipitur etiam in secundo capite Corinth. 6. mortificatus pro mortuo. Castigati inquit Paulus & non mortificati: id est, non tam seuerè correcti, ut correctio vel castigatio mortem inferant castigatis.

MORTIFICATIO

1 Apud Paulum 2. ad Corinth. 4. vbi ait, Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, significat illud vitae discrimen & periculum, quo versabantur christiani propter confessionem fidei, quam tunc tyranni persequebantur. Hanc mortificationem, id est, hanc mortis obeundam promptitudinem animi, dicebat Paulus

PHRASES.

Paulus se circumferre quocumque ibat. Paratus erat omni loco, omni tempore & momento, pro Christo pati & mori. Significat etiam mortificatio apud libros sacros carnis extinctionem, carnaliumque motuum repressionem & refrigerationem. Ita accipit Paulus hanc vocem 3. ad Romanos, & 8. ad Galatas, 5. ad Colossenses.

MONTES.

1 Montes, vrbes, regiones, regna, & turbas populorum vocari constat ex pluribus locis scripturae. Ita mons Samariae, pro ipsa Samaria ponitur: mons Amorrej, pro regione Amorreorum. Sed & Babylon, mons opulentus dicitur, Esa. 13. quum in plano sita fuisse constat. Sic & Babylonem Hieremias capite vltimo, montem nominat. Et Psalmo secundo, nomine montis & tora, & partes, ut & saepe in scripturis fit, complectuntur. Canaā, quia montuosa est terra montem sanctum suum vocat, Esaie secundo cap. & Danielis secundo cap. mons pro regno intelligitur. 2 Item qualibet Ecclesia dicitur mons, sicut catholica Ecclesia dicitur mons Domini sanctus, Psalmo. 14. Quis requiescet in monte sancto? Item Psalmo quadragesimo septimo. Esaie secundo & vndecimo capite, Mons Dei pinguis. Nimirum Christi cum tora sua Ecclesia, omni gratia abundans.

3 Similiter montis quoque vocabulo populus Dei manifeste intelligitur, id apparet Hebraeorum 12. Accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei. 4 Ex secundo Psalmo satis apparet, per fidem Deum in cordibus credentium regnare, ac regnum illud quoniam in solis rebus celestibus est, & longe vltra haec terrena stabilitum, montem appellari. 5 Aliquando autem mons dicitur Sion, ut in eodem Psalmo, & 124. Ex quibus verbis non obscurum est fidem per montem Sion significari. 6 Nonnunquam fides ipsa simpliciter per montem sacrum non adiecto aliquo nomine demonstratur. Fere enim fit, ut quibus per fidem in periculis à Deo succurritur: ad eum modum fiat, ut consilij humanis vix aut nunquam possit comprehendendi, ut Psalmo 3. 7 Mons Sion ecclesiam proculdubio significat, ut saepe vides in scripturis. Erat enim habitatio populi Dei. Ergo vbi populum Dei, id est, credentes, fideles vero capiti Ecclesiae, qui est Romanus pontifex, per obedientiam coniunctos inueneris, illic montem Domini esse non dubitato, cum sanctificatione & iustificatione eius, de quo Michea 4. Psalmo 77. Induxit eos in montem sanctificationis suae quem acquisiuit dextera eius. Hunc montem piorum acquisiuit Deus pater per sanguinem filij sui Christi Iesu mediatoris.

8 Ad hoc Montes Dei aliquando nihil aliud intelliguntur, quam altissimi montes, Psalmo trigesimo quinto. Inuitia tua, id est, bonitas, sicut montes Dei, 1. Paralipomenon duodecimo capi. Grandis numerus quasi exercitus Dei, Hebraei enim quod eximium, magnum, aut praestans est, Dei esse vocant, ut vrbs Dei, Cedri Dei, de quo & supra,

DIVINAE SCRIPTURAE

9 Montes verò coagulati,ideo quod vnusquisque donum proprium habet, alius quidem sic,alius verò sic, vt significantur varia Ecclesiae charismata & donationes multijugæ, & idèd plures montes vel colles. 10 Præterea Montes nonnunquam cælos nominat scriptura, vt Psalmo 75.49.120. Græci verò æternos dixerunt, de quibus: Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Et Psalmo 75. Illustras mirabiliter à montibus æternis. Quis non videt montes illic dici cælos in quibus Dominus habitat. Contra hos montes sæpe Gigantes insurrexerunt, sed nemo triumphauit vnquam.

11 Montes firmissimi securitatis ac tutelæ symbolum habentur, sed noctis seu caliginis appellatio, est calamitatum & ærumnarum, Hieremig 13. cap. Et priusquam impingant pedes vestri in montes noctis.

12 Montes tangere, modus loquendi est, quemadmodum in Psalmo 17.103. & 143. Tange montes, & fumigabunt. Quando enim montes diuino nutu & tremenda Dei potentia contremiscunt, dicuntur à Deo tangi. hinc mons contactus ad Hebræos duodecimo.

13 Porro montes & colles mundi in Prophetis significant potentes, sapientes, diuites, & quicquid in mundo eminet, & impios suis operibus intumescentes. Sic Abacuc 3. Aspexit, dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi, incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis, Esaia quadragesimo capi. Omnis mons & collis humiliabitur: seu clarius, Incuruabitur omnis sublimitas hominũ, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa. Et Psalmo centesimo quarto. Tange montes, & fumigabunt, hoc est, tange eos, vt fumum se esse videant, qui oculos excæcet, qui se aliorum lumen iactabant, vt territu fulgore tuo, ô Deus diffugiant non adiuti amplius, ad contendendum cõtra Dei verbum, & tacti tuis sagittis, conturbentur & cedant ab impia fiducia, Psalmo sexto.

14 Hinc est quod fundamenta montium absolute posita, fiducia sunt potestatis, sapientiæ, iustitiæ & quarumcunq; rerum, potissimum autem fundamenta montium intelligenda sunt, fiducia operum seu opera Legis, vel Lex & doctrina, quibus homines confidunt iustificari, sola sua virtute sine Christo, Psalmo 17. Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota, quoniam iratus est eis, Exodi decimo nono, vigesimo, tale fuit signum, qualis res ipsa. Sunt etiam montes sancti, de quibus Psal. 86. Fundamenta eius in mōtibus sanctis. 15 Montes transfert Deus Iob 9. non tam terrenos illos & petrosos, quam arpegates & sublimes tyrannos, sublimitia seculi regna. Pharaō mōs seculi fuit, sed vno momēto, nihil tale expectans, translatus est in mare rubrũ. Nebucadnezar mōs seculi fuit sed de loco suo dimotus est. Regnũ Babylonicũ mōs seculi fuit, quid autē de illo superest nisi inane nomen? 16 Montis significatiõ Rabbano

PHRASES.

133

bano ipsi congestæ sunt. 17 Montes Ecclesiam significant: vt de in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini, ibunt ad eũ, gentes, quod alij de Christo enarrant. 18 Item Hæreticos ipsos vel Iudæorũ scribas. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. 19 Diabolũ ipsum, in Apocalypsi Mons magnus in stagnũ ignis legitur missus. 20 Montes potestates seculi sunt, & mundi saltus tumidus. Montes sicut cæra fluxerũt à facie Domini. 21 Montes quoque hæreticorum dogmata praua indicant. 22 Libri diuini montes sunt. 23 Prophetæ montes excelsum ceruis. Sancti viri. Hæc ille, Sed omnia cum iudicio Christiano expende Lector.

MESSIS.

1 Conuersionem hominũ per Euangelion demessionem vocat scriptura sancta, quod ita essent animi hominũ Euangelio preparati atque maturi vt minimo negotio sæpe ad vnam duntaxat annunciationem plurimi illud reciperent, quod cum alijs, tum in Samaritanis. Ioann 4. apparuit.

MERIDIES.

1 Meridies nonnunquam pro grauissimo æstu persecutionis in scriptura accipitur & vsurpatur, vt Psalmo. 120 Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Similiter Esaia. 16. In medio meridiei, id est, in grauissimo æstu persecutionis. Sic etiam meridiem pro feruore solis, & econuerso feruor pro meridie, vt supra. Et Genes. 1. Dominus ad auram post meridiem deambulans, quum iam feruor desierat & immanerat sese.

MVLIER.

1 D. Augustinus ad Honoratum de gratia noui Testamenti. Mulier proprietate Hebraicæ linguæ omnis fœmina nuncupatur, siue viro intacta, siue non, iuxta Galatas cap. quinto. 2 Est porro & ætatis istud vocabulum ad nubendum eius, scilicet, qua fœminino sexui de annis pubertatis exceditur, & ad id tempus, quo habilis viro videatur esse transitus. Sicut e contrario. Vir adpellatur, qui adolescentiæ tempus excesserit, etiam si vxorem nondum habeat, cuius vir esse dicatur. Origenes super Leuiticum duodecimo & decimo tercio. 3 Hebraei non in vno loco mulierem, pulchritudinem siue speciem & coronam domus vocant, & reuera est, quum prudens datur à Domino. 4 Item & spiritum adpellat scriptura, Malach. Custodite ergo spiritum vestrum &c. 5 Mulier circumdabit virum, Hier. ca. 31. Prouerbiũ esse hoc nemo negat. Sumitur autem pro eo quod est, summa fiet, atque arctissima cõiunctio, Israël scilicet veri, qui erit fœmina, & viri, hoc est, Iherosolymitani Dei: quasi diceret Hier. Quid multa de reconciliatione dicam? sicut vxor maritũ suum tenet, sic tenebit Israël Dominũ Deum suũ. 6 Mulieres in scriptura sacra in compluribus locis Prophetarum,

DIVINAE SCRIPTURAE

vrbes & opulentas ciuitates significant. Et Hebraeis mulieres & filiae sunt loca minora, vt castella, villa: nam latinis non tam vulgare, vrbes, nymphas, puellas aut matronas appellare, ac Hebraeis & Grecis, Esa. 32. cap. Sed & mulieres opulentas, id est, & vrbes. Sic filiae eodem capite: sed supra tractauimus. 7 Mulieris nomine anima in scripturis indicari eam quae non tam proferre semē verbi, quam suscipere potest, saepe dicitur. Hæc D. August. 8 Item Mulieres in scriptura nonnumquam dicuntur, qui virtutū opera non faciunt. Vnde Patriarchæ filios masculos gignunt, Esa. 39. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & studebunt, & timebūt à facie cōmōtionis manus Domini exercituum.

M E T V S.

1 Metus & timor, Hebraeis pro religione accipiuntur, vt quum Iacob iurat per metum, id est, religionem patris sui. Timor per Antonianam pro Dei timore: sicut Latinis prouidentia, Fabio teste, pro diuina prouidentia, Esa. 33. cap. Cor autem eius Dei timore delectabatur, Et supra latius.

M A N D A R E.

1 מַצִּיחַ, hoc est, Mandare perinde Hebraei vtuntur atque Latini, putata, vt non solum pro imperare & præcipere ponant Hebraei, sed pro commendare quoque & significare ac mittere. Esa. 10. Contra populum furoris mei mandabo illi, Sic Gene. 49. clare patet. Mandauerunt ei &c. Neque enim fratres ipsi Ioseph præcipiebant, sed per alios significabant. Dicuntur ipsi facere, quod per alios faciunt. Mandauerunt, id est, nunciarunt, significarunt Ioseph.

2 Item, Manda, remanda, expecta, reexpecta, nihil aliud est, quam non credere nec timere, id autem est hypocrisis. Est enim *imponens*, id est, imitatio impiorum qui odio legis & contemptu dicunt, manda, remanda, & per dissidentiam dicunt expecta, reexpecta, Esa. vigesimo octauo capite. 3 Mandatum & mandata vocat promissiones Dei regius Propheta, Psalmo centesimo quarto. Memor fuit in seculum testamenti sui verbi, quod mandauit &c. Et Psalmo centesimo decimo. Mandauit in æternum testamentum suum &c. Promissiones namque Dei hoc mandatum includunt, hoc est, fidem, vt credas, quod est omnium mandatorum summum, sine quo omnia alia nihil sunt, Psalmo. 104. Memor fuit verbi sancti tui. Quibus si credis, etiam reliqua quae vetat & præcipit, non tibi displicebunt, & ferè præceptum vocabulum illud sequitur mandatum vel mandata. Ideo promissio & iuramentum Dei, vocatur præceptum. 4 Veritas, testamentum, mandatum vel mandata præceptum idem sunt. De quibus suo loco fusius differemus.

יָבֵחַ, MEDITARI.

1 Meditari est secum reputare, Sed Hebraei hoc verbum in bonam & malā partē accipiunt, Pro iugendi ac plangendi in loco accipiunt, quod

P H R A S E S.

quod huius significantiæ non nihil secum adferat, meditor, Esaia decimo sexto cap. Meditabitur nequaquā ad pedem cōstilis muri, id est, queretur ac lugebit. Nam qui lugent, aut meditantur, aut queruntur, Hieremias quarto capite. 2 Item, Meditari idem interdum est quod differere, disputare, & omnino verbis exercere & oblectari, vt Psalmo. 36. Os iusti meditabitur sapientiam. Et Psalmo. 1. Beatus vir &c. in lege eius die ac nocte meditabitur, id est, iugiter, assidue meditabitur. Quamuis præcipue significet conari et meditari, sed cum gaudio aut cum tristitia. 3 Meditatio enim significat loqui, differere, garrere, & omnino negocium verbi aut cantus. Sic tamen vt meditate fiat, vnde frequenter cum corde coniungitur, vt Psalmo decimo octauo. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo. Supra in verbo Loqui.

M E L.

1 Mellis nomine omnis rerum delicatarum abundantia significatur Psalmo 81. Cibaret eos Deus medulla tritici, & melle à petris satiarum te. Magnam siquidem oportet eius soli felicitatem esse, vbi apes in petris mellificant. Simile est Deut. 22. Suggere mel de petra, & oleum de scopulo rupis Hyperbole est, incomparabilis fecunditatis adeo vt in saxis proueniant, quae aliās vix in miti solo prouenire solent. Cæterum melle abundasse regionem Israël, quare et melle Manasse dicta est, id sanè indicat, quod Ionathan Saul filius in saltu mel reperisse legitur. 1. Reg. 14.

M A N S V E T I.

1 Mansueti sunt pauperes illi spiritus, quos Dominus beatos, & eorum esse regnum cœlorum pronunciauit. 2 Item quibus Euangelion annunciandum per Esaiam prophetam prædictum est, hi inquam, quibus sua mala displicent, & iustitiæ sitim habent, seseque abnegarunt, et cruci subiecerunt. Hi illi peccatores sunt, propter quos saluandos Christus venit. Et vt paucis absoluiam, qui abnegarunt seipsum, & manui Dei se penitus commiserunt, hi in Euangelio *πεδάς* vocantur, quibus Dominus hereditatem terræ pollicetur. 3 Idem sunt timentes Deum, et verum semen Iacob. De his Dauid Psalmo vigesimo secundo & vigesimo tercio, Diriget, inquit mansuetos in iudicio, hoc est, efficiet, vt ordine & recte ingrediantur & viuant, Vel: Diriget eos, pro sua acquirere. Sic enim saepe iudicium in scripturis accipitur.

M A N.

1 מַן Vocatum hunc cibum, cuius figura & sapor Num. 11. satis diligenter describitur. Rabbi Salomon putat quasi paracum, ordinatum מַן בְּרֵחַ, enim parare significat. Sic Danie. 1. cap. scribitur, וְהַמֶּלֶךְ הֵרִיב לָחֶם, & ordinauit eis rex cibum &c. Exo. 16. legimus cum populus vidisset ceu pruinam, hoc frumentum cœlorum circa tabernaculum suum sparsum, dixisse quenquam ad fratrem suum; מַן הָאֵתָּה, id est,

DIVINAE SCRIPTURAE

id est, paratum istuc, Quasi diceret: Hic ille cibus est, quem Deus nobis paravit, nesciebant enim quid esset. 2 De hoc cibo Psalmodigraphus, Psalmo. 78. canit. Vocat enim frumentum cœlorum, & cibum אֲכִלְרֵם, id est, fortium, 3 Hebræi nubes interpretantur, quæ & אֲרִקְרִי quod item robustos significat dicuntur. 4 Alij cibum angelorum legunt, quod tamen non ita intelligendum est, quasi eo cibo angeli vescantur, sed quod è cœlis, angelorum domicilio, descenderit. Dum enim nihil possumus Abram, ego clypeus tibi, et merces tuæ magna admodum. Id nihil aliud est, quam ego ero tibi defensor, & tuum lucrum, tuæ opes, tua felicitas.

MERCES.

1 Peculiare est Hebræis עֶבֶר, id est, mercedis nomen, pro operæ pretio, & optata, operæque quæ sita utilitate, atque fructu usurpare etiam ubi nihil loci est, vel conditioni, vel mercedis & operis inter se adæquationi. Gene. 15. cap. legitur, ne metuas Abram, ego clypeus tibi, et merces tua magna admodum. Id nihil aliud est, quam ego ero tibi defensor, & tuum lucrum, tuæ opes, tua felicitas. 2 Mercedis nomine scriptura etiam donum intelligit. Nam שָׂבַר in sacris literis etiam liberum donum non solum meritam mercedem significat, Psalmo decimo octavo, & Psalmo centesimo septimo, dicit fructum ventris esse mercedem, utique ab liberalitate Domini collocatam. 3 Breuiter, Merces est quæ Deus retribuit meritis, mercedem scriptura vocat præmium operibus promeritum & promissum. Sic in omni scriptura mercedis nomine intelligendū est id quod opere existit promeritum. 4 Et Christus Marth, vigesimo quinto capite vsus est hoc Tropo, & vulgaris modus loquendi scripturæ, mercedem dari pro opere, ex Dei promissione, & datur pro bono opere, cui debetur. 5 Merces labori tuo erit, apud Hieremiam capite trigesimo primo. Adparet proverbialem fuisse sermonē, Pro læta reddentur pro tristibus: qui enim operantur, spe mercedia leniunt onus.

MINISTER.

1 Omnes prædicatores & Apostolos ministros D. Paulus suo more solet vocare. Sic. 1. Corinth. quinto capite. Quid est Paulus? Quid Apollus? ministri sunt, per quos estis fidem assequuti, Sic Roma. decimo quinto cap. Christum ministrum adpellat, & 1. Corinth. quarto cap. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 2 Ministerium autem significat functionem seu administrationem. De hoc peculiari autem ministerio, quod situm in aliqua functione est, D. Paulus Romanorū. 11. loquitur. Ministerium meum glorifico gentium apostolus existens: ubi officium & functionem suam διακονία, hoc est ministerium adpellat, 3 Vocat & D. Paulus Romanorum. 12. officium Diaconorum ministerium. Sic enim

PHRASES.

enim ait: Siue ministerium ministrando. Illi enim erant præfeci Ecclesiæ, rebus dispensandis, vt Acta Apostolorum indicant.

MYSTERIVM DEI.

1 Significat autem τὸ μυστήριον secretum aliquid, quod remotum est ab oculis atque absconditum, præcipue verò in verbis, vt quum aliquid dicitur quod obscurum est & intellectu difficile, solemus dicere Hoc mysterium est, subest his verbis rectum aliquid & abstrusum. Hanc significantiam vocabuli, hoc τὸ μυστήριον, mysteriū habet. Quare enim Dei mysteria, quorum sunt Apostoli œconomi, non alia sint quam fides, sacramenta et Euangelion de Christo, imò Christus ipse! Quæcunque enim Euangelion prædicat, à sensibus & ratione sunt remota à deo, vt totus orbis terrarum ea nequeat capere, neque à quopiam nisi fide, re mirum in modum carni abstrusa, percipi possint. Attestante Christo: Confiteor tibi pater Domine cœli &c. Et D. Paulus 1. Corinthiorum quinto. Prædicamus sapientiam Dei, reconditam in mysterio, quam nemo principum huius mundi cognouit. 2 Hinc Mysterium, teste Chrysostomo Homilia. 7. in, 1. Corinthiorum 2. capite pro prædicationis excellentia. Sic enim confuevit adpellare scriptura, quæ præter speciem & præter humanam sunt opinionem: Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgemus, &c.

MACELLVM.

1 Per Macellum omnem vitam intelligit D. Paulus in quo esculenta venduntur. Romæ enim macellum dici tandem cœpit forum, in quo omnes cupiditæ venderentur.

MATER.

1 Omnis populus Israel communiter agens in Agypto, antequam in duo regna diuisus esset, dictum est vna mater: ubi autem sub Roboam in duo regna diuisus, dictæ sunt duæ mulieres, id est, congregationes. Ita mater Hierusalem, filia Sion, filia Tyri, mater ecclesia metropolis. 2 Item scriptura interdum matrem accipit pro matrice & vtero. 3 Aliquando pro Ecclesia piorum in fide militantium: Matrem filiorum lætantem. 4 Nonnunquam pro celesti Hierusalem qui sursum est, quæ est mater omnium nostrum. 5 Etiam pro Iudæorum synagoga: In sceleribus vestris dimisi matrem vestram. 6 Item pro Babylonia, vel carnali generatione: Pater meus & mater dereliquerunt me. 7 Demum pro doctore verbi: Per Euangelion genui vos, 1. Timoth. 4. Et ad Galatas ait: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus in vobis formetur. Verum hæc conceptio & natiuitas est omnino spiritualis, & fit in corde per semen verbi diuini cooperante spiritu sancto. 8 Item Mater, Ecclesia & concio populi est Hoseæ 2. Contendite aduersus matrem vestram. 9 Mater adolescentum, est turba magna robustorum adolescentum, Hieremias decimo sexto capite.

DIVINAE SCRIPTURAE

10 Matrix seu uterus autem more Hebraeo, pro fratribus uterinis, seu pro cognatione quam ex eadem matrice fratres uterini inter se contrahunt, Amos primo capite.

MERETRICARI.

1 Meretricandi enim verbo & Scottandi impensissime delectantur Prophetae uti, pro fide alienandi. Et Michea 1. capite: De mercede meretricis congregata sunt, & usque ad meretricis mercedem revertentur: Meretricis mercedem vocat, id est, animam fornicantis a verbo, Hosea 12. & 3. Quam mercedem a Domino fastidiri spiritus testatur, Et Esaie 1. Quomodo facta es meretrix infidelis civitas plena iudicio, Hiere. 2. capite: Sub omni ligno tu prosternebaris meretrix. Hosea 1. ca. Fornicabitur terra a Domino. Fornicabuntur filiae vestrae, Hosea 4. ca.

MARE.

1 Hebraei generali nomine omnes aquarum congregationes maria vocant, & quod lacus specimen quoddam maris praeseferunt. Sic lacum Asphaltitem, itidem mare desertum vel salis vocatur. Sicut enim flumen Nilus in septem ostia dividitur, vocaturque mare, nunc fluvius, nunc flumina, nunc rivus, nunc riuus, ac variis nominibus appellatur. Sic pro lacunam lacus & stagni mare simpliciter: mare ipsum vocatum est mare magnum Sic Genezaeth adiacet lacui, Matthaei quarto cap.

2 Alicubi robur significat & civitatem fortem Esa. 23. Erubescet Sydon, quia dixit mare, id est, fortitudo maris. Multitudo maris vocatur prophetis multitudo populorum occidentalium & maritimorum. Mare enim Hebraei mediterraneum mare vocant & occidentem, in cuius littoribus multi populi sunt, Esaie 60. capite: Quum conuersa fuerit ad te multitudo maris, potentia gentium venerit tibi: ubi & occidentales & maritimi comprehenduntur. Irrumpit enim ab occasu, & ad sinistram habet Hispaniam, Galliam, Italiam, Graeciam, Macedoniam, Asiam: ad dexteram vero Mauritaniam, Aethiopicam, Cyrenaicam, Aegyptum usque ad Palaestinam: & in medio multas insulas, Cyprum, Cretam, Rhodum & alias. Hanc multitudinem maris vocat Esaieas multitudinem populorum maris. Et e contra orientale intelligunt mortuum, siue Sodomiticum, Ezechielis quadragesimo septimo ca. 3 Capitur quoque plerumque apud scripturam mare pro mundo. Hoc mare magnum est (vt ait Psalmista) & spatiosum.

4 Item ex Ionae capite secundo perspicuum fit, mare interitum & perniciem significare. Et David alibi, non esse metuendum, quando turbatur terra & montes in cor maris transferuntur, id est, quando terreni homines, qui solis caducis rebus inhiant, terrentur: & potentes qui alios fastu suo premunt, a Deo in malorum pelagus deiciuntur.

5 Mare tumultuari, significat turbam impiorum & quicquid eis adhaeret, Psalmo 95. Moveatur mare, &c.

6 Item Iudaei occidentem mare vocant, Esaie 41. Laus eius a termino

PHRASES.

mino terrae descendentes in mare & plenitudo eius insulae & incolae earum. Vbi per plenitudinem maris intellige civitates maritimas, quae populosiores sunt. 7 Mare turbidum, & aquae procellis agitatae, in scripturis ad impios & peccatores pertinent, iuxta Psalmum 45.

Turbatae sunt aquae eorum. Et Esaie 57. Impij quasi mare feruens. Ad pios autem flumina illa Spiritus sancti, Ioan. 7. quae vadunt cum silentio. Esa. 8. Psal. 45. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei, hoc est, pacem, silentium, securitatem, gaudium per spiritum sanctum, qui adhaerent & inebriantur credentes, id est, in ecclesia sanctorum, quae est civitas Dei, quam ipse inhabitat. 8 Porro Mare salis & mortuum idem esse, ex

Genesi 14. cap. clarum est, ubi dicitur: Omnes hi conuenerunt in vallem syluestrem, quae nunc est mare salis, id est, ubi nunc est mare salinum. Nam est caricofium seu carectosum, quod ad intelligentiam Numerorum & Deuteronomij facit. Non enim hic de Eritreo mari, id est, rubro mari, quod & ארבעה עשר Suph, hoc est, arundinosum est.

9 Mare rubrum Hebraeis dicitur non rubrum, sed caricofium seu papyrosum, eod quod ad eius littora copiosissima sunt carecta & papyrones. Multa super hoc scribit Auen Efdra. Rubrum a Graecis appellatum est, Plinio teste, quod arena eius rubra sit et aquae quasi rubrae videantur, sicut omnes propere asserunt.

10 Cor maris, medium eius est, de quo & supra adnotauimus. Sic transferuntur montes in cor maris.

11 Item Cor maris Iudaea est, nimirum in medio mundi sita. Vidi virum ascendentem de corde maris. O Tyre. quae sita es in corde maris.

12 Mare nouissimum, mare magnum Hebraeis. Deuter. 11. Usque ad mare occidentale. Hebr. Usque ad mare nouissimum. Quod alio nomine appellatur magnum mare, scilicet Cyprum, Aegyptium. Quod ab Aegypto totam Assyriam attingit. 13 Dicitur autem mare nouissimum & magnum, quia eod usque terrae sanctae fines excurreret.

14 Magnum autem, quia omnis aquarum collectio mare vocatur Hebraice. Ideo autem mare magnum appellant, vt differat ab his quae minora maria sunt stagna scilicet & lacus, vt est mare Cineret, quod corrupte Genezaeth vocamus. Est enim lacus, quem Iordanis in media fere Israelitica terra efficit. 15 Solet etiam scriptura Mare magnum vocare interdum absolute, mare vt Oceanum, finem vero Arabicum vocat mare Iunci.

MACERIA.

1 Maceria, vel Maceries, aur sepes, Angelorum custodiam exprimit, qua plebs Dei, quae vinea Domini appellatur, circumvallatur muniebaturque. Auferam sepe eius, diruam maceriam eius, & erit in directionem. In Euangelio quoque: Homo quidam plantauit vineam, & sepe circumdedit ei. Sic etiam in Psalmo: Destruisti omnes macerias eius.

- 1 Murus aliquando fides firma est in Deum, diuina protectio, Angelica custodia sanctorum omniumque piorum vnitas.
- 2 Muri sunt munimenta sacrae scripturae, quae ad nos consolandos est aedita. Hæc Rabanus de Vniuerso.

MOVERI.

- 1 Moueri, in Prophetis Hebraicus Idiorismus est, vt Psalm. 14. Qui facit hæc, non commouebitur in æternum. Et Psalm. 123. Qui confidit in Domino, non commouebitur in æternum. Subindicatur enim pa- uor ille fugaque conscientiae, de qua Esa 88. Qui crediderit, non festi- nabit, seu non confundetur, non perturbabitur. Et Psalm. 1. Non sit impij, non sic: sed tanquam puluis quem proijcit ventus. Sic etiam teme- rario ausu dicit impius: Non moueboꝝ a generatione in generatione.
- 2 Mouere apud Hebræos familiarissimum verbum est, agitationem significans, sicut qui liberatus est a graui periculo, caput mouere solet; Esaia. 38. Quid autem sit Commotio capitis, supra declarauimus.

MODICVM.

- 1 Modicum in sacris Biblijs plerunque pro tempore praesenti vsur- patur. Nam hoc reuera modicum est, respectu æternitatis. Sic, 1. Pet. 1. Modicum si oportet contristari. 2. Pet. vult. Deus autem modicum pas- sus, ipse confirmabit. Et D. Paulus, 2. ad Corinthios quarto capite. Id quod in praesenti est, momentaneum & leue tribulationis nostrae, &c. In quam sententiam D. Paulus ad Romanos octauo capite quoque dicit: Existimo quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.

Verum quod Ioan. 16. modicum pro pusillo posuit, suo more facit, quum Latinis modicum dicatur moderatum a modo, hic ad tempus refertur *μικρόν*.

MAGNIFICARE.

- 1 Magnificare Hebraei vtuntur pro educandi verbo, quod & ipsum Latinis familiaris quum de liberorū educatione loquuntur. Ad quā Esaia. 1. capite alludit magis quam ad nutriendi verbum: Filios edu- caui, magnificaui habent Hebraei. 2 Item Magnificare *גָּדַל*, qua voce Euangelistae impensus sunt vsi. Sic Lucae septimo capite Magni- ficabant Dominum, dicentes: Propheta magnus surrexit in nobis, hoc est, laudibus summis vehebant Deum, mirabantur, nec satis laudare poterant diuinam beneficentiam, &c. Sic nobis praecipit Exodi vige- simo capite Deus, vt magnificamus parètes nostros, hoc est, magnifi- ce de eis sentiamus, vt preciosi nobis sint, etiam si sint vilissimi & pau- perissimi. 3 Magnificentia autem pro gloria, maiestate, honore, gra- uitate, splendore, imò pro omnipotètia, quā Deo tribuitur, accipitur.

MENTIRI.

- 1 Mentiri in scripturis nonnunquam significat idem quod subijci,

vt

- vt Psalmus decimus octauus testatur, & Deuteronomij. 33. capite de Israele Moses dicit: Et mentientur inimici tui, & super excelsa eorū calcabis. In his verbis liquet mentiri inimicos Israëli, idem esse, quod fieri ei supplices & penitus potètiæ illius subijci. Quod vel illud abun- de declarat: Et super excelsa eorum calcabis: quod Rabbi Salomon significare scribit, atque si dixisset: Super colla eorum pones pedem tuum. Id quod vtique extreme subiectionis est. Sic Psalm. 82. Osoros Domini mentiri ei fuissent, &c. valet idem quod penitus subijci.
- 2 Et forsan inde Mèiri pro trepidare, & maxime seruilis subiectione scriptura vsurpare solet, quod qui ita subiecti sunt, multa soleant timore nimio adacti ijs mentiri quibus seruiunt, & quorum potentiā maxime formidant. Sic fures Latini pro seruis dicebāt, quod serui om- nes furari soleant propter nimiam. s. erga eos heroum parsimoniam.
 - 3 Item Mentiri pro fallere, 4. Regū. 4. Mulier inquit ad Helisæum: Noli quæso domine mi vir Dei, noli menciri ancillæ tuæ, & Abacuc, 3. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum. Genesis. 47. Ter- tium quoque peperit, quem appellauit Sela: quo nato, parere vtro ces- sauit. Hebraei sic legunt: Et rursus peperit filium, & vocauit nomen eius Schela: nam fuit in fallendo, dum ipsa pareret eum, id est, parum abfuisset vt partus fefellisset, aut periclitata esset mater. Id est, non consuetudinis more venit, sed oblique: quod valde periculosum est.
 - 4 Item impietas, quandoquidem aut opibus terrenis, aut suis opi- bus omnia tribuit, nihil Deo, recte nil aliud dicitur agere præter nugari. Sic Psalm. 65. & Hieremiæ 7. capite. 5 Hinc Mentiri spiri- tui sancto, vt Apoc. 5. pater qui sicte simulat & mutatur, quod cæte- ri instinctu spiritus sancti faciunt. Nam mentitur non solum qui fal- sum dicit, verum qui simulat: vt faciem Creusæ, & æs mentitur aurū.
 - 6 Mendax dicitur quisquis diuinis promissionibus diffidit, quum Deus nihil non præstat promissum, ex Psalm. 115. plerumque menti- tur homo, dum de rebus salutis loqui vult sine spiritu Dei, Natura mendaces sumus, solum autem verbum Domini siue Euangelion ver- races facit. Psalm. 4. vocat fructanea eorum contra se consilia et co- natus irritos, mendacium & inane. Sic mendax arcus & ficus in scri- ptura dicuntur, quod fallant & eludant spem & expectationem, quæ de eis habetur. 7 Mendacium omnem falsam confidentiam si- gnificat, vt Osee. 12. fœdus inirum cum Assyrijs, mendacium vocat.
 - 8 Item David Mendacium inane vocat, Psalm. quarto, frustranea impiorū contra se consilia & conatus irritos: fefellerunt enim illos. Sicut ficus mendax &c. Ita frustrarunt hostes Davidis sua consilia dū id minime præstiterunt, quod de se pollicebantur, nempe Davidis ex- tinctionem. 9 Nonnunquam scriptura non crassa illa solum, quæ iudicio humano patent, vocat mendacia, sed multo magis & proprie quo seducuntur homines à Dei veritate, Psalm. 5. Nam quum Deus sit

s

ipsa ve-

DIVINAE SCRIPTURAE

ipsa veritas, quicquid contra eius doctrinam dictum fuerit, vel se eius doctrinae aequare voluerit, mendacium sit necesse est, vt Sapient. 1. Os quod mentitur, occidit animam. 10 Mendacia applicare, est mendaces doctrinas obrudere, vt Psalm. 119. Multiplicata est Hebraeus dicit: Applicuerunt. 11 Mendacium loqui paulo ante in litera L, traetauimus. **MENSA.**

1 Vocabulum Mensae scripturae vsitatum est, & pro cibo, pane, refectioe aquae, sapientiae & verbo Dei, siue ipsa praedicatione verbi vsurpatur. 2 Item pro ipsa lege & Prophetis, in quibus sicut in mensa panis, ita proponitur manna coeleste verbi Dei, quod animam refortilat & confortat, Deut. 8. Matt. 4. & Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam, id est, o Domine, verbum tuum scriptum in lege Mosi et Prophetis, vel libris Prophetarum, vt sit mihi consolationi quum persaequar. 3 Mensam Domini Malachias primo capite, Altare vocat. Sicut Ezech. 41. Haec est mensa coram domino, & strues eius hoc quod super altare ponitur ex lignis, cibis vero holocaustum. 4 Item Mensa facierum, aut praesentiarum, siue Mensa propositionis (apud Moysen Num. 4. cap.) Ea est, quae proponitur coram Deo: sicut & panes propositionis, panes facierum vocantur, qui coram Deo proponerentur. 5 Mensam verti in laqueum, est scripturam impijs fieri in laqueum, quo primum irroriantur & impediuntur. Non est enim sensus scripturae nisi apud spirituale, qui spiritualis non est, is varie distrahitur huc & illuc, multiplicibus sententijs scripturae, et nihil certi consequatur, donec tandem profusus infederit falsa opinio. Et illud Distrahi, est illa quaerari & irretiri & capi, occupari falsa opinione. Sicut, 2. Timo. Respicit ad diaboli laqueis, a quo captiui tenentur. Et Dauid Psalm. 68. precatur: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & retributionem & scandalum. 6 Prophetae alias ebrietatem, alias daemonium meridianum, alias laqueos, alij alij nominibus. 7 Mensa contra tribulantes, in Psalm. 12. functio pastoris illius boni, qua oves curet suas, pulchre describitur. Et inter alia, mensam esse paratam gregi, aduersus eos qui sunt molesti. Quibus verbis fallor si aliud indicatur, quam pabulum vitae aeternae, nempe Dei verbum, quod solum in tanta impiorum frequentia qui ad defectionem sollicitant, immotos in officio retinet credentes.

MENS.

1 Mens naturae sensus est, quo hoc aut illud complectimur aut odiosae auerlamur, Lucae. 10. Ex tota mente. 2 Mentem autem cingere, est forriter persistere & firmiter adherere, neque permittere vt quisquam inde nos diuellere queat, verum feliciter stare. 1. Petri. 1. Deniq; Mentem, spiritum & rationem vocari constat, vt de Libero Arbitrio, libro. 1. capite. 7. Augustinus. 3 Mentem Christi tenere, est videre & iudicare spiritualiter, & quae sit voluntas Dei, tam miserentis, tum

irati

PHRASES.

frati in Christo: adeoque Christus est imago illius voluntatis, & qui hanc imaginem agnoscunt vel spiritualiter iudicant. Roma. 12. Renouamini nouitate sensus vestri, vt probetis quae sit voluntas, &c. Ad hanc sententiam sunt referendi loci, 1. Corinth. 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum sanctum, hoc est, fecit nos credere Euangelio. Et inde rursus: Nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo, vt sciamus quae a CHRISTO, id est, vt sciamus quanta sit Dei misericordia erga nos, qui pro peccatis nostris Christum tradidit. 4 Mens reproba, est deprauatum iudicium, dum quae bonum malum, & malum bonum iudicat, honestum turpe, & econtrario: De qua Esaiæ quinto. Vt qui dicitis bonum malum, & malum bonum, &c. Rom. 1. In reprobam mentem, &c.

MANE.

1 Mane vsurpatur pro consolatione & prosperitate, & habet nomen illud Misericordia plerumque adiunctum: quia fidelis omnia beneficia misericordiae diuinae adscribit, vt Psalm. 91. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem, hoc est, prosperis siue consolatione seu prosperitate accepta, quando praedicanda est nobis Dei misericordia, & nihil nostris adscribendum meritis. Sic Psalm. centesimo quadragesimo secundo & quinto: Mane exaudies vocem meam, Mane astabo tibi. Nam mane est tempus gratiae illucescentis in cordibus credentium, 2. ad Corinthios quarto, ad Romanos decimo tertio cap. In Canticis: Donec aspires dies ille, inclinet umbra. 2 Sic Mane tempus matutinum est, aptum orationi & doctrinae, quando conueniebant ad orationem & ad audiendum verbum Dei, ad tabernaculum siue ad templum Dei. 3 Item in scriptura Mane (vnde matutinum tempus) non solum alacritas insinuat, sed etiam oportunitus orationis tempus eligitur. Mane enim sobriorum mens adhuc minus turbata & viuida ad quaeuis facienda expeditior est, Eccles. 39. Iustus tradit cor suum diluculo ad vigilandum ad Dominum, &c. Et Psalm. Mane orabo & astabo, Deus meus ad te diluculo vigilo. Quod adhuc ex primitiue Ecclesiae instituto, quae antelucanos hymnos Christo psallebat in Ecclesiis & monasterijs, seruat. 4 Item Mane vsuntur Hebraei pro valde rempestiue, celeriter, confestim arque similitum, sicut in Hieremia. 21. capite. Nisi ad vos seruos meos Prophetas mane confurgens, hoc est, tempestiue monens. Et, 2. Paral. 36. capite: Mittebat autem Dominus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum de nocte confurgens, & quotidie commonens, eo quod parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, &c.

MATUTINUM.

1 Matutinum plerumque in Psalmis respicientium ab errore est verbum, vt Psalm. quinto & 26. & 100. 129. A custodia matutina usque ad noctem, id est, tota die speret Israel in Domino,

2 Non tamen absurde item licet iuxta sententiam congruentiam, matutinum intelligere hoc tempus quod potestati tenebrarum huius saeculi, cuius servator ipse meminit, Lucae. 22. succedet, Matutinum videlicet illud vitae aeternae quod vesperum non habet. Sic Psalm. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum laetitia.

MALVS.

1 Hebraeis saepe haec vox idem est quod tristis, seuerus. Sic enim Hebraei Gen. 4.0. loquuntur. Quare vultus vestri hodie mali, id est, tristes, seueri? 2 Hinc Malitia pro aeternitate & tristitia atque miseria adfectioneque perpetua ponunt, ut quum Christus dicit: Sufficit diei malitia sua, pro, adferret laborem suum, aeternam, tristitia, adfectionem miseriam secum dies. Et alibi: Si est malum in ciuitate quod Dominus non fecit. Non pro malignitate, nec hic auaritiam aut rapinas significat, nec quicquam aliud omnino, sed eas profecto plagas quae diuinitus inferuntur. Et: Qui facio pacem, & creo mala.

3 Item Malum pro miseria & calamitate ponitur, Esaiae. 45. capite: Produco malum. 4 Malum esse in oculis, Hebraismus est. Significat autem animo displicere. Vidit & Esau quod hoc (quod vxores Chanaanas duxerat) malum esset in oculis Isaac, id est, quod displiceret, Gene. 28. & 38. Nequam in oculis Domini & Nimrod.

MALITIA.

1 Malitiam Hebraei nonnunquam accipiunt pro immaturitate & acerbitate, Hier. 24. Prae austeritate. Hebraica habent: Prae malitia hic accipitur apud Hier. cap. 11. pro adfectione: Non saluabunt eos in tempore malitiae. 2 Malitia autem est impietas cordis, externa illa prae facta, opera sunt tantum fructus internae malitiae: est autem quod non fides Deo, non times, non amas Deum, quae tua sunt, non quae aliorum: profunda est ista radix, et non satis ne à pijs quidem intellecta, vt Psalm. 36. 3 Vel malus affectus, quo quis propensus est ad malefaciendum alijs, Graece κακοθυμία affectum significat male vel sinistre interpretandi aliena, quae foris suspicio.

4 Porro Malignus est ille, qui sua consilia, suaque studia sequutus, Impietatem, id est, Dei ignorantiam, pro Dei veritate defendit. Inde & iniusti, & proprie iuxta Hebraeos, insipientes, hoc est, fatui & praefracti, non audientes verbum Dei, deprehendere tandem per Christum veritatem, Psalmo quinto: Non habitabit iuxta te malignus, neque iniusti ante oculos tuos.

5 Maledictio atqui est quicquid docetur contra Dei verbum, vt Psalmo nono: Quorum os maledictione plenum, hoc est, quicquid docent & dicunt maledictiones & blasphemiae sunt.

6 Maledictio interior peccatum & iniquitas, vt Psalm. 119. & Matthaei vicesimo quinto. Hieremiae decimo octauo. 7 Maledictio exterior est penuria, vt Malachiae tertio, Sic Christus maledixit sicum.

MEDIUM.

1 Medio Hebraei vtuntur pro parte, vt est apud Zachariam videre. Qui mediam partem montis oliuarum in Orientem, mediam in Occidentem, mediam in Aquilonem, mediam in Notum deijcit. Idem apud Esaia. 44. Parte igni calemus, parte coquimus, parte idolum fabricamus. 2 Atqui in medio esse, Hebraei hac loquutione interim παραπληρωματικώς hoc est, impletive ac obiter vtuntur. Interitum cum Emphasi, sed rarius vt. Ego Deus vester ero. Certos enim facit se tanquam vnum de coetu inter eos fore. Et alibi: Promittit Deus: Et ego in medio eorum, ero Deus eorum, duces se fore, imò familiarem quoque gregario cuique similem pollicetur.

3 Ponitur ea loquutio quoque quae est frequens apud Hebraeos, nonnunquam pro praesente, duces esse ipsorum, principem, praefectum scilicet & dominum esse. 4 In medio esse, pro, ex illis esse, illorum esse. Exodi octauo capite: Scias quod ego dominus in medio terrae. Sic & in conspectu esse, Esaiae capite quinto. Obiter implet.

5 Item in loco ponitur familiarem quoque esse, id quod praeter omnibus principis est munus. Sic & in Esaia. 7. legimus de Emmanuel, id est, nobiscum Deus in medio erit. כִּנְיָנוּ coram eis esse. 6 Saepe capitur in medio, pro, simul cum alijs. Hebraismus est. Gene. 42. Venerunt filij Israel ad emendum in medio venientium, hoc est, simul cum alijs qui venerant ad emenda alimenta & ipsi venerunt. Sic sunt hi Hebraismi: In corde maris, in corde terrae, sicut rex in medio populi cor est. 7 In summa, de medio ad medium, et in medio, & similes, interdum loquutiones sunt, interdum verò significant quoque quod sonant.

MITES.

1 Mites in scripturis canonicis hi dicuntur, qui ex corde mansueti sunt & vindictam non solum, sed Deo ultionem sui reliquunt, placide erga minimum se gerunt, condonant iniuriam illatam, hi possidebunt hereditate terram, hoc est, permanebunt. Non quod terrae Domini futuri sunt, perdurabunt, Matthaei quinto capite, & Psalmo trigesimo septimo: Et mites hereditabunt terram, hoc est, mansueti omnia cedentes & ferentes, recepto Christo, centuplum accipiunt pro omni eo, quod illis ablatum fuerit, & vere terram possidebunt, id est, rebus omnibus, quantum eis satis & vnde fuerit, abunde persfuerunt. Et Moses ille mitis & mansuetissimus omnium mortalium praedicator, vt videre licet in Deuteronomio.

MISERICORDIA.

1 Misericordia est omnis illa beneficentia, qua extra publicam collationem proximorum necessitati succurrit. Sic enim D. Paulus Hebraica phrasi vtitur: Qui miseretur in hilaritate. quibus verbis misericordiam, omnino effusam quandam bonitatem studiumque benemerendi significat. Graeci ἐλεημοσύνην vocant. Sic Christus quoque hanc

beneficentiam extulit Matthæi 6. Quum facis elemosynam, id est, quum impendis beneficium. Hæc illa misericordia quoque est, de qua Propheta ait: Misericordiam volo, & non sacrificium. Et qualem Samaritanus impenderat ei, qui à latronibus erat vulneratus. His omnibus locis misericordia idem quod beneficium significat. Sicut & Marth. 5. 2. Item Misericordia frequenter pro eo accipitur, quod deus ex sua misericordia nobis præstat, pro beneficentia. scilicet & beneficio dei. Genesis. 32. Minor sum cunctis miserationibus tuis: & hoc significare dicitur Hebræis חַסֵּד. Latine miserationem, Græcus δεικνύων transtulit, ubi videmus iustitiam in scripturis sepe pro misericordia accipi. 3. Hanc Misericordiam Hebræi legunt חַסֵּד, beneficium, fauorem, gratiâ: Septuaginta veterunt δεικνύων, iustitiam. Fauor enim & misericordia Dei erga nos vocatur in scripturis sacris iustitia, hac ratione, quod Deus iustus est et præstat quod pollicetur. Pollicitatio ex misericordia est: quod præstat, iustitia est. Vnde qui raro & egregio beneficio vel amicitia, se adfectum à Domino vel homine voluit significare, eum memorat scriptura dicere solitum (vt nostra quidè versio reddere, solet) Fecit mecum misericordiam: quod tamè perinde est atque, Adfecit me singulari beneficio, magnifice suam erga me benevolentiam declarauit, egregie iuuuit. Sic Genesis. 29. capite patet.

4. Misericordia Hebræico Tropo pro beneficio, vel quod vulgo dicunt amicitia. Hanc misericordiam facias mecum, hoc mihi beneficij præstes. Sic misericordia Dei est, quando Deus infundit nobis gratiâ, ac benefacit, & misericors donum seu misericordiae donum est, quum ipse nobis ignoscit, donat. 5. Misericordes ergo Latine rectè bonos, benignos, beneuolos, propensos ad benefaciendum, singulari què studio ad copiose demerendum vocaueris, qui in hoc potissimum, vt quamplurimos demereantur, imò omnibus frugi sint, incumbunt. Sic Lucæ. 5. capite, in Græco, γινέσθε ἀνελεημένους. Estote misericordes. Et in Marthæo: Eritis vos perfecti dilectione atque misericordes, idem sunt. Et Psalm. 112. atque Psalm. 97. Custodit animas benignorum suorum. Et Prover. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem. Et Proverbio. 16. Benignitate & veritate redimitur iniquitas. Sic & Moses Exod. 17. pro beneficentia capit: Duxisti me in misericordia tua.

6. Similiter חַסֵּד id est, miserationes, inde ita vocata sunt, quod חַסֵּד verum significat, vt ea misericordia, charitas, & benevolentia hoc verbo exprimat, qua solet mater affici filio vteri sui.

7. Porro Prover. 4. Misericordia & veritas te non deserent. Misericordia significat beneficentiam, vt auditum est. Veritas fidelitatem, seu fidelem animum erga alium. Hac figura verborum saepe vtuntur, Psalm. 31. Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Et 84. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. 8. De qua loquutione supra in litera B. Et Psalm. 88. Et veritas mea & misericordia mea cum

ipso

ipso. Ecce autem grauissimam promissionem pollicetur pater ijs, qui requirunt misericordiam & felicitatem suam. M V N E R A.

Nomine Munerum veniunt omnia, quibus tua quæris, non quæ Dei, vt tui commodi respectu agas, & dicas rectum, contra conscientiam, non habito respectu vel commodi, vel incommodi proximi, vel pietatis, & est contra Mosi institutionem, Exod. 17. Et contra legem Dei. Deu. 15. Exo. 23. Prohibet & David non vno in loco accipere munera.

M I T T E R E.

1. Mittere, pro abijcere vtuntur Hebræi. Nam hoc commune cum omnibus linguis habent Hebræi, vt crebro vtantur vehementiori, & contra. Sic Esa. 6. cap. Mittendi verbum, pro abijcendi verbo sunt vsi. Efructus suos mittunt, id est, abijciunt. 2. Item Mitti in sacris literis, præcipue Paulinis scriptis, est, non quæsitâ occasione, imò potius inuicem, consensu & autoritate patrum Episcoporum Ecclesiæ, ad ministrum verbi seligi, Roma. 10. M O S E S L E G I T V R.

Tropus est, & idem est quod lex legitur, quæ per Moysen data est 2. Corinth. 3. Item eodem capite, quum dicit ad Dominum conuersi, per Antonomasiam Christum intelligit.

M V S I C A C H R I S T I A -
norum instrumenta.

1. Omnia quæ in Psalterio legimus de musicis instrumentis, & ceremonijs, significant mentis læticiam, & spiritum, qua lætitia gratus animus Deo in spiritu afficitur, & prædicat alijs quoque iam expertus Dei benignitatem, & vt D. Paulus iuber, Christianos in nouo testamento hymnis canticis spiritualibus canere, ac psallere in cordibus eorum gratias semper Deo agentes. Siquidem illa instrumenta musica totum sibi volunt hominem, qui in eis cecinit &c. De his lege Psalm. 32. 148. & 149.

M A I O R M I N O R.

1. Magnum autè & paruum, seu minorem, Hebræi vocant, non à conditione, sed à natiuitate. 2. Maior vocatur eis primogenitus, seu natus maior. 3. Item interdum maior & minor non semper ad ætatem proprie referuntur, sed ad vires & præcellentiâ, Rom. 9. Maior seruiet minori. 4. Minor, iunior, seu natus minorè significat. Et hoc quoque facit ad intellectum loci Euangelici, ubi Christus dicit. Qui maior est inter vos, fiat sicut minor, siue iunior &c. Gen. 27. Vocat ergo Esau filium maiorem. Gen. 25. Maior seruiet minori. 5. Maior non ad corpus semper, nec vires refertur, sed ad multitudinè. Nam vox Hebraica זָרָא naturaliter multum significat, transmittitur tamen ad magnitudinè nonnunquam. Et Gene. 29. Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Minorem accipit hic, scilicet natum, non corpore.

M O L A M T O L L E R E.

1. Molam tollere, est extremam seruitutem ferre, Captiui enim olim cogebantur in carceribus molere farinam, Esaiæ 47.

- 1 Minha, vox Hebraica, Latini proprium nomen non habent, ideo plerunque Hebraicum vsurpatur, Oblatio seu holocaustum, vocabatur iuge illud et perpetuum sacrificium apud Hebræos מִנְחָה, quod purant deriuari à verbo מָנַח adduxit: fiebat que in vespera, hoc est, quum sol inciperet declinare. Vnde vsus apud Hebræos obtinuit, vt sæpe tempus vespertinum vocent Minha.
- 2 Et licet scriptura quoque vocet iuge illud sacrificium, quod mane fiebat, Minha, tamen peculiariter adaptatur tempori vespertino & eius sacrificio.

MNA.

- 1 Mna, vox Hebraica, quamuis eam & Græci & Latini vt suam vsurpant. Ea quum centum drachmarum summa est, tum partem aut numerum quemlibet sæpe significat, Gene. 31. numerum signat decem (vt Moses) mnas decem vicibus.

MAGIS.

- 1 Magis aduerbium corrigenis, non semper augentis, vt. 2. Pet. 1. Magis satagite, id est, date operam, siue studete: quasi diceret: potius satagite. Mar. 7. autem pro potius accipit: Tanto magis &c.

MILLIA.

- 1 Freuens autem is scripturarum mos est, vt numero millenario pro qualibet maxima multitudine vtantur, vt Num. 1. pro omni ea copiosissima multitudine est sumendum, non pro numero multum determinato. 2 Mille autem anni &c. apud Ezech. Est omne tempus, millenarius ille, quod à reuelato Christo, vsq; ad consummationem seculi intercedit, à primo, vt loquuntur, vsque ad secundum aduentum. 3 Mille autem anni dicuntur propter numerum perfectissimum in se replicatum, dies decem centum constituunt, et rursus decies centum mille. Et apud Ezech. 38. Extremum dierum aut annorum nominat tempora restituti Israël, ex parte saltem per regem Messiah. Ioannes vocat nouissimam horam, quam nunc esse dicit χιλιετηρῶν illam, qua de in Apocalypsi, horulam vocat. 4 De millibus Israel, pro de tota multitudine Israel, Numeri trigesimo prima capite. 5 Decem millia autem, qualis tropus sit, vide in litera D.

MOECHARI.

- 1 Quemadmodum Furti nomine, omnis illegitima aut illicita rei alienæ contractio ac vsurpatione intelligitur, (Nam sub furto, etiam fœnus, rapina, & omnis circumuentio proximi comprehenditur) ita sub nomine Mœchiæ, omnis illicitus vsus membrorum naturalium intelligitur. 2 Adulterij igitur nomine, etiam scortationem intellige, & quicquid obscœnius est. Exod. 20. Non mœchaberis, non fureris. Per inde huius vocis significancia vetatur diuino præcepto fornicatio simplex atque adulterium.

NOX



- N** OCTIS & tenebrarum nominibus aduersitatem, tribulationem siue aduersum, lucis & diei prosperum tempus scriptura significare solet, Esaia 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Sic Zachariae 1. Vidi noctem. 2 Et illa vox tentationem significat, quâdo nobis quasi in inferno esse videmur, & à Deo derelicti, debemus annunciare veritatem, id est, Dei promissionem, vt certi de verbo eius non desperemus Psalmo 5. & 120. Neque Luna per noctem. 3 Item pro vesperi vel initio noctis capitur, Genesi. 19. Qui introierunt ad te nocte, id est, initio noctis.
- 4 Nonnunquam solenne illud sanctis precationis tempus respicit. Nam matutinum cum vespertino tempore, in lege sua Deus sacrificio, precibus & hymnis, deputauerat, Numeri 25. & 1. Paralipome. 23. Hæc tempora, præcipue autem, matutinum, sancti & priuatum precaturi, obseruabant, quod eo ad precandum essent animis aprioribus, tum quod ita se publico Dei instituto accommodare, gaudebant &c. Sic Psalmo 88. & 59. 92. 5 Item D. Paulus per noctem intelligit omnem doctrinam, quæ non est Euangelion, præter quod nulla omnino potest esse saluifica. 6 Et sicut dies significat illuminationem per Euangelion, siue ipsum Euangelium. Sic Nox cacitatem & ignorantiam Euangelij. 7 Porro multis scripturæ locis, læta, fausta, & viuifica Euangelij prædicatio auroræ solisque exortui assimilatur, tū figurate, tum apertis verbis, vt D. Paulus Rom. 13. Euangelion citra figuram exorientem diem appellat. Item Psalmo centesimo nono. Populi tui spontanei erunt, in die virtutis tuæ, quæ ex vtero auroræ nascetur ros filiorum tuorum. 8 Sic nox & tenebræ, ignorantio verbi Dei est, Lucae primo. Illuminare ijs qui in vmbra mortis sedent. Sic nemo potest nocte operari: nam vbi verbum Dei deest, ibi non possumus opera Dei vitæ æternæ meritoria operari.
- 9 Similiter Esaï. 9. Vmbra mortis, loquutio est Hebraica צל מוות pro nocentissima nocte, qua præmuntur damnati, hoc est, qui extra charitatem hinc migrauerunt. 10 Porro hæc nostra prima resurrectio ad nouissimâ collata, vix vmbra est et nox, & tamen nox est liberationis, præcedente columna ignis. Comparata verò ad vitam Adæ & sapientiam mundi, lux est & sola sapientia, adeoque tanta claritas, cui etiam sol iste se conferre minus aufit, Esaia 24. Propterea nostrum tempus à resurgente Christo in scriptura nominatur acceptabile, diesque salutis, Esaia 49. In Psalmis: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. 11 Cæterum quid sit prima illa dies & nox in creatione mundi, satis diligenter memoria prædidit Basilius Magnus in congressione secunda diei primi.

S 5

11 SICUS

12. Sicut autem fideles sunt lux coram Domino & in Deo, ita sunt nox coram & in mundo imò & in oculis suis nihil, & tenebrae, quia sibiipsis displicent. E regione impij ac infideles, ut sunt lux in mundo & oculis suis, nimirum sibiipsis placentes, ita & in spiritu & conspectu Dei nox sunt & tenebrae. Vnde & Apostolus, Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. 13. Sic Psalmo decimo octavo, Nox, id est, Apostoli fideles, nocti infideli, id est, mundo, secundum interiorem hominem tenebroso, indicant scientiam, hoc est, prudentes spiritu, indicant prudentibus carne, scientiam & cognitionem. 14. Peccatorum vita est nox. Qui dormiunt, nocte dormiunt. Et qui ebrii sunt &c. 15. Nox, vita praesens, respectu futurae, in qua Deum clare videbimus. 16. Item seculum impiorum futurum, veniet nox, quando nemo poterit operari. 17. Item nox infidelitatem notat, sicut dies fidei lucem, et iustitiae aequitatem, de quo, Non sumus noctis filij &c. In quatuor enim excubias vel vigiliis apud Iudaeos dividebatur nox, quod & Evangelistae indicant. Hinc dicit David Psalmo septuagesimo septimo, tantam fuisse aegritudinem, ut somnum penitus excluderet, ut loquelam ademerit. Tenuisti custodias oculorum meorum, pro arcuisti somnum ab oculis meis, per noctis custodias, id est, partes. 18. Media autem nox occultum Domini iudicij significat, ut ibi: Media nocte clamor factus est. Vide Rabanum.

NIX.

1. Nix aliquando candor iustitiae est per Hyperbolen, Super nivem dealbabor, id est, super candorem nivem à peccatis purgatus evadam. 2. Dealbabitur aliquoties in malum vsurpatur, Percutiet te Deus paries dealbare. Similes estis monumentis dealbatis. 3. Nives quoque baptismi puritatem denotant. 4. Item instantem tribulationem: Qui timet pruina, irruet super eum nix. 5. Nivis frigore & duritia grandinis, vita pravorum & dura impiorum ceruix exprimitur. Saulus quippe nix & grando contra adversariorum peccata factus est vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione.

NATIVUM.

1. Etiam dicitur id quod quocunque modo coepit esse. Sic natum pro conceptum esse positum, fatetur & indicat D. Augustin. libr. 1. Quaest. in Genesim. Et Tertullianus libro de carne Christi.

NON ESSE.

1. Dicuntur Hebraeis contempta. Sic Corinth. 2. vocat ea quae non sunt tanquam sint. Non esse intelligens, quae sint contemptissima, siue perditissima. Vnde nihili hominem dicimus, nullius precij hominem, Sic & Romanorum quarte capite. Tanquam ea quae sunt. 2. In summa, non entia dicuntur contempta.

NE-

1. Idem est, quod verbum diuinum non capere, scriptum est de nesciente literas, hoc est, de eo qui non intelligit verbum Dei.

NATURAE.

1. Naturae vocabulum proprie & per translationem in hunc modum diffinit D. August. de libero Arbitrio, libr. 3. capite. 19. Naturam aliter dicimus cum proprie loquimur naturam hominis, in qua, primum in suo genere inculpabilis factus est, aliter istam, in qua ex illius dānati poena, & mortales & ignari, & carni subditi nascimur. Iuxta quem modum dicit Apostolus: Fuimus enim & nos naturaliter filij irae, sicut & ceteri. 2. Natura humana, in sacris literis dicitur prudentia carnis, Romanorum 8. Adfectus carnis vel caro ipsa Galat. 5. Oculi nequam, Matth. 6. Sol, Esai. 60. Ratio, Colossen. 2. Peccatum, iniquitas culpa generalis. Et id genus reliqua.

NOMEN.

1. Interdum non ad natiuitatem, sed generationem, id est, seculum; vel multiplicationem proles & genus significat, sicut generationem pravam & adulteram Dominus vocat, Esai. 53. Et nomen eorum delecti in aeternum, & in seculum seculi. Id est, gloriam & estimationem omnem abstulisti: & famam, quam illi maxime ambiebāt. Nam hoc ferme est quod Psalmo 48. dicitur. Vocauerunt nomina sua in terris suis, i. terris sua indiderunt nomina diuites impij: quo longius famam protenderent ad posteritatem. 2. Dei nomine in scriptura ipsum Deum, vel potius maiestatem & gloriam eius designari constat, Psalmo 8. Sic nomen Dei Iacob numen & virtutem Dei significat, Psalmo 20. Deus Israël. 3. Deus Iacob nomine sicut Israël, populum intelligas. Sic Psalmo 14. & multis alijs locis nomine Iacob Psaltes vitur. 4. Item, nomen scriptura interdum vocat celebrem gloriam & insignem nobilitatem, quemadmodum scilicet in libro Proverbiorum traditur, Eligibilis nomen bonum, quam multae diuitiae. Sic & in Evangelio, In nomine patris. 5. Nomine autem patris totum significari, Tropus scripturae est vsitatissimus, Psalmo 2. Adstiterunt reges terrae, vbi Pilatus cum Herode rex vocatur. Sic Israël vocatur filius primogenitus, quum tamen multi inter eos essent idololatrae. Rursum omnes arguuntur, vbi pauci meruerunt, ita vnus rex, Psalmo secundo vtrumque regem facit. 6. Nomen Dei polluere, iuxta Ezech. 36. Polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, &c. nihil aliud est, quam nomen Dei in gentibus blasphemari. Nimirum quando specie pietatis praereximus, & pia docemus: nihilominus tamen impiè viuentes, & scelera quae vel lege naturae esse iudicari possunt, committentes & perpetrantes. 7. Narrare nomen Dei, Est verè predicare Evangelium, id est, remissionem peccatorum, & liberationem à mor-

à morte, & inferis, donationemque vitae aeternae, per Iesum Christum si tamen mandata eius custodierimus, Psalmo vigesimo primo. Nar-
 rabo nomen tuum fratribus meis, id est, cum liberaveris me, non ero
 ingratus, sed praedicabo gloriam nominis tui. 8 Narrare mira-
 bilia Dei, Est gratias agere de omnibus beneficijs & liberationibus, in
 quibus expertum est genus humanum misericordiam & benignita-
 tem patris, vt ex praeritis, vel ex nostris tentationibus superatis dis-
 ramus fortius confidere. 9 In nominae Dei benedicere, Deut. 10.
 Hebraeus dicit benedicere nomen eius. Constructio Hebraica est, a-
 pud eos enim vocandi & benedicendi verbum iungitur nomini cum
 praepositione In, dicuntq; benedicere in faciem illius, pro eo quod est
 illius faciem benedicere. 10 Nomen alicuius super aliquo inuo-
 cari, vt Esaiæ quarto capite dicunt mulieres illae adhaesit. Tantum-
 modo inuocetur nomen tuum super nos, auferatur opprobrium no-
 strum, quod nihil aliud est, quam si dicatur, vir illarum, & ita sterilitatis
 & viduitatis maledictio tollatur. Hinc discis quod locus ille, Gene-
 sis 49. Vbi dicit Iacob: Inuocetur super illis nomen meum, nomina
 quoque patrum meorum, Abraham & Isaac, nihil aliud vult, quam
 quod dicendi essent filij Ibraël, filij Abrahæ & Isaac. De hoc Idiotissi-
 mo in litera I, fusissime diximus. 11 Et nomen inuocari Hebraeis
 loquutio est, pro nomen imponi, Hieremi. 17. Nomen tuum inuoca-
 tum, hoc est, impositum est nobis. 12 Nomine Dei Iacob. Hebraei
 intelligunt totum Dei populum, testatur vltimus versus 14. & 20. Et
 Esaiæ quadagesimo quarto capite, aliaque loca quamplurima. Sic no-
 mine Iuda populum Israëliticum Sophoni. 1. 13 Nomen amitte-
 re Deus per Esaiam 14. capite. Hieremiae quinto capite, dicit se Baby-
 lonis, regumque suorum nomina penitus deleturum. Dicis autem, au-
 non adhuc nomina Babylonis & regum Babyloniae salua celebran-
 tur. Sed quorum gloria periisset, qui misericordiam non adsequenter,
 etiam nomen amisisse dicuntur, cuius Deus recordetur.
 14 Nominum impositione mos scripturae est, res celebres demon-
 strare, Malachiae primo capite. Et vocabuntur. Sophon. 1. dicitur ciui-
 tas, veritas. Et apud Esaiam, Hierusalem ciuitas iustitiae vocabitur
 voluntas mea. Et iterum, Vocabunt eos populus sanctus.
 15 Porro Iudaeis soleme erat, vt infanti nomenclaturam in circun-
 cisione inderent, quod significat, quum per fidem iustificamur, tum
 demum nomē acquirimus, prius & fide & nomine caruimus. Quam-
 primum enim spiritualiter circumcidimur, & fidem obtinemus, no-
 mine insignimur: & sic à nomine, quod ab Adam habebamus, scilicet
 filij Adae vocati, ad nouum nomen quod filij Dei appellamur, perue-
 nitimus, quemadmodum priorem natiuitatē Adamiticam amittimus.
 Huc tum adposite quadrat illud Prophetae: Inuocatum est nomen
 tuum super nos, hoc est, secundum nomen tuum vocati sumus.

16 Nomina ab euentu aut occasione aliqua suis in dere seu impone-
 re soliti Hebraei, vt & Graeci fuere, quibus vel aliquis euentus signifi-
 caretur, aut inesseret aliqua ad virtutem admonitio. Sic Sophoniae spe-
 culatorem Dei significat. Et fieri potest, quando omnia certa diuinæ
 providentiae dispositione eueniunt, vt Deus puero hoc nomē dari vo-
 luerit, quod suo in eo operi velut preluderet, ostenderetq; ad id quod
 eum sibi destinasset, nimirum vt suus speculator esset. Id quod & in
 S. Ioanne Baptista & Domino factum legimus. Similiter & Gene. 4.
 Nominauit Eua filium Cain, possedi hominem per Deum Genesi. 25.
 Iacob, nam Hebraice significat calcem aut calcar. Item Apollinaris
 & Chrysothomus indicant, quod potestatis ac dominij indicium sit,
 quando seruis noua nomina induntur. Et licet hoc aliquoties in scri-
 pturis cernere. Adam enim appellans suis nominibus animalia, Domi-
 num se illorum à Deo cōditum declarauit. Insigniuit etiam Christus
 nouis nominibus, quos suo ministerio adscripsit. Ita ex Simone fa-
 cētus Petrus, ex filijs Zebedaei filij tonitruī, ex Saulo Paulus, & olim
 ex Iacob Israēl, & ex Abram Abraham, pater multarum gentium, Sic
 Daniel 1. Et imposuit illis princeps cubiculariorum nomina. Beati ni-
 mirum quos Deus inter suos recensens, nouis vocabulis nominat.
 17 Nomen abolere, Hyperbolica loquutio in scripturis qua signifi-
 care vult omnidam impiorum interuentionem, vt nulla superfit causa
 que nominarentur. 18 Aut per nominis abolitionem, intelligit
 scriptura sublatam nominis impiorum celebritatem, vide Psalmo 4.
 Sic per nomen יָגוּשׁ, prodigiosam magnitudinem signare, vt mon-
 tes flumina Dei, Hæc alibi exposuimus.

NVMERI VARIATIO.

1 Hebraeus more suo iungit singularem nominatiuum plurali ter-
 tiae personae. Sic Esai. 3. Iustus studiorum fructus comedet, per quod
 discas, iustos omnes comedere, vt iustus collectiui nominis vim ha-
 beat. Sic eodem tropo, singulare verbum, plurali nomini additur, E-
 saiæ 3. Populum meum exactores eius racemat, quo vnum omnium
 in hoc consensum videas, quasi vnus agat. Plura de numeris D. Au-
 gustin. in libris Ciuit. diuinæ. Nam vt ipse testatur ratio numeri non
 est contemnēda, quæ in multis sacrarum literarum locis obuia sit le-
 genti, libr. 11. cap. 30. 2 Numerus certus pro incerto, Esa. 19. In die
 illa erunt quinque ciuitates in terra Mizram. Per quinque ciuitates in-
 tellige aliquot. Sic duodecim millia in titulo, Psal. 59. more Hebraeo,
 ingentem numerum significat.

NEGOCIUM PERAM-

bulans in tenebris.

1 Est deijci in peccata & blasphemias. Deijciebatur enim Dauid (ab
 illa peste sarana perambulante in tenebris) tam robustus miles, in adul-
 terium, homicidium, nec tamen per tantum tempus respicere potuit,
 quam-

DIVINAE SCRIPTURAE

quamvis non ignoravit malum esse & homicidium & adulterium. In tenebris enim ambulabat illa pestis, & istud negotium, donec venit vox & Legis et Euangelij, ex ore Nathan Prophetæ, & corripentis, & consolantis &c. Negotium ambulans in tenebris, est diaboli & carnis tentatio & suggestio, siue prouocatio qua diabolus seu caro, vel eius concupiscentia hominem ad peccandum intus in corde sollicitant. Nam peccatum prius quàm in opus producat, diaboli negotiatione & carnis blanditijs prouocatur in tenebris cordis. Dicuntur tenebræ cor & mens hominis destituta luce gratiæ Christi: Dauid Psalmo 90. ait: A sagitta volante in die, & à negotio perambulante in tenebris. Peccatum est negotium ambulans in tenebris, hoc est, in Dei offensa, & in occulta animi suggestione.

NON. N^o

1 Quæ negatio & Latinis nonnunquam interrogatio est, Esai. 45. Non intelligant qui lignæum simulachrum extollunt? Non ego te vidi Damonis pessime caprum? 2 Non sic **Q^o N^o** loquutio est apud Hebræos, pro non quemadmodum oportebat, Hierem. 23. Habent Hebraica sic, Et robur eorum non sic.

NUMERVS SINGVLARIS

pro plurali.

1 Pleraque elata numero singulari, re ipsa pluraliter exponunt & intelliguntur, vt Psal. 104. Dixit & venit locusta, & brucus cuius non erat numerus, Iohel 1. Residuum bruci comedit locusta, Psal. 77. Attendite popule meus, Exod 13. Omne masculinum adaperiens vuluam &c. Zacha. Oculus hominis, id est, hominum, & 7. Num flebo in mea se? tanquam de vno loquens. Et perinde est, ac si multi orent & dicant: Exaudi Deus orationem meam, id est, orationes nostræ multitudinis, id quod in Psalmis crebro occurrit. 2 Item singulari numero sententiose loqui vulgare est Hebræis: Hinc est quod Christus dicit: Qui amat animam suam: potius dixerit, quàm: Qui vitam suam plus quàm me amat &c. 3 E contra, quæ pluraliter enunciantur, singulariter intelliguntur, Exodi 32. de vitulo aureo: Fecerunt sibi Deos aureos. Item: Illi sunt Dij tui, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Sic de latronibus dicitur, Marthæi 27. quod Domino insultauerint, quum tamen vnus solus id fecerit. 4 Item numerus dualis frequens in sacris literis, quum scilicet pluralis ponitur, nullo addito numero, qui crebro occurrit. 5 Item, mutatio hæc numeri est apud Prophetas familiaris & frequens Tropus, quo subito à plurali transitur ad singularem, & contra, vt Psal. 7. de inimicis & nequitia peccatorum: & dicit in eodem Psalmo. Ecce parturit iniustitiam & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et Psalmo 9. Dum conuertetur inimicus meus retro infirmabuntur à facie, Sic Esa. 27. Israel dicit: Veniet dies, & radices mittet Iacob, florebit, & fructum afferet, & implebunt faciem orbis.

PHRASES.

orbis. Afferet, dixerat, & subiungit, implebunt. Et in Prophetis frequentis est, quando multitudo significatur, vt Esaiæ 15.

6 Numerus infinitus, pro finito, vt Exodi 12. capite. Erit vobis in legitimum sempiternum, Exodi 21. capite Seruiet ei in sempiternum, vbi non intelligitur æternitas illa, secundum quod nobis æterna promittuntur, neque enim seruus iste viuere in æternum potuit.

7 Numerus finitus pro infinito, Prouerbio 24. Septies in die cadit iustus, Marthæi 18. Non dico tibi vsque septies, sed septuagesies septies. Summa, Vt enim nos numerum infinitum vsurpamus pro finito, totum pro parte, partem pro toto, genus pro specie, speciem pro genere. Ita & Hebræi.

NEGATIONES DVAE.

1 Non rrum est apud Hebræos, vt mox sese consequantur, & tamen non efficiant vnã affirmationem, Exo 14. Nunquid quia non erant sepulchra in Aegyptio? &c.

NIDVS.

1 Illud enim peculiare Hebrææ linguæ, vt habitationes aut domos, nidus vocet, quos aues præcipue maiores, vt sunt accipiter, ardea, aquila, in alto extruere solent, vt immunes pullos suos generare, fouere, & educare queant. Item diuites, magnique heroës faciunt, perinde atque Abdias de Esau ait: Quod si vel inter sydera nidulaueris, adhuc tamen deijcerem te, dicit Dominus. Nam etiam si diu ædificetur & laboretur, nihil amplius quàm nidus est, quicquid in terra possidemus, etiam si vniuersi mundi substantia foret, in quo gignimus, nutrimus & seruamus fœtus nostros. Iuxta hæc animantium quoddam interdum ingruit, vel demonum quod nidum vnã cum pullis diruit, vel aliàs nidus cum pullis torus aboletur. Ea est vitæ rerumque nostrarum conditio, temporaria sunt, & vt ortæ sic inereunt. Sic Abacuc 3. de Babylonico rege loquitur. Væ auidè auaro, ad damnum domus suæ, vt ponat in altum nidum suum, vt euadet manum infortunij.

2 Nidū struere, sed ova non excludere, est non potiri, vel frui bonis, quæ aliquis congeserit, quod in diuites optime quadrat: quid enim illis satis est, quo contenti auere opes desinant? Contra quid metuis sanam (non dicam enim beatam) saltem vitam, potest præstare quam diuitiæ? Reponunt ergo auari, sed quum plurimum congeserunt, minime fruuntur, hinc enim ociosisime coguntur deserere. Vfus Hiere. capite 17. Nidum congerit, sed non excludit ova.

NAVIS.

1 Propter merces quæ nauibus vehuntur, vnde opes potissimum crescunt: summa mali materies, placuit spiritui sancto pecuniæ studium, & perpetuos illos impietatis sudores navigationem appellare, vt Psalmo centesimo sexto. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, & cætera. Sic Psalmo quadagesimo septimo

DIVINAE SCRIPTURAE

primo. In Spiritu vehementi conteres naues Tharsis, id est, Franges opulentorum contra bonos potentiam & impietatem.

NOSSE DOMINI.

1 Dens quum sit optimus, ipseque bonitas, eos dūtaxat nōscit, qui iustitia, quæ est ex fide, illi probantur, cum alijs nihil conuenit. Sic Luce decimo tertio ad impios dixit Dominus: Nescio vnde sitis. Et Psalmo. i. Nōuit Dominus viam iustorū. Item Marth. 25. ad virgines imprudentes: Amen dico vobis, nescio vos. Dicunt Hebræi verbum illud, videlicet Noui, magnam præ se ferre diuinæ maiestatis dignationem, id quod & hoc dicto discitur: Noui te ex nomine. Et alibi: Non noui vos, discedite à me.

NOUACULA VELVTI

acuta nocere.

1 Sunt qui simulent amicitiam & pietatem, quo se in aliena consortia ingerant, & inter ipsa necessitudinis officia per occasionem lædūt, maxime quando de re agitur pecuniaria. Nam in illa impij omnes, quum cœlestia omnino negligunt, mire sunt oculati. Hos igitur impostores Propheta aptissime acutæ comparat nouacula, quæ inter agendum tam vulnerat leuiter, vt etiam non sentiat, Psalmo 51. Sicut nouacula acuta fecisti dolorem.

NUBERE.

1 Græcis ambiguum est verbum *γαμβροσι*, quod & significat nubere viro & ducere vxorem, 1. Cori. 7. capite. Nam hæc sententia Pauli ad vtrosque pertinet viros & mulieres. Et Matthæi 24. Nubentes pro nuptui tradentes, hic quoque accommodauit viris. Dicere poterat: Ducentes vxores & nuptum dantes, vt alterum ad viros pertineat, seu magis ad vtrosque, sponsum ac sponsam: alterum ad soceros & socros.

NUBES.

1 Nubes pro cœlo accipere consuevit scriptura. Sic Psalmo 36. Nubes & cœlos pro eodem, vt & bonitatem & fidem, accipit, 2 Et Psalmo 57. versu vndecimo. Nubes, pluuia, imber, prædicationem Dei, eloquium, Euangeliumque, verbum non incongrue designant: quia mos est scripturæ, spiritus sancti doctrinam nubem imbremque nuncupare. Vnde & vineam Iudæorum sicut infructuosam auferens, dicebat: Mandabo nubibus. 3 Item, dominicam carnem, vide Hysichium libro quinto, capite decimo sexto, in Lemi. 4 Hinc nubes dicuntur Prophetæ & Apostoli: quia sicut nubes baiulant pluuiam, & effundunt eam super terram, sic & Prophetæ & Apostoli accipiunt verba à Deo, & effundunt super rationabilem terram. 5 Item D. Paulus apud Hebræos cap. duodecimo per Nubem densitatem, frequentiam seu multitudinem testium intelligit (non obscuritatem seu refrigerationem, sicut aliàs frequens est in scripturis nubis translatio) id quod etiam satis indicat verbum *πρὸς οὐρανὸν*, 100, apud

PHRASES.

100. 9 Apud Ezechie. capite primo. Nubes & caligo tristitiam significant. 7 Item nubibus vehi & ingredi Deum scriptura dicit, propter operum eius celeritatem. 8 Item nubes aquæ dicuntur; Psalmo 29. Vox Domini super aquis, hoc est, in nubibus. Et Psalmo decimo octauo; versu duodecimo, tenebras aquarum, id est, tenebras vel obscuras aquas vocauit. 9 Nubes siquidem, definitore Aristotele libro, de Mundo, & interprete Budæo, est crassamentum exhalationum conuolutum, vim habens aquæ gignendæ. Quia igitur nubes aquas gignunt, & ex humidis exhalationibus gignuntur; per Meronymiam aquæ à Vate vocantur.

NOVABITIS.

1 Vobis nouale. Prouerbialiter apud Hieremiã capite 4. dictum est hoc pro eo quod est, In patria & domi manebitis cum rebus & substantijs siue facultatibus vestris: 2 Et non seminabitis in spinas. Eisdem prouerbiale est, pro, Non erit frustaneus aut alienus labor vester, qualis est captiuorum ac seruorum, qui colendo agrum ipsi nihil reportant, cunctis ad herum redeuntibus.

NOVISSIMUM TEMPVS.

1 Vltima ætas est à Christo vsque ad consummationem seculi, Prophetæ innumeris locis vocarunt nouissimum tempus, Ioannes horata nouissimam, Diuus Paulus alibi Tempus contractum, Reuelationem Domini, Nouissimi dies appellantur, alij alijs nominibus: de quo trope & supra.

OCVLVS. 77.



OCVLVS. pro toto aspectu alicuius rei, specie & facie scriptura sæpe vsurpat, sicut nos os pro tota facie dicimus, Psalmo. sexto testatur, & illud Mosi Exodi 8. Et ranæ & locustæ operuerūt oculum terræ, hoc est, aspectum, faciem terræ: Ita & Psalmo sexto. Turbarus est à furore oculus meus, id est, toto habitu immutatus, deformisque reddor. Psalmo 6. Caligauit præ amaritudine oculus meus. Et Zachariæ quinto capite: Hæc est oculum eorum in vniuersa terra, pro specie, facie & adpectu externo. Nam Hebræis eadem dictio 77, & oculum & speciem significat. 2 Vnde Oculi Domini, & vultus eius, Allegoria est ex hominibus sumpta, præsertim magnatibus, quorum est potissimum oculorum nutu agere, quos enim fauore dignantur, clementer apertis oculis intuentur: quos verò abominantur, clausis oculis & pressis palpebris aut truculentur in altum surrectis auersantur. Ita palpebræ Dei super pios clementer apertæ sunt, sed super impios aut clausæ aut truces surrectæ. Quæ duo Psalmo trigésimo tertio ita effertur: Oculi Domini super iustos, &

T

auris

aures eius ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes
 mala, ut perdat de terra memoriam eorum. 3 Sic vides Oculum
 Hebraeis idem significare, quod supercilium Romanis. Quae vox sem-
 per in malam partem Latinis capitur, Nam Hebraeis, Super oculos,
 perinde ac Latinis, Super altum, fastum, elationem ac superstitionem
 significat. Committitur autem figura quae vocatur Metalepsis, hoc est,
 transumptio ab ipsa corporis constitutione & habitu. Super enim oc-
 ulos ac supercilia attollunt, et pro frontis vicinia (quae & mentis excu-
 bitor ac proditor est, ac mirabilis ad simulandum ac dissimulandum ar-
 tifices) velint nolint etiam maiestatem, amplitudinem, auctoritatem ipso
 intuitu effulminant, atque ut Homericum utar verbo *πυρρῆμισι*, hoc
 est, ampliter ac celeriter circūspiciendo, multitudinis animū & ambi-
 unt & experiuntur. 4 Hinc Oculi sublimes, de quibus Esa. 2. loquitur,
 Oculi sublimes hominis humiliati sunt. Et Prou. 6. Siue oculi su-
 perbi. Psal. 30. Domine nō est exaltatū cor meum, neq; elati sunt ocu-
 li mei. Et 17. Oculi superbi. Crebrius apud Prophetas sublimes oculi
 & in alijs libris taxantur. Qui planē improbi sunt, solent esse impu-
 denti facie et aspectu, quo testantur se neminem vereri, ac prae se cun-
 ctos despiciere. 5 Sic & Oculus superbus est, qui putat se aliquid
 esse quum nihil sit, qui superbit suis operibus, sua patieatā, iustitia,
 Psal. 106. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam;
 Elatos oculis eos vocat, quos nos elatos supercilijs dicimus.
 6 Ita elatum cor pro superbo, tumente & fastuoso posuit, Proue. 21.
 uterque loquendi modus habetur. Et ut paucis dicam, Sublimes oculi
 crebrius apud Prophetas & in alijs libris taxantur.
 7 Oculis parcere significat satisfacere oculis, Genesi. 45. Hebraeus
 legit: Ne parcat oculus vester supellestili vestrae, quoniam omne bonum
 Aegypti erit vobis. Dicimus Latine: Parcere irae, parcere genio.
 8 Nonnunquam Oculus in singulari numero sepe accipitur pro iu-
 dicio, ut Ezech. 30. Pepercit oculus meus, ne occiderem. Et Iob 10. V-
 tinam consumprus essem, ne oculus me videret. Ita & Zachar. 5. Hic
 est oculus eorum, vocans Modium, oculum. Nempe seuerius iudiciū.
 Sumpra similitudine à sagittario, qui vno oculo videre solet, ut cer-
 tius feriat vel scopum tangat. 9 Item cognitionē & doctrinam
 sacrarum literarum, imò ipsam doctorem significat, ut Lucæ 11. &
 Iob 31. Oculus sui caeco. Et si oculus tuus scandalizat te, Hi sunt quos
 scriptura dolosos, illusores mentiumque deceptores vocat.
 10 Item, Oculus bonus vel simplex dicitur, qui non cupidus oculus
 est, non nequam oculus, ut qui non insecatur artes, calliditatem & a-
 uaritiam, Prouerb. 22. Bonus oculus benedicetur. 11 Oculus sim-
 plex, est mens & affectus qui recta tendit ad Deum, ad humanas cu-
 piditates declinās minime, Mat. 5. Lucerna corporis est oculus, si ocu-
 lus simplex fuerit, hoc est, si mens simplex & gloriae Dei studiosa, ac
 nihil

nihil aliud spectans, &c. 12 Lucas accipit oculum pro mente: nam
 oculorum vice illa nobis est, id probat quod simplicem & pium facit.
 13 Oculus nequam, qui non simpliciter agit, sed nititur callide alte-
 rum defraudare, ut quae eius sunt, consequatur. 14 Vell, Oculus
 maliciosus affectus sinister est, qui non recta ad Deum tendit, sed di-
 uerit, declinat ad creaturas: qui adfectus proprie naturae humanae est.
 Proinde & oculus simplex Deum tantum quaerit. De his oculis vide
 Mat. 5. & 6. Si oculus tuus nequa fuerit, id est, si animus malus fuerit,
 &c. 15 Interdum Oculus siue pupilla eius in sacris literis plerun-
 que fides est: quam quia facillime est legi, diligentissime est custodien-
 da. Sicut enim extincta pupilla oculi, homo caecus in tenebris ambu-
 lat, ira sine fide homo totus in tenebris est. Iudicium penes Lectorem
 sit. 16 Item, In oculis, Hebraismus est in sacris literis. Sic in ocu-
 lis alicuius vilescere, est leuem coram eo fieri, vilipendi & contemni.
 Nam sicut oculis cernimus ac iudicamus, ita animo. In oculis item &
 fronte maxime despectus & contemptus. Gene. 16 capite. Despectū
 me habet. 17 Sic in oculis Dei malum esse Hebraismus est, Ge-
 nesis 38. capite: Fuit Her primogenitus Iudae nequam in oculis Do-
 mini, id est, malus coram Domino, ut superius auditum est.
 18 Porro Oculos leuare, apud Hebraeos aded frequens est idiotis-
 mus, ut etiam in ijs vrantur, vbi minime fit. Declarat autem impetum
 quendam & quasi inceptioem. 19 Similiter haec loquutio He-
 braica: Subleuare oculos, quae saepe vsi sunt Euangelistae, nam Latinus
 non sic loquitur: Quum subleuasset oculos Iesus, sed quū respectaret.
 Exodi 14. Nam quum in periculis sumus, attollimus oculos, deinde
 respectamus & circumspicimus omnia. Adeoque frequens haec forma
 est Hebraeis, ut in multis vrantur, in quibus non fit quod dicitur: Le-
 uauit oculos Iacob in somnis, &c. 20 Item, Oculos leuare, Za-
 chariae primo capite: Et leuauit oculos meos, &c. ne intelligas de cor-
 poralibus oculis, sed spiritualibus illis, propter quos Prophetae viden-
 tes dicuntur: Leuauit (inquit) oculos, nimirum ad sublimia & coele-
 stia contemplanda auocatis à terrenarum rerum admiratione oculis.
 21 Per Oculos, Idiotismo Hebraeus perpetuo, mentem & cor intel-
 ligit, Gene. 21. Et displicuit haec res valde in oculis Abraham.

ORATIO.

1 Oratio vera, non solum est quodlibet pietatis votum, sed serium
 & efficax animi velut cum Deo colloquium, & grauis perpensio eor-
 um quae gloriae Dei in nobis desunt, cum ardenti ad ipsum spiritus
 deprecatione, ut ea in nobis fariat. 2 Iubet porro D. Paulus in
 Ephesijs, orare omni tempore & spiritu. Tempus autem hic *καιρος* est,
 id est, tempus opportunum. Vult enim quandocumque omnino liceat,
 orationes habeant Ephesij & deprecationes, quibus scilicet armatu-
 tam, de qua dixit sibi, à Domino comparent.

3 Item desideria afflictorum cordium clamant ad Dominum, ea quae exaudiuntur, sicut alibi dicitur: Desiderium pauperum exaudivit Dominus: pauperum dicit, id est, afflictorum, qui suas tentationes reuera sentiunt: qui sic desiderant, non cessant desiderare donec exaudiantur. Hoc est, quod Christus dicit Lucae decimo octavo capite: Oportet semper orare & non deficere. Et D. Paulus dicit saepius, se sine intermissione pro alijs orare. Sicut qui in carcere est, subinde liberari cupit, etiam quando edit, bibit, imò & quando dormit.

4 Item Oratio verba illa sunt vel sermo, quo ut interdum aliquid petitur, ita etiam alia narrantur, ut est oratio Dominica & Psalmi. 5 Vetus orandi mos, ad sidera tollere palmas versus Deum, quo & ardens desiderium & humilitas commendantur, ut à Deo petatur auxilium, non contra illum murmuretur, neq; contra illum disputetur, Iob 11. capite. 6 Deprecatio autem quum petitio pet aliquid vrgetur, & velut intenditur, ut quum quempiam propter patrem eius, aut aliud quippiam ei charum & eximium, ut quum Deum oramus per misericordiam suam, per filium suum, per promissionem suam, per nomen suum, per sanctos suos. Ut Solomon 123. Psalm. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et Roman. 11. Horror vos per misericordiam Dei, Et 2. Corinth. 10. Horror vos per mansuetudinem & aequitatem Christi. 7 Obsecratio est, quum petitionem vrgeo, aut admiratione quapiam insto, nimirum aliquid obiectans cuius nomine petam, ut si dicam: Peto abs te respectu Dei, quemadmodum hoc D. Paulo frequens est, praesertim verò ad Romanos duodecimo ca. Harum vocularum interstitium scriptura evidenter habet. 8 Petitiò est, quum id quod desideratur, & pro quo oratur & deprecatur, nominamus, ut in prece Dominica. Totus ille verborum contextus, oratio dicitur. Septem autem illa pro quibus oratur, ut sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, &c. petitiones sunt. Iuxta illud Matthaei decimo septimo. Petite & accipietis, quaerite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Nam qui petit, accipit: qui quaerit inuenit: ei qui pulsat, aperietur. 9 Gratiarum actio est, quum Dei beneficia recensentur, quo fides in Deum roboratur, tanto confidentius expectandi, & id quod desideratur, ac pro quo oratur. Hoc itaque pacto roboratur oratio, & vrget per deprecationem. Fit autem dulcis & grata per gratiarum actionem, ac ita per robur hoc atque dulcedinem superat, atque impetrat quicquid petierit. Hanc precandi rationem in vsu Ecclesiae & sanctorum patrum veteris testamenti videmus, qui semper in orationibus suis cum deprecatione & gratiarum actione petere fuerunt soliti. Id & in oratione Dominica videmus, quae cum gratiarum actione & laude incipit, dum Deum ab initio patrem confitemur, ad quem penetrat pius animus per paternam & filialem dilectionem: cui deprecationi nihil potest conferri,

quare

quare & optima & praestantissima est oratio omnium quae haberi possunt. Hos etiam D. Paulus coniungit ad Philipp. 4. Sed in omni negotio cum oratione & deprecatione atque gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud Deum.

O D O R.

1 Odorem constat figurato sermone famam & celebritatem nominis significare 2. Corinth. 2. Nos bonus odor Christi sumus. Vnde & vsu dicimus & iubemus odorari aut olfacere, dum explorare aut inquirere famam & rumorem alicuius praecipimus. Sic contra impiorum doctores & discipuli non sunt bonus odor Christi, sed foetor Satanæ & sulphur graueolentissimum, quod pluenste in ira sua Domino, in eis abundat. De quibus Psalmo decimo loquitur. Nam videntur fulgura, tonitrua et omnem illam tempestatis vim allegorice tractare. Sicut in Aegypto & Sodoma factum legimus. Nam sulphur propter grauem foetorem, non male sacri patres mala famam esse arbitrati sunt.

2 Odor suauitatis in thymiamate, orationem humilem priorum significat, ita orationem interpretatur ille in Apoca. 8. Stetit angelus ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium, &c. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angelorum coram Deo, &c. Hæc oratio opponitur furori Domini, quemadmodum exemplum sepe praestitit Moses ipse. 3 Item, Euangelium bonum odorem vocat D. Paulus, 2 Corinth. 2. Et odorem nostrae suae manifestat per nos in omni loco, hoc est, bonam famam, celebrationem seu glorificationem nominis Dei vel domini, quia praedicant bonitatem Dei, gratiam & pacem. Et Ezech. 20. In odorem suauitatis suscipiam vos, id est, vos Christiani eritis mihi odor suauitatis, id est, confitemini & celebratis nomen meum, creditis verbo & Euangelio meo, gratias agitis & laudabitis pro misericordia, &c. 4 Item Odor suauitatis, Gene. 8. Et odoratus est Dominus odorem suauitatis, quod Anthropothos Deo tribuit, figurata autem loquutio est. Quemadmodum enim nos epularum nitore ac suauolentia delectamur ac reficimur, ita cordis pietate ac deuotione Deus gaudet. Et quasi dicere velit: Animi gratitudo & alacritas fidei ipsius Noë vehementer placuit Deo. Sic vestrum odor vitae & famae bonae fragrantiam significat in Christianis, ut exponit Paulus, 2. Corinth. 2.

O B L I V I S C I.

1 Oblivisci, pro consolari aut dolorem adimere, Genesi. quadagesimo primo cap. Vocauit nomen primogenitum Manasse. Nam obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & omnis domus patriae. Est & Anthithesis: Quasi diceret: Orbatus fui patre meo, calamitosus fui in hac terra, & ecce Deus iam pro calamitate quietem, pro patre dat liberos.

T 3 ORI-

DIVINAE SCRIPTURAE
ORIENS.

1 Oriens nonnunquam substantivum est, & Deum ipsum significat. Sic Psalmo 67. Psallite Domino ascendenti super caelum caeli ad orientem, id est, ad illum qui oriens est, & princeps mundi, hoc est, qui deus ascendit ad Deum. Vbi oriens est substantivum, sicut & in cantico Zachariae, Lucae primo capite: In quibus visitavit nos oriens ex alto, *וְאֶרְוֹחַי*.

OPPROBRIUM.

1 Opprobrium pro avaritia, calamitate & miseria, contemptu & vilitate accipitur, quomodo in Psalmis aliisque locis capitur. Esaiæ 4. Tollasque opprobrium nostrum, Gene. 30. capite. Rahel quum filium enixa esset, sic prophetabat: Abtulit Deus opprobrium meum, hoc est contemptum & vilitatem. 2 Item Paulus vocat Opprobrium simul peccatum & sententiam iræ Dei. Sic enim Christus nostra peccata sua fecit, & in se transiit, ut planè eandem maledictionem pertulerit, quam oportet ferre damnatos omnes, Psal. sexagesimo quarto capite. Opprobria exprobrantium, hoc est, peccata peccantium, tibi blasphemantium, maledicentium tibi inciderant in me, id est, ego postulor pro peccatis alienis, sicut eodem Psalmo dicit: Quæ non rapui, exolvebam. Et quadam peculiari significantia dictum est: Opprobria ceciderunt super me, id est, mihi imponuntur aliena peccata, & quicquid alij peccabant in te, & quicquid blasphemabant, ego debebam, ego ferebam, ita pro eis mortem, infernum & iram Dei patior, atque si mea ipsius essent sic cogebam satis facere, quia gratiam fideiussor factus pro omnibus, Paulus ad Romanos 15. capite.

OPUS.

1 *מַעֲשֵׂה*, pro consilio & opere quod ex consilio sequutum est, accipi Hebræis non infrequens est Esaiæ 26. capite: Domine omnia opera nostra operatus es, Eia. 40. 2 Item conatum interdum significat, Esaiæ 29. Qui opera sua, id est, conatus suos. Ita & conatus vocabulum tam late patet, ut consilium quoque comprehendat. 2 Item Opus tantum ipsam operationem & elaborationem significat, verum etiam id quod operando effectum est, ut 1. Corinth. 3. & 9. capite, pro factura & ædificio usurpat D. Paulus. Esaiæ 32. Et erit merces vel opus iustitiæ, pax: merces, pro fine aut opere operato, id est, effecto. 4 Opus pro eximio & præcipuo opere capitur, Esaiæ sexagesimo capite. Opus manuum mearum quo gloriatur.

OPERA.

Opera bona scriptura vocat officia charitatis, proximo exhibita, quæ fluunt ex vno opere, quod est omnium operum summum, nempe opus Dei, quod est fides in Christum, Ioan. 6. Quæ opera cadunt in vtilitatem proximi. Habes exemplum egregium in Epistola D. Pauli ad Philemonem pro Onesimo. 2 Opus tuum abique manibus est.

PHRASES.

147

est, Esaiæ 45. Prouerbialis sermo est, id est, Et operi tuo nullæ sunt manus: vel, operi tuo nullus est usus, neque manus habet neque pedes, hoc est, frivolum est, mancum & inutile, imò monstrum.

3 Operarij iniquitatis, non solum sunt crassi illi peccatores, ut sunt adulteri, avari & his similes, sed etiam quorum species coram mundo est optima, quum interim ipsi sint nulla fiducia in Deum præditi, sed sua consilia sequantur, non verbum Dei, id quod clare videt Matth. 5. & 7. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Et Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Quorum omnia facta prava et iniqua sunt, eos scriptura *מַעֲשֵׂי אֲוֵרָה*, id est, operadores iniquitatis, qui toti scilicet in hoc sunt, vacat: et supra in Tropo Iniquitatis ostensum est. 4 Frequenter accipitur operari iustitiæ, pro iuste & pie viuere, Tunc verò iuste & pie viuatur, quando Christi mandata seruantur ex charitate. Obedientia enim legis ex charitate præstita, ex diuina promissione est iustitia, cui redditurus est Deus iustam mercedem, Matth. 20. Conuentione facta ex denario diurno promittens se quod iustum esset, daturum operatoribus, misit illos in vineam suam: quibus, quia iustitiam operati fuerant, dedit absolutis laboribus, quod suum erat. Ioan. 6. ait Christus, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Interdum etiam capitur pro vindicari ab aduersarijs & ab iniurijs iudicum & potentum imprimis visci.

OBVIARE.

1 Utuntur Hebræi aliquando in bonam partem, sicut & occurrere pro conuenire, Sic Gene. 23. in Hebræo legitur: Audite me & obutate; vel occurrite mihi in Ephron filio Seor, pro eo quod Latinus dicit: Audite me, & intercedite apud Ephron filium Seor, impetretis mihi hoc ab Ephron.

ORDO.

1 Ordo rei gestæ non semper seruat. Si quidem Prophetarum mos est, neque omnia vno loco cauere, multa que in medio relinquere. Nec est necesse rem gestam ordine texere, dum propheta in persona Christi aut alterius formatur, satis est omnia vera dici, ordinemque rebus gerendis relinquere. Nec etiam Euangelistæ vbiq; ordinem seruanti. 2 Estque celebris scripturæ Canon, præsertim prophetiæ, multa dici per anticipationem & recapitulationem.

OLEVM.

1 Oleo veterum ritu vngentur reges, Prophetæ & sacerdotes, quæ ratio indicat ad gloriæ & lætitiæ significationem hoc verbum pertinere. Sic Oleum in scriptura significat gratiam & eloquium Dei, & misericordiam qua anima perinde lenitur aptaque operi redditur, atque corpus oleo mulcetur & iuuatur. Et sicut vinum intrus, ita oleum foris lætificat, fortificat, sanat, lenit, Psalmo 88. & 22. Impinguasti in oleo caput meum, id est, effudisti in me tuam misericordiam.

T 4

2 Item

2 Item gratiam & vires spiritus sancti significat per quem à labore liberamur, et gaudium et hilaritatem spirituales accipimus, P sal. 44. Et clarius Efaia. 61. 3 Gratia spiritus sancti, oleum lætitiæ siue exultationis dicitur, vel ipsum spiritum sanctum signat: de quo & Efaia. 61. dicit Christus vt vides Luc. 4. Spiritus Domini super me, vñ quod vnixerit me. Et discipuli Actorum quarto capite. Ietum quem vnixistis. 4 Est autem præter oleum lætitiæ & misericordiæ, de quibus hætenus diximus, oleum item quoddam peccatoris, id est, absentatio, pestis ingeniorum & virtutis maxima, laudibus celebras vanos homines & nihili, quos aliàs scriptura Pharisæos & hypocritas vocat. De adulatoribus P salmo 54. dicit: Molliti sunt, ait, sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, Et P salmo 149. Corripiet iustus (inquit) in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

OLIVA.

1 Olea fecunditatem & sacra celebrant literæ, & apud bonos auctores passim inuenias laudatam. Ait enim Plinius libro decimo quinto, capite tertio, arundine leui icam ac aduersus ramos, illam alternare fructus decussis germinibus. Propheta in P salmo 51. Post impietatis infinita mala prodita, credentium illi opponit vberimum fructum, olea ipsi fidem, seu malis credentem comparans. Ego autem sicut oliua fructifera in Domo Dei, &c. Sic filios credentis ob honestam educationem, nouellis oleis similes facit, à quibus breui fructus expectetur P salmo 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum.

OLVS.

1 Quandiu viret olus, primas tenet in orto: At postquam aruerit, eijcitur & euanescit. Sic impij quandiu opibus florent in terra, dijs similes habentur, quanquam proximis tunc sint exitio. Quod enim est spatium humanæ vitæ, aut quæ diurnitas, vt longissime etiã duret? Propheta igitur indignos iudicans quibus breuis felicitas, quæ nulla sit, inuideatur, credentes his verbis ad patientiam cohortatur, P sal. 36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Quoniam tanquam gramen velociter arefcent, & quemadmodum olera herbarum cito decident, &c. Efaia. quadagesimo capite.

ODIRE.

1 Odire vel odio habere dicitur Deus eos, quibus non impartitur gratiam, Zachariæ primo capite. 2 Accipitur & pro negligere. Sic Efaia Deus odio habuisse legitur, id est, neglexisse. Nam nihil odit Deus eorum quæ fecit. Sic etiam in Euangelio: Qui odit animã suam, id est, qui negligit, qui contemnit seipsum propter Deum. Hinc Odire ex animo. Oditit anima mea. Ille enim Latinorum, hic verò Hebræorum schematicus est, Quid autem sit odisse animam, superius tractauimus in litera A.

OM-

OMNE.

1 Vox Hebræa כל, quæ omne significat, non distributiue sed collectiue, vt Exo. 9. Mortua sunt omnia animantia. Et est Synecdocha. Magna enim pars iumentorum peste interijt. Sic 1. ad Timo. 2. capite. Deus vult vt omnes homines salui fiant, hoc est, ex omni genere. 2 Omne malum Hebraismus est, Sic Matth. 5. ait: Omne malum verbum dixerint, perinde est atque omnem malam rem, aut crimen. 3 כל הכל Omnis vanitas, perinde est atq; nihil nisi vanitas. P salmo 39. 4 Simile est illi: Omne opus non facit die Sabbati, id est, nihil operis. Non enim rarum est in scripturis, vt Omnis per Synecdochen capiat pro multis. 5 Omnis qui (Efaia nono cap. ait) prædam prædatur, vel prædans in tumultu, scilicet aliqui. 6 Similis Tropus loquendi est, sicut eiusdem septimo: Omnes montes qui in sarculo sarrientur, id est, qui alioqui solent sarriri. 7 Omnis terra totum genus humanum nominat interdum scriptura: Vide Hysychium libro septimo in Leuiticum, capite 16. 8 Omnis non, id est nulla: (sic enim mos est Hebrææ linguæ loqui) vt Danielis sexto capite. Et omnis læsio non est inuenta.

OS.

1 Os duplex apud Zachariam 14. dicitur mundus Hebraica loquutione, Et os Mosi ab orandi officio Aaron dictus fuit. Sicut Ioannes vox clamantis ob officium clamandi. De qua infra scribitur. 2 Os eius, Gene. 24. capite, Hebraismus est, pro audiamus verbum eius, vel sciscitemur consensum eius. Sic ait Moses. Et illi dixerunt: Vocabimus puellam, & interrogabimus os eius. 3 Item, Os pro proximo & propinquo, Gene. 29. Os meum es tu, id est, propinquus. Os tuum & caro tua sumus, 2. Regū 5. In ore gladij autem, pro acuto gladio accipitur. Nam חרב, id est, aciem gladij vocat hæc linguæ חס os. Latius exposuimus hunc Tropum in nomine Gladij, litera G. Quid sit os aperire & Os in corde loqui, superius declaratum est in vocabulo cordis & alibi. 4 Os osculari, pro admirari, suspicere ponitur, vt Genesis quadagesimo primo capi. Os tuum seu sermonem tuum, imperium tuum omnis populus exosculabitur.

OSSA.

1 Sicut ædificiorum moles columnis sustinetur, ita corporum compago ossibus innixa videri potest, aded vt actum sit de viribus nostris, si loco mota sint ossa. Itaq; secundum spiritum non inepte intelligimus quæcumque in animo nostro sunt firmiora ossium nomine significari. Sic Efaia 58. legitur: Erit Deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, & ossa tua pinguescent, Et P salmo 34. 2 Item Hebræi prouerbialiter vtuntur, non in vnum sensum. Aliquando enim pro summo robore, potentia, virtuteq; solida, vt Hiob. 30. cap. Ossã eius implebuntur. 3 Aliquando autem pro intimo

T 5 sogita-

DIVINAE SCRIPTURAE

cogitatu ac mentis penetrabilibus, Esaia. 66. Et ossa vestra tanquam gramen virefcunt, per Synechdochen pro ipso hominis interitu, securitate ac firmitate. Et David ait Psalm. 6. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Non debent accipi pro ossibus ipsis corporalibus in carne nostra, quae ex infirmitate & conturbatione ista spiritus, turbantur vt tremant, nulliusque virtutis sint, denique nec ossa iam sint, nec corpus ipsum ferre possint, Esaia. 38. Nam hoc est quod & in morientibus aliquando videmus: vbi tremuat quidam, & horribiliter distenduntur praë angustia & agonia.

OSCULVM

1 Triplex esse D. Bernardus in principio Canticorum ostendit, nimirum reuerentiae, quo sacra & diuina honoramus, aut humiliter prostrati pedes & vestigia osculamur, sicque Magdalena Christum osculata est. Recognitionis & praestandae fidei, vt in Homagio, vbi manum osculari solemus, hoc ipso agnoscentes Dominum, quem osculamur. 2 Denique signum est absolutae amicitiae, concordiae, & charitatis, quo aut oculos aut faciem consueuimus osculari. Cuius Apostolus admonet, Rom. 16. Salutate inuicem osculo sancto. Quo etiam osculo, Christus suos discipulos legitur reuerentes excipere solitus. Nam osculari signum pacis & amicitiae genti Hebraeorum in amore fuit, Gen. 27. Da mihi osculum fili mi. Sic Gen. 29. Et osculatus est eam, Osculo scilicet sancto, ne quis turpe aliquid cogitet. 3 Oscula vero odientis, Prover. 27. sunt laudes & blanditiae inimicorum, quae verae sunt contumeliae. Osculari filium Dei, est Christum Deum colere summa reuerentia, et Christo Domino subijci summa humilitate, Christo sponso adherere summa charitate, et Christum agnoscere saluatorem, & illius manum osculari, hoc vere et pure & purum adorare est. Hoc est, filium adorare, Psal. 2. Apprehendite disciplinam &c. Hieronymus & Felix Pratenfis transfulerunt, Osculamini filium, id est, cum reuerentia & humilitate regem & Dominum Christum suscipite, Christo sponso adherete, summa charitate et fide et amore amplectimini eum quando praedicat, praecipuum patrijs non persequimini, non fremite, non conuenite simul aduersus eum vel vt Hebraei ait: Apprehendite disciplinam, id est, in Christum pura fide credite, & hunc colite. 4 Ceterum Osculari manum, est sua laudare, in sua iustitia externa fructe, & operibus carnis & proprijs viribus gloriarum. Atque hac iniquitate fit vt non in Deo gloriemur, sed in nobis ipsis, & gloriam Deo subtrahamus. Hic enim vere adorat et manum suam osculatur ore suo, qui seipsum laudat, sibi placet, in se, non in Domino laudatur anima eius. Ideo est iniquitas maxima, & negatio altissimi, vt quae id quod Dei est, sibi tribuat, seipsum in Idolum, Baal sibi statuens, seque adorans, de his Esa. 2. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, hoc est, gloriam, quae Deo debetur,

PHRASES.

149

tur, suis proprijs operibus tribuerunt, & ipsis nixi sunt, cum solo Deo auti oportebat. Et Hiob decimo tertio, 3. Regum. 11.

OSTENDERE.

1 Ostendere, pro facere vsurpauit Paulus in secunda epistola ad Timotheum, ultimo cap. Aerarius multa mala mihi ostendit, id est, multis malis me affecit, vel fecit mihi multa mala.

2 Annotauit & Augustinus libro de loquutionibus Gene. 1. in sacris literis ostendere frequenter vsurpari pro facere.

OBSONIUM.

1 Obsonium, Graeci stipendium quod penditur militibus in singulos penè menses, qui praesunt urbibus, maxime equirebus, In eum modum Paulus Roman. 6. τὰ ἡδύφωνα τῆς ἀμαρτίας, θάνατος, auctoramentum peccati mors.

OFFERRE,

vel Oblatio.

1 Est, in sacris scripturis, animam & corpus & cuncta quae habemus Deo tanquam Domino omnipotenti, & omnium largitori in suum obsequium sponte praebere ac dare. Quod Genesi, quarto testatur Abel fecisse. Ac postea Melchisedech, quando vinum & panem obtulit, Genesi quarto capite. Noe etiam de pecoribus & volucris mundis obtulit holocaustum super altare, Gen. 8. Et Abraham voluit suum filium, Domino, iuxta eius mandatum offerre, Genesi 22. In Exodo & Leuitico, & in scriptura Pentateuchi leges extant de offerendis Domino. Hic cultus offerendi soli Deo debetur. Quod pulchre docet Augustinus libro 20. contra Faustum, capite vigesimo primo, vbi affirmat, nusquam dictum fuisse, nec quemquam dixisse, offerrius tibi Petre, vel offerimus tibi Paulus, sed quod offerretur, Deo offerretur. 2 Apud Malachiam capite primo legimus, quod erat omni loco sacrificanda & offerenda Dei nomini oblatio munda. Haec oblatio hic praedicta est hostia illa visa incruenta, quam sacerdotes in omni loco, id est, per vniuersam Ecclesiam celebrantes patri aeterno gratissimum & verum sacrificium erant oblaturi: quae vna est prorsus & eadem cum illa crucis, qua Christus se obtulit pro nobis in illa cruce aeterno patri: cuius cum vna & eadem sit prorsus substantia, modus tamen offerendi non est idem. Siquidem, oblatio crucis fuit hostia incruenta, & haec quam nunc sacerdotes in omni loco offerunt est incruenta. Ita Chrysosto. homilia 17. in Epistolam ad Hebraeos. Hoc modo hanc hostiam offerre, & si omnibus fidelibus proficit, offerre tamen non possunt nisi sacerdotes tantum, teste Paulo ad Hebraeos 5. 6. & 7. capite. 3 Docet scriptura aliud genus oblationis, quod omnes christiani possunt ac debent offerre Deo, talia sunt omnia opera bona facta in charitate: haec sunt sacrificia quibus Deum christiani colunt, & ad diuinum cultum haec opera pertinent. De hac oblatione dixit

DIVINAE SCRIPTURAE

dixit Christus. Marthae quinto capite. Si offers munus tuum ad altare, &c. Iudas Machab. 2. Machabæorum duodecimo capite, misit Hierosolymam collectam offerendam pro mortuis. 4. Significat etiam in scripturis, offerre præsentare, Matth. 4. cap. Obrulerunt Christo male habentes, & 5. & 8. Obrulerunt ei multos daemónicos. Et capite nono. Offerrebant ei paralyticum. In quibus locis offerre significat præsentare. Ioan. decimo nono. Crucifixores obrulerunt oritur su spongiam aceto plenam, id est, præsentarunt. Et Simon ille magus obrulit pecuniam Apostolis, id est, præsentavit pecuniam Apostolis, pro gratia emenda, Actorum 8. Scriptura illa 1. Petri primo capite docet, sperandū nobis in eam quæ nobis offertur gratia, id est, præsentatur, datur et vltro proponitur nobis gratia. Quod non parum facit ad exaltationem gratiæ Dei: cuius tanta est bonitas, vt eam gratiam sine qua saluari minime possumus, nec mereri aut inuenire sumus sufficientes, ipse vt est bonus, eam nobis præsentet. Pharisei Iudæ obrulerunt pro Christo triginta argenteos, id est, præsentarunt.

ONVS.

1. In more est Prophetis, vt vaticinia Onera, Hebraicæ נשואי vident. Id inde, vt Hieremias indicat, profluxit, quod frequenter populum Prophetæ corripuerint, eisque iram Dei minati sint, vt & necessarium est, concionatorem semper redarguere populum quoniam boni pauci, mali verò multi sunt. Porro quum id agerent, Adagium inde nascebatur, vt vulgus diceret: Quid concionatus est tamque responderetur. Iterum in nos concionatus est: Nos semper deliquimus. In nos perpetuo faba caditur, nobisque minatur, vt hodie etiam dicitur, Infernum nobis calentem, Satanam verò nigrantem faciunt. Ex eo itaque, quod Prophetæ semper aliquid super eos venturū enunciarent, Sermones illorum Onus nominabant, hoc est, aliquid quod super ingruat, iamque impendeat atque feratur super eos, vt eos ilico tangat. Sicut ira Dei & vltio in singulas horas pender, & fertur super impios, tamen si non sentiant. Ea de re vide si lubet Hieremi. capite 24. Quomodo verbum Dei נשואי appellabant, vt aded male haberet ea res Deum, vt vel inhiberet. 2. Breuiter, Oneris nomine durior & onerosior Prophetia, calamitas, adflictio, excidium significatur. Onus Moab, Onus Damasci. Et Esaia 23. Onus Babel, id est, prophetia grauis & onerosa, quod vidit Iesaiahu filius Amos. 3. Et pro poena communitur in Prophetis accipitur. 4. Item pro peccato, ad Hebr. 12. Deposito onere omni.

OBDIENTIA.

1. Præ omnibus Deo, vt germano imperatori, & Domino nostro, deinde ijs quos Deus nobis gubernatores ordinauit, deditque, vt patri, matri, dominis, iudicibus, & ad tutandam pacem publicam in potestate constitutis, obediendū est. Si quod pacis & Reipublicæ referat, aut

PHRASES.

eiusmodi vel tyrannicum, quod Deo tamen non repugnet, quid præcipiant, perfer, obsequere, et summa modestia obtempera, hoc fraterna charitas flagitat. 2. D. Paulus potestatem Dei ministram tibi in bonum vocat. 3. ~~...~~ 4. ~~...~~ 5. ~~...~~ 1. Petri 1. Vt filij obedientes, id est, gerite ita vos, vt filios obedientes decet.

OFFENDICVLVM.

1. Hebræorum antiquitas Offendiculū pro occasione accipit manifeste peccandi, vt remotis arbitris admissum in lucē hominum veniat, Ezech. 3. 2. Duæ sunt offendiculi species: Vna qua proximus offenditur, nempe, si quis male fratrem in fide erudiat, quod horrendum est offendiculū: vel flagitiosa vita sua offendat, vt publicani, hoc est, manifeste flagitiosi degentes. Altera, quā si accepimus, Christo docete verbiū veritatis, à parre sibi commissum, apud Iudæos, offensi quidē sunt, verum Christus illis offendiculi causa non fuit. Sic quoque Iudæi pariter atque ethnici philosophique grauisime offensi sunt prædicatione Apostolorū, eorumque successorum. 3. Itē Offendiculum, pro impedimento apud D. Paulum reperitur, 1. Corin. 9. Ne quod offendiculū demus Euangelio. Non habetur Græce σκάνδαλον, sed ἐγκοπήν quod intercisionem siue interruptionem sonat, ne quid existat, quod Euangelicæ prædicationi moram vllam adferat. 4. Offendi in Christo, est ei non credere, quod est summa perniciēs. 5. Non offendi, est certa fide Christum agnoscere & suscipere, vt Matthæi 11. capite. Beatus qui non fuerit offensus in me &c.

OBSEQUIVM.

1. Obsequium, apud D. Paulum Roma. 9. pro cultu siue religione ponitur, quod alibi seruitutem, Græce ἡ λατρεία, id est, cultus siue religio. Sentit autem officia sacerdotalia, & ritus ac ceremonias sacramentorum, interprete Origene. Et Roma. 12. 2. Rationabile obsequium. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, id est, rationalem cultum. Perinde q. d. Si macraueritis & immolaueritis Deo corpora vestra, hoc est, corporeos adfectus, non iugulātes brutas ac mortuas pecudes, quod ante hac constitutum est à Iudæis, ita demum exhibebitis illi victimam acceptam. Et rationale appellat, non vt intelligas cultum moderatum, hoc est moderatam corporis macerationem. Obsequium hic posuit pro sacrificio, idque suo more. Cæterum vt ostenderet Christianorum cultum dissimilem esse Iudaicis ceremonijs, quibus immolabant brutas pecudes, adiecit rationale, nimirum per ipsum hominem sentiens, qui victima est rationalis, & ob id Deo acceptior.

OPINIO.

1. Opinio nonnunquam pro fama reperitur vsurpatum, sed quum ad homi-

DIVINAE SCRIPTURAE

hominem refertur, non quum ad rem. Alioqui opinio belli est, quoties puratur esse bellum, cum non sit. Est autem rumor belli nonnunquam tristior ipso bello, Matthaei capite vigesimo quarto: Quum audieritis

ORNATUS
Ornatus dicitur *κόσμιος*, id est decoratus, sive ornatus, aut me-
desto & decenti. Iubet enim Paulus sceminas uti amictu modesto, ut regantur vndique, & habitus vitae testentur integritatem ac mulie-
brem verecundiam, id enim sonat *κόσμιος*. 2 Ornatus coeli autem sunt ipsa sydera, totiusque coeli apparatus, atque opificium. Septuaginta verterunt *κόσμος ἁγίων*, id est, ornatus eorum. Quum ergo Deus à Prophetis Dominus exercituum vocatur, innuunt enim coeli, caelestiumque syderum autorem ac parentem esse. Etiam & illud mystice significant, quod sit Dominus angelicæ multitudinis, qui in sacris appelliantur etiam militia, siue exercitus caelestis. Sed de his alibi.

OBSIGNARE.

- 1 Obsignare, est rem, negotiumve perficere, ut rei posthac nulla accessio fiat. Nam literę consignatę & clausę & absolurę sunt. Ezech. 12. Tu obsignato summam. q. d. ultra enim progredi non potes &c.
- 2 Obsignari visionem. Loquutio est qua vsus est Daniel. 8. cap. Et tu, inquit, obsigna visionem. Hoc est more prophetico, ostende quod hanc prophetiam pauci intelligent, dum obsignas: nam multis diebus obsignata erit, donec impleatur, & tunc tandem intelligetur. Hoc est enim quod sub finem dicit, neminem fuisse, qui explanare potuerit, vel secum expenderit, quanta in hac visione prædicta sunt. 3 Obsignari librum Danie. cap. 12. Tu autem Daniel observa verba & obsigna librum. Ne putemus ita dominum voluisse obsignari librum, cui loquatur Daniel, vsque ad diem vltimum, vel quasi mysteria illa non sint reuelanda vel intelligenda: nam si omnia propter nostram doctrinam scripta sunt, quæ obscura erunt, propter nostram ignorantiam ignorabuntur. Verum hoc propheta præceptum est, nec vltimæ nos debeant, quæ cognoscere opera pretium, sed ut multorum socordia reprehendatur. Iubetur claudere librum, quia pauci erant credituri, ut eodem capite patet. Sic Ezechiel, & post eum Ioannes deuorabat librum, & factus est ei dulcis in ore ut mel, sed dein, amarus in ventre, quo præcepto iterum ostenditur, quales futurę prophetię, et quomodo ab hominibus excipiendę. Et nisi timore Domini fuerint prædixi, & Christus librum aperuerit bene nobis obsignatus erit. Sic et Eza. 29. Prophetis Dominus minatur ignorantiam. Rabbi Leuitic loci Danielis exponit Obsigna librũ, id est, ne his addas aliquid.

OBTENERE.

- 1 Per allegoriam obtenebrationis & mutationis lumborum precatur Daniel

PHRASES.

Dauid Psalm. 66. adimi eis omne rectum iudicium, & agendi vires.

OBLIGARE.

1 Obligare, est molestiam leuare: vulnera enim cum curantur, solent obligari, Psalmo centesimo quadagesimo septimo, versu. 3. Qui sanat contractos corde, & obligat plagas eorum. Contractos corde, hoc est, summe adfectos, bonitate sua mederi, omnemque eorum molestiam leuare. Eadem vsus est & Esaias. 1. cap.

OBLATIO.

1 Hebraice *תְּרוּמָה* quod proprie significat eleuationem. Et quidem capitur pro *תְּרוּמָה* primitiis, aliquando pro ritu quodam oblationis: ut quod & pectusculum in altum Domino leuabatur: aliquando de *תְּרוּמָה* donatione & contributione, ut Exod. 25. 2 Item vocat Hebraismus Exod. 29. oblationem pro peccato, peccatum. 3 Item, Oblatio adpellatur Hebraice omne sacrificij genus, ducitur à Nacha obtulit, apportauit, adduxit. 4 Hanc oblationem Septuaginta vertunt modo *δωρεα*, i. munera, modo *δωκίαν*, hoc est, sacrificia. 5 Item, Oblatio est libatio sacra, veluti que solennis conclusio sacrorum.

OBDORMIRE.

1 Tanta impunitate plerunque in credentes videntur scire impij, ut Deus crebro inuocatus à suis, preces non modo non negligere, sed etiam deseris credentibus, obdormire putetur. Sic Psalm. 43. Exurge, ait Propheta, quare adormis Domine? 2 Ceterum vana est hæc nostra opinio: quum alibi Psalm. 120. certo polliceatur, nunquam commissurum Deum, ut summo concedat, in tanta suorum oppressione. Ecce (inquit) non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.

OBUMBARE.

1 Obumbrare, protegere significat, & ab aestu solis ardentis, siue, quod magis respondet lectioni prophetice ab hostili imperu credentes tueri, Psalm. 90. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub penis eius spectabis, Et Psalm. 139. Obumbrasti super caput meum in die belli.

OBTVRARE AVRES.

1 Impiorum proprium est sanas rationes, quibus coargui possunt, non admittere, quando semel illis decretum est in socio peccandi proposito velle persistere. Itaque nihil hic ait Euangelium Dei, omnibus viribus humanis potentius: nihil hominum diuinæ legis peritorum, industria. Denique nihil dicendi obseruata, et rebus apra occasio. Surdo enim narrabis fabulam, quando aures obstruunt, veritatis strenuifosora. Hæc arma impietatis pulchre describit Propheta, Psalmo. 57. Furor illis est (inquit) similis ei que habet serpens accedens ad illũ surdæ aspidis, obrurantis aures suas quæ non exaudiet vocem inscantantium, & ne venefici quidem vocem, sapienter incantantis.

OBSCVRATI TERRA.

1 Fallex si vllum in impios verbum rectius comperat, eo, cuius Propheta

pheta Psalmo. 37. meminit, abscuros appellans terra. Volens enim indicare claritati fidei, & iustitiae Dei plurimum officere potestatem tenebrarum, dum terrenarum rerum immodico adfectu excacati, omnia quae obstant huiusmodi desiderijs, etiam si ex Deo esse sciant, demoliri tamen, & damnare student. Respice ait, in testamentum tuum, quia repleti sunt, obscurati terra, domibus iniquitatum, Psalmo, 73. Id est, aucti sunt impij civium immenso numero, dum gloria terrena concupiscunt.

PROPHE TARE.



PROPHE TARE varijs quidem modis scriptura vitur, Primo tam pro praeteritarum, quam futurarum enarratione, ad hunc loquendi modum & Moses quidem Propheta fuit, cum de mundi creatione & aliorum Dei testificabatur & docebat, Genesis. 5. 2 Secundo est prophetare futura praedice, res divinas agnoscere. Ita vox apud Hieremiam usurpata dum ipse futurum praediceret, vt cognitio Dei prorsus esset vulgaris facta, sicut omnes prophetae Vates fuere, cum vnus quidem de Christi natiuitate, alter de eius doctrina, tertius de eius passione, quartus de eius regno loqueretur, Breuiter, omnes quotquot de eo tanquam de filio Dei, totius mundi redemptore vaticinabantur. 3 Tertio, prophetare inter alias eius significationes, est prophetiam verbo ad verbum enucleare, hoc est, exponere, res diuinas denunciare, & Psalmos & verba Dei canere, spiritu doctus, quemadmodum legis de Assaph, Idithun, Heman prophetae confessionem, & laudem Domino in Cithara, qui erant Cantores a Dauide iussu Dei instituti: vt 1. Paralip. 25. Et Helius ad Psalterium prophetauit. 4 Quarto, prophetare idem est quod praedicare, & sensum scripturarum populo aperire, docere, monere, consolari, arguere, increpare, & prophetiam exponere, de quibus habes 1. Corinthio, decimo quarto, Actorum decimo tercio capi. Erant autem &c. 5 Prophetae nomen varie quoque accipitur in scripturis. Apud Iudaeos Prophetae erant qui diuinorum eloquiorum ac diuinae voluntati, ad flatu numinis scientissimi erant, officium eorum erat sacrarum literarum sensum, quem ipsi a Deo didicerant, populo depromere. Deinde demoliri & eradicare quicquid contra Deum erectum erat, plantare & aedificare quicquid Deo placet, vigilare, ne in populum Dei irruat quod noxium. Hoc idem munus est ipsorum Euangelistarum, Episcoporum, Pastorum munus est in Christi Ecclesia. Hoc tamen a nostris veteres differunt, quod veteres futura quaedam sub verborum involucribus, reuelante spiritu, presentiebant ac praedicebant. Inde & videntes vocabantur, vt Regum 9. Amos 7. Tamerfi & innaf-

centi

centi Ecclesia huiusmodi Prophetae fuerunt, vt patet Act. 13. & vndecimo, et 21 cap. Sed Paulus vocat eos Prophetas qui per reuelationem Ecclesiae ad pietatis aedificationem tradunt, hoc est, qui docent ac interpretantur legem Domini, 1. Corinth. decimo quarto capite. 6 Inter Apostolos autem & Prophetas, haec est differentia, quod Apostoli primum ad infideles duntaxat missi sunt, non item Prophetae. Nam propheta fidelium est. 7 Propheta os Domini dicitur, quia nihil proprium loqui debent. 8 Propheta honoris vocabulum nonnunquam est, vt apud Esaiam 8. capite. Ad prophetiam &c. vt enim Prophetae vocabulum propter sacratissimum officium summum & augustissimum est, ita & quae Dominum Prophetarum paritura erat, prophetidis nomen datur. 9 Prophetae nomen etiam illis competit, qui verbum Dei auide audiunt, aut in lege Dei diligenter versantur, vt primo Corinthiorum decimo capite. Mulier orans aut propheta, hoc est, verbum Dei audiens, vel quae ad prophetiam audiendam venit, non quae docet aut interpretatur, D. Paulus intelligit doctrinam Euangelicam sicut & Act. 21. cap. & Prophetandi verbum vituperari pro prophetias audiendi &c. 10 Item appellatione Prophetae non vnus venit, sed generatim omnes, quibus longa serie praecurribus, ab hostibus populus egregie defensus est, Hosea. 12. capite. Et in Propheta. Tanquam vnus propheta existimantur, qui iisdem partibus, in plebe Deo gubernanda per successionem perfuncti sunt, vt Moses & postea Iosia &c. 11 Nonnunquam nomine Prophetae, pseudo-prophetae intelliguntur, vt Zach. 13. Et etiam prophetas &c. 12 Propheta puer, dicitur propter stuporem & ignorantiam, vel per cor humile, propterea dignus a quo mysteria non celarentur. 13 Prophetia accipitur pro expositione oraculorum diuinorum caelestium, vt 1. Corinth. 14. habetur. Et. 1. Paralip. 15. Chonontas prophetiae praerant, hoc est, doctrinae sacrarum miraculorum exponendae legis, formandae mentis, castigandorumque morum disciplinae praefecturam gerebat. 14 Accipitur deinde Prophetia pro apertione aut praedictione rerum futurarum, vt quum adstrictis salus promittitur, aut sceleratis exterminium, cuius generis plurima sunt, vt exemplis nihil sit opus. Hanc Prophetarum praedictionem aut annunciationem procedere oportere, aut ex diuinis responsis & oraculis, vel ad flatu, vel angelorum ministerio allatis: siue id voce, spectro, vel in somno, siue paradigmatate aliquo fiat, aut ex lege recte perspecta. Ista enim cogita, facile est contumaci praedice, quantum malum impendat, pijs autem ac Deum timentibus, quae bona sint vindicaturi. Sed vtrique requiritur fidei certitudo ista, quam Paulus *παρασκευασιν* appellat. 15 Summa est igitur Prophetia (obmirram enim quod nonnunquam pro auditorio fidelium ponitur, vt Paulus prima Corinthiorum vndecimo capite testatur) denunciandi exponendique di-

V

uinorum

DIVINAE SCRIPTURAE

minorum iustitiam cum fide officium.

**PRIMATVM NOMI-
na Ecclesiae Christi.**

1 Potiores in Ecclesia Christi adpellari soliti sunt in sacris, Senes populi Dei, Esaia. 3. Praepositi iustitiae, Esa. 6. Maiores natu, Deuter. 31. Seniores, eodem. Presbyteri, vt saepius in Petro & Paulo, quod idem est. Episcopi. Acto. 20. Diaconi. Acto. 21. 1. Timot. 3. Pastores, Doctores, & Apostolos, Ephe. 4. Vide Apostolorum nomina.

2 Regione, Primores in regno Antichristi, vel primates ipsius vocantur. Vituli multi, Tauri pingues, Psalmo. 71. Fortes, sublimes, Esaia. quinto. Gloriosi filij desertores, Esa. 30. Descendentes in Aegyptum, Speculatores caeci, Esaia. 56. Pastores desperati, Pseudoapostoli, secunda Corinthiorum vndecimo capite. Operarij dolosi, eodem. Magistri & doctores mendaces, Falsi & vaniloqui 2. Petri. 2. Negociatores, Illusores. 1. Petri. 2. Vaccae pingues in monte Samariae, Lupi non parcentes gregi, Acto. 4. Caudae fumigantium titronum, Esaia. 7. Viri illusores, Esa. 38. 20. Iudas. Homicidae. Socij furum, Esaia. 5. Scelesti & peccatores, Pueri, Principes effeminati, Exactores, Mulieres, Esaia. 3. Capita draconum in aquis, Psalmo. 73. Stulti principes, Tauri, Esa. 19. Sapientes, Consiliarij Pharaonis, eodem, Principes Memphis eos domini, Esa. 26. Gigantes, Esa. 28. Profundi corde, Esa. 29. Peccare facientes homines in verbo, Esa. 29. Supplantantes, arguentes in porta, Vigilantes super iniquitatem, Prophetarum in Baal prophetantes, Hierem. 2. Impij in populo, Insidiantes quasi auceps, Hierem. 5. Dilatati, Incrassati, Saturi, Prophetarum vesani, Sapient. 1. Quorum Deus venter est, Philip. 3. Ebrij, Ephraim, Esa. 28. Coronae superbiae ebriorum, Flores decedentes in vertice, Valles pinguisima, Errantes a vino, Vomentes, Phitones diuini, Esa. 4. 7. Caput & cauda eiusdem. 9. Prophetarum doctores mendacium, Incuruantes & deprauantes, Condentes leges iniustitiae & scribentes iniustitiam, Esaia. 10. Praedones pupillorum & viduarum, Pingues, eodem. Excelsi statura, Declinantes, Hierem. 6. Ambulantes fraudulenter, Argentum reprobum, Laquei speculationis, Osee. 5. Rete expansum super Thabor, Optimates, Amos. 6. Ingentes pomparice domum Israel, Sophoniae tertio capite. Lupi vestertini, Abacuc. 1. Vide nomenclaturam Antichristi.

PROPHETARVM MOS.

1 Prophetarum & verbis & factis aliquando vtuntur, Zach. vndecimo capite. Et dixit Dominus ad me &c. Prophetarum sicut per visionem videbat sibi praecipere ea, quae ibi dicit, ita & opere implere praecceptum sibi videbatur. Non est enim necessarium adferere, vt dicamus ipsum sic abieciisse acceptam pecuniam. Sed satis est, quod Prophetarum in visione sic videbatur. Id genus figurarum & apud alios Prophetas est inuenire. Vt quum Esaia nudus incedit. At noluit. cum quopiam pugnare,

PHRASES.

153

pugnare, etiam si hoc coram sacerdotibus obediens egerit non video vero quae necessitas vrgeat. 2 Item nonnunquam per vnum hominem totum regnum cum successoribus significant. Sic non est ille operarius Prophetarum, vt parabolas coram repraesentent, & velut operibus euentum demonstrent; vt Ezech. 12. Sicut Hieremias confundendo ollam in Tophet. 3 Familiare est enim & hoc Prophetis: Primum generaliter omnia damnare. Deinde vero rursus erigere pietos & consolari; Si Petrus inquit: Iudicium incipit a domo Dei. 1. Petri. 4. & Roma. 1. Reuelauit iram Dei super omnem impietatem, Esaia. 1. Omne caput languidum, & omne cor muerens. Gene. 6. Cuncta cogitatio cordis humani &c. Et videns Deus quod multa esset malicia &c. Et deinde: Omnis caro corruerat viam suam: Et postea dicit Noe vero erat perfectus, & Noe gratiam inuenit &c. 4 Item Propheticus mos est, sicut etiam Apostolicus, vt in Actis. 20. certo futuro, propter promissionem Dei praesentem & indubitato inculcare, vt praesentem necessitatem leniant futurae felicitatis spe fideles, vt Luc. 21. Quum videritis haec fieri, attollite capita vestra. Sic & Esaia. 51. Ecce vidi de manu calicem soporis, fundum calicis indignationis meae, non adicies vt bibas illum ultra &c. Similiter Mich. 7. Narrata destructio ne ciuitatis Hierusalem consolatur eos. Cap. eodem dicit: Tu turris Eder, propugnaculum filiae Zion, vsque ad te veniet dies, id est, tempus aderit, vt adificentur maceriae tuae Hierusalem, & interrupta, vt Amos vltimo, instaurantur. Sic & 4. & 5. consolatur quoque.

5 Nonnunquam de sexu hoc etiam non inusitatum est mulierem vsurpari, indifferenter pro quolibet statu foeminae sexus, id est, pro corruptis, & incorruptis virginibus & maritatis, Gen. 24. Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc. Et rursus: Si autem noluerit mulier sequi te. 6 In hac sententia, quaedam pura vocantur, quum sint alio qui corruptissima, vt Hier. 18. Quis facit talia horribilia, quae fecit nimis virgo Israel? Vbi virginem vocat, de qua ante dixerat filij Menphoes, & Taphneos contuprauerunt te in verticem. Et apud Ezechielem capite. 16. haberur: Diuicasti pedes tuos omni transeunti.

PERSONA PRO

re & contra.

1 Vicitissimum est apud Hebraeos, quod rem pro persona, atque rursum, personam pro re accipiant, virtute Enallages. vt quum Christus, Cauete, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus &c. Iustitiam pro recte factis, pro charitatis operibus accipit. Sic Esaia capite trigesimo octauo, Fouca pro inferis, & mors pro mortuis accipiuntur. Et Esaia capite. 49. Erunt reges nutritij tui: Hic reges et reginae, pro regnis Gentium accipiuntur.

PRONOMINA POSSESSIVA.

1 Idiotifin⁹ Hebraei linguae, qui talis est, vt adfixa, hoc est, pronomina possessi-

possessiva, possessori conformet, non rei possessa. Quae quidem res plurimum lucis in loco conciliat sensibus: Vt si volet Hebraeus de veste sua loqui, non dicit vestis mea (vbi possessivum pronomen conformae est, vestis, rei possessa) sed vestis mea vel mei: Vbi possessivum pronomen conforme est possessori. Et si Hebraeus de libro suo loqui volet, non dicit: Liber meus, sed liber mea, propterea quod possessor femina est. Huic enim pronome possessivum conformat, & non rei possessa, puta libro. 2 Item Pronominum omisio in sacris literis non infrequens. Sic Psalm. nono in Hebraeo: Infixae sunt gentes in interitu, fecerunt, sicut incidit in foueam, fecit. Nostra autem tralatio exprimit quem & quam pronomina. 2 Hebraeis quoque familiare est, pronomen ad finem addere, quod apud nos parum facere videtur ad sensum, vt in Psalm. Quorum non audiantur voces eorum.

PERIODVS, SIVE PASVC.

1 Item mos non infrequens Hebraeis est Periodos suas, quas ipsi Pasuc vocant, saepenumero adfigere et apponere, vbi sententia non absoluta est: et contra nonnunquam, vbi finita est, non adfigere, vt apud Esaiam. 1. cap. quum dicit: Quis ego vapularem vos ultra? Quo citius iterum deficeretis, scilicet. Ibi non ponitur Periodus. Ac rursum quum dicit, noua sententia incipit: Omne caput languet, & omne cor mœret: iam ponunt Pasuc, quum solummodo membrum vnum de tota sententia sit absolutum. Sequitur enim: A planta pedis, &c. quae tandem in hac sententia sunt, in qua omne caput languet.

POSSESSIVO VNO

1 Latini ad multa subiecta contenti sunt, vt: Argentum meo, vesti, supellectili, libris, &c. manum iniecit. Hebraei lucis gratia, interim addunt ad omne subiectum, vbertatem Asiae suae seruantes, interim parsimoniam Latinorum hac in re obseruant. Hieronymus eum morem sequutus, dixit in Esaiam: Calendas vestras, & solennitates vestras, & sabbata vestra non feram. Id quoque contemnendum non est, quod haec loquutiones: Feria secunda, &c. Latinis commercio Hebraeorum irrepserunt, &c. De quibus loquutionibus supra in litera F. differuimus.

POSTERIORA PER
priora.

1 Hoc frequens est Hebraeis, vt posteriora per priora intelligant, vt altero verbo pro altero vtantur Gene. 15. Et lampadis ignis transiens inter diuisiones illas. Ponitur ergo hic transitus pro adsumpsit. Nam quid alioqui ignis fecisset? Dabo terram, hoc est, promisi hanc terram patribus tuis daturum, id est, praestabo, statuam & confirmabo quod pollicitus sum. 2 Tam firma, tam certa & indubitata sunt promissa seu mandata Dei, vt sacra scriptura per praeterita eloquatur quae futura sunt, & contra: quod Deus nec fallere nec mentiri potest.

PER.

1 Quibus tribus linguis commune est, vt secunda persona singulari infinito vtantur pro quaque: vt quum Christus dicit: Tu quum volueris elemosynam dare, Tu quum volueris orare. Tu quum &c. pro. Quisque quum volet elemosynam dare, ieiunare. Ita vt Esaiam. 2. capite videre licet. 2 Subita Personarum mutatio non est in scripturis infrequens. Psalm. 2. dicitur: Ordinavi regem meum super nomen sanctum meum. Haec vox patris est. Mox subiungitur: Annuntiabo praecipuum tuum, quod dominus dixit ad me: Filius meus es tu. quae verba filij sunt. Ita persona permiscetur, vt deitatis veritas demonstretur. Est autem in Psalmis vsque adeo frequens, vt non opus sit semper monere illa. Sic Psalm. 15. Christus orat ad patrem, & nos in Christo, & iam in secunda persona loquitur, dicens: Custodi me Domine. Iam in tertia: Dixi Domino, sanctis qui sunt Domini patris. 3 Huiusmodi verba Personarum variationes subitaneae in Prophetis, potissimum in Dauidae, adfectuum significant varietates, & miras (vt ita nomen) translationes. Et sic formanda est persona Dauidis nunc se inter sanctos, nunc inter peccatores numerantis, quo omnes iustificat. 4 Ideo non est vt miretur, Personas mutari a secunda in tertiam, a prima in tertiam: mos enim scripturae est, quo discimus non ad vnum fieri sermonem, vel ad praesentes tantum: sed vel ad omnes, vel ad multos. Sicut si dicerem: Audi tu, audiant & alij. Esa. 42. capite. Sic dicit primum, non seruabis: & postea, non audiet. 5 Sic vides secundam personam praeteritorum, non minus quam futurorum, pro imperatiuis poni. Quod in Psalmorum libro videre licet. Esa. 46. cap. Considera, & vide haec omnia.

PRAE TERITVM.

pro praesenti.

1 Hebraismus item & frequentissimus & propriissimus Idiotismus est, quo praeteritum saepe vsurpatur pro praesenti, vt Lucae. 1. Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit, pro exultat. Psalm. 13. Corrupti sunt. Psalm. 19. Nunc cognoui, id est, iam scio. Sic Ioan. 15. Clarificatus est pater meus, id est, clarificatur. Psalm. 13. Dixit insipiens in corde suo, pro Dicit.

PRAE TERITVM PRO FUTURO.

1 Temporum Tropus Propheticus, & mos Hebraicorum est, qui Prophetarum futuris mixtum & praeteritis verbis vtuntur, & praeteritum mos est Psalmographorum, vt Psalm. nono in futuro loquitur: Firmabit, fugabis, perdes eum, de praeteritis Glorietur et Coniteatur, &c. Ideo nihil refert in Prophetis, per praeteritum legas siue per futurum: tam enim praedicuntur futura certa quae certa sunt quae iam facta sunt & apud Prophetas in spiritu facta videntur, quae adhuc mundo futura sunt, vt Psalm. 8. Quoniam eleuata est magnificentia, & perfecti

v 3 laudem.

laudem, Et statim: Quoniam video cœlos opera digitorum tuorum. Et Psalm. 24. Levavi oculos meos &c. pro. levo animam.
 2 Aded certus est spiritus, qui in Prophetis loquitur, de his quæ prædicat, ac si iam facta essent, Psalm. 91. Et despexit oculus meus in inimicis meis. Quo utrunque significetur, quod ea quæ prophetantur ventura secundum tempus, futura sunt: secundum scientiam verò prophetantium, pro iam factis habenda. 3 Imò non tantum propter certitudinem (vt dicunt) prophetiæ, sed magis propter ostendendam et docendam fidei naturam, vt Psalm. 19. Cognoui præteritum (quo fides commendatur) cum verbo futuro: Exaudiet (quo opus creditum significatur) componitur, vt obseruatur os loquentium iniqua, & sciunt opera Dei super nos futura, per fidem esse credentibus debere cœu præsentia, in d. præterita.

PRAETERITIS

Imperfectis & plusquamperfectis carent, quorū loco præteritis perfectis videntur. Exempla sunt Gene. 34. cap. de Dina, quod egressa est ad filias terræ, hoc est, egrediebatur, & consuetudinem habebat cum filiabus huius regionis congemmandi. Sic etiam Genesis. 38. capite: ca pite: A dparuir ei Deus, vbi A dparuerat dicendum erat.

Porrò Prophetæ aliquando in persona populi Dei loquuntur. Dauid Psalm. 8. dicit se visurum cœlos Christi nouos, quum tamen noui Testamenti tempus non conspexerit: at in persona populi Dei Christianorum ipsorum loquitur, quoniam tunc visurus erat, postea vidit & nunc videt (nisi eum vidisse dicamus, quomodo Abraham diem Dō mini vidit, & gauisus est, Ioan. 8.) Quasi diceret ergo Dauid: Cœli tui reuelabuntur, & mittentur in omnem terrā omnium oculis expositi, vt videre possim ego ipse, si in viuus essem: nunc verò tempore legis audio ipsos, & fide sola cerno.

Eodem Tropo, eademque persona loquitur Iacob Gene. 49. Expectabo salutare tuū Domine, id est, scio manifeste venturū. Et Psalm. 117 Viderunt omnes termini terræ salutare Dei, Quod est dicere vt Elias loquitur: Reuelabitur gloria Domini, cap. 40. Et Simeon: Lumea ad reuelationem gentium, Luc. 2. id est, vt reuelaretur gentibus.

Deinde vulgarissimum est in Prophetis, Spiritum loqui in persona Christi, sicut & in persona Dei & aliorum. Sic Christus Psalm. 30. loquitur. In manus tuas cōmendo spiritū meum, id quod legitur corporali voce dixisse: reliqua verò quæ sequuntur non, imò protinus ab illis verbis emisisse spiritum. Et tamen omnia spiritus Prophete dicit in persona Christi non mortui, sed adhuc immortalī corpore agentis, quod & ipsa verba luce clariius indicant.

POENITERE.

1 Poenitere, idem est quod mutare rem presentem, quomodo Deus *ἐνθεωπονοῦν* poenitere dicitur, id est, significatione iræ vel furoris sui mutare

sui mutare dicitur. Vnde Gene. 6. Poenituit, scilicet, declarauit Noë quod perditurus esset genus humanū, tactus dolore intrinsecus: quia poenitere cum dolore cordis, mutare significat. Sic liber Iudicum, poenituisse filios Israel propter tribū Benjamin prope ad internitionem delerā, cap. 21. Sic vti verbo poenitendi scripturā satis liquet Psalm. 109. Poenituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ, id est, simpliciter adfectiones finiuit, et mutauit in cōsolationem. Hier. 26. Poeniteat me mali quod cogitavi facere, 1. Reg. 15. Poenitet me quod constituerim Saul regem &c. Non poenitet humano more, vt dolore tangatur & displiceat quod placuerat prius, sed mutat factum. Atque in his locis est verbum *נָחַם*. At *נָחַם* Resipiscere, est redire in viam. De hoc verbo latius disseremus in litera R. 2 Poenitentia ergo Dei, est tantū mutatio facti. Et sicut in verbo misereri adfectus misericordiæ & paternæ beneuolentiæ erga nos tribuitur Deo, ita & adfectus iræ & furoris tribuuntur Deo, nec aliter de Deo homines loqui possunt.

PLURALIS NUMERVS.

1 Hebrei autem sepiuscule videntur plurali numero, dum augere rem volunt & magnificare. Vnde & Deum plurali numero appellat, vt sepiissime cernere licet, 2. ad Corinthios primo capite. De quo Tropo & superius in litera N, mentionem fecimus. Plura ibi reperies.

PARTICIPIA

pro presenti.

1 Indicatiuo, vt Exodi. 5. Palex non dantur nobis, nihilominus dicunt nobis, lateres facite, *לַעֲשׂוּ* dicentes, pro dicunt. Videntur Hebrei participijs tam actiuis quàm passiuis pro presenti indicatiui, quo ipsi carent.

PINGVIS.

1 Ex multis Bibliorū locis apparet Pingues significati potentes, magnates, robustos, honoratos pontifices, senes, & quicquid in mundo alicuius nominis, gloriæ, famæ, æstimationis que est, vel qui cæteris præstantiores habentur, vt sunt sapientes. Sic Psalm. 77. Et occidit pingues eorum et electos Israel impediuit. Et Deur. 32. In crassatus est dilectus, impinguitus & dilataratus. Item Ezech. 24. Quod crassum erat, occidebatis. Huiusmodi pingues obumbravit olim Agag rex Amalechitarum pinguisissimus. 1. Reg. 15. Et Aeglon rex Moabitarum, itidem pinguisissimus, Iudicum. 3. Nam adeps impiorum, proceres, electi & delicati sunt diuites, iuxta Psalmum vigesimum primum: Et adorauerunt omnes pingues terræ, id est, reges & principes & regna mundi. Et proprie pingues terræ vocat, qui saturati sunt, & eodem Psalm. Tauri pingues obfuderunt me. Et Psalm. decimo sexto: Adipem suum concluserunt, &c. 2 Pinguedine omnimodam rerum abundantiam & opulentiam intelligere, vulgatum in scriptura est, vt Deur. 32. Pinguis factus est Israel, pro Diues factus est & opulentus.

Et Psal. 73. videtur verò eadem Meta, hora pinguedinis. Prae pinguedine, inquit, egressi sunt oculi eorum, id est, praepinguedine vix possunt videre, obregebat faciei crassitudine oculos. A quo habitu praepinguis hominis indubie felicitatis successum descripsit. Unde factum erat, ut os suum in caelum poneret, & lingua eorum perambularet terram, hoc est, in deos & in homines loqueretur, quaecunque eorum impietas & arrogantia ferebat. 3 Item David Psalmo. 36. ait: Saturabuntur opulentia domus tuae, & flumine porabis illos deliciarum marum, intellexit beneficia Dei primi ordinis & propria, spiritum verique filiorum Dei, qui sanctos Dei erga se favore & benevolentia certos reddat, & ut Psaltes ait, sanari nulla re alia faciabiles. Eundem spiritum & per flumen deliciarum Dei significat, quo suos Deus potat. 4 Similiter & Psalmo. 63. Adipem & pinguedinem vti in multis scripturae locis accipit, pro summis sed spiritualibus delitijs dicit. 5 Bescit, Solet enim scriptura pinguis & adipea vocare, quae intelligit opima, felicia, bonis omnibus referta. 6 Ad hunc modum Pinguis panis quoque abundantiae & iucunditatis mystice ferat. Gene 49. Aser pinguis panis eius, & praebit delicias regionibus. Pinguis enim panis hic ubertatem terrae exprimit. Quasi dicat: Tam suavis erit regio Aser, ut etiam reges hinc sint frumentaturi. Et Psalmo 19. Holocostum tuum pingue fiat, id est, plenum, delicatum, placetiam ac iucundum. Allegoria haec nimirum sumpta ab usu hominum, qui pinguibus & bene partibus pecudibus, alijsque rebus vberioribus seu electioribus & melioribus iuuantur & delectantur. Unde & in scripturis passim pinguis ager aut mons vocatur, quem Latini lactum & iucundum. 7 Praepinguedine perit. Prouerbialis sermo est, quam quis nimis opibus vti nesciret, quam seipsum proderet. Sic & Bab, Ionicum regnum sua mole, sua potestate, sua opulentia rutorum dicatum Esaiæ decimo capite. Quomodo Liuius de Romano imperio. Ut iam, inquit, magnitudine laboret sua.

פַּנִּים PANIS.

1. Peculiare est Hebraeis, ut Panis vocabulo cibum omnem & comestum, edulium & annonam intelligant. Aquae verò potum, & cibi nomine & potus contingitur. Id autem fermè, quoties coniuncta sunt panis & aqua. Alibi non itidem, sed in loco Esaiæ tercio. Auferret ab Iuda omne robur panis & omne robur aquae, id est, omnem vim cibi & potus. Et ex capite quarto Esaiæ liquet. Et Hieremie quinto. Denotabit messem omnem & panem, hoc est, omnem cibum. Adpellant enim Hebraei panem virgam vel baculum virtutis, eoque modum hominem sustentet ac roborat. 2 Hebraei triticum pro pane perinde accipiunt, panemque pro reliquo cibo atque Graci *ἀρτοποιία*. 3 Item Panis & vestis nominibus quoque Hebraeis venire omnem substantiam aut rem, ut infra latius audiemus.

De

De hoc Tropo lege apertissimum locum, Genesis decimo octavo capite, de Abraham, & Genesis 24. de seruis Abrahami, & Genesis 43. de Ioseph, & 1 Regum 14. de Ionatha, qui mel comedeat. Similiter in nouo testamento, Lucae decimo quarto capite. Quum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisaeorum Sabbato manducare panem, id est, apud hunc Pharisaeum prandere, vel cenam sumere.

4 Panem pollutum comedere, est apud Hoseam octauo. Ex quo qui edunt, polluti censentur, ita qui illorum participant sacrificijs, sunt polluti. Pollutum itaque panem & sacrum inquinatum censer, quod inane geritur, & quod sic praeter studium gloriae Dei, Sic in Malach. Sacerdotes panem pollutum obtulerunt. Pollutum est igitur quicquid per hypocrisis, & non ex animo designatur. Deus enim veritas est, qui eum colunt in spiritu & veritate, hos demum amat & amplectitur.

5 Panis angustiae siue molestiae. Hebraei sumunt pro cibo & potu cum angustia & molestia, Esaiæ 30. 6 Panem impietatis comedere, est frui carnali sensu. Approbant facta carnis, verbum, & huius verbi fructum, est facere rem aliorum damno, Prouerbiorum 4. capite, quod est, iniuriae vim bibere, ut eodem Prouerbiorum capite, & in principio dictum in verbo Bibere. 7 Panis absconditus, apud eundem Salomonem in libro Prouerbiorum, capite nono. Quod caro arripit, quod sibi iucundum est, quasi Deus non videat, haec est vita nostra.

8 Panis nonnunquam sacrosanctum Evangelium significat, quemadmodum interpretatur Deuteronomi octauo capite: Dedit tibi cibum manna. Quem panem edere, est edere Christum incarnatum, qui spiritu editur, ut Ioannis 6. capite. Non Moses dedit, &c. Psalmo 110. 9 Panis doloris in scriptura nonnunquam sumitur allegorice, pro vexatione & afflictione conscientiae, ut Psal. 126. Qui manducatis panem doloris, id est, qui vexatis vestras conscientias doctrinis operum carnis, quae nunquam possunt vos reddere de salute certos. Psalmo 76. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura, id est, abunde blasphemamur & contradicuntur nobis propter verbum & veritatem tuam.

10 Panis lugentium. Mos funebri apud veteres Hebraeos talis erat: Calciamenis corticis non utebantur diebus triginta, nudisque pedibus efferebant funus. Linteo super labia & caput inuoluebant ad morem Turcarum & Orientalium gentium, maxime si quando in publicum egrediebantur. Postremo ad primum prandium, quod extra domum suam agebant vicini cibum misstrabant, nec fas erat ut de suo vescerentur. Hinc cibus *לחם אבלים*, panis lugentium dictus est.

11 Panis propositionis, panis facierum vel faciei, hoc est, praesentiae meae. Atque inde videntur appellari, quod semper coram Domino starent positi. Hoc idem sentiunt & Septuaginta, qui hos panes appellarunt *ἐπιπίους*, quasi dixeris, praesentes siue expositos.

V 5

12 Item

12 Item Panis in scripturis sepe cibum animae significat, & ided: Sicut enim verbum Dei letificat, recreat, refocillat animam, sic debilitatur rursus per falsas doctrinas hominum, vexatur, angustiatur.

13 Vocatur & panis mendacij, hoc est, gloria, humana iustitia, sapientia, doctrina humana, q̄ videlicet pascere videatur, & nō pascit. Nam iustitia & prudentia humana videtur servare, & non servant, vt in Abdia dicit: Quis dicit in corde suo, quis detrahet in terrā. Et Proue. 23.

14 Panis adfectionis legitur apud Moſen Deu. 16. vbi tractat de phafē, & vbi praecepit ne comedant panē fermentatū, sed absq; fermento, sed vt ederēt panem adfectionis, propter adfectionē quam passi sunt eo tempore, quando primū hunc panem comederunt, id quod sequentia verba declarant. Panis accipitur in sacris libris pro ipsa carne Christi, in Eucharistia existente 1. Cori. 11. Quotiescunq; manducatis panē hunc: est tropica loquutio. Vocatur enim illic caro Christi, panis, non quia est, sed quia fuit. Ita Exodi 7. dracones vocantur virgæ, non quia erant, sed quia fuerant. Ita caro Christi dicitur panis, non quia sit, sed quia fuit. Quae cum fidelibus ex Christi mandato sit sumenda, vt horori non sit locus, sub specie panis velata nobis conceditur.

P O T A R E .

1 Hebraice loquendi rationis nobis semper paranda est familiaritas, quae calamistratæ orationis ac parabolarum diues est. Nam hoc verbum potare, bibere, deuorare tantum significat, quantum alijs sua rapere, spoliare, ad sese trahere. Sicut Abacuc primo cap. de Nabuchodo nosor, ingentem bibulum arguit & culpatur, vt qui omnes terras ebibat, omnia adducat in hamum suum, omnia regna deuoret, spoliatur, expilet, subigat principatus, congreget eos in sagem suam. Denique omnia ad se, velut Caecias (vt in Adagio vulgari est) nubes attrahat. Sic & Christus de Phariseis, Mat. 23. ait, quod viduarū ædes deuorēt. Sed in Iob idem verborū vsus est. 2 Poculum, est ira Dei animaduertentis in peccata nostra, Poculum Christi eius in lege et prophetis praedictum. In 1. Episto. Petri 1. 3 Itē potare aqua felle infecta, parabolicus sermo est, pro adfligere, miserē adficere: quo tamen impense vruntur Hebraei. Hierm. 7. Potauit nos aqua felle infecta.

P E S .

1 Pes, pro adfectu & desiderio & voluntate cordis vsurpatur. Psal. 25. Pes meus stetit in rectitudine, i. ego neminem læsi nec lædere volui, vt maxime læserim, hoc est, non male volui, vt viri sanguinū, quorū pedes veloces sunt ad fundendū illum. Sicq; adfectus, mens stetit in via recti verbi tui. Psal. 35. Non veniat enim pes superbiae, i. adfectus & cogitatio superbiae, ne scilicet arrogāter de me ipso sentia, de mea sapientia iustitia, viribus, arbitrio praesumā: ne me aliquid esse putem, quū nihil sim, ex quo nō inuenio in carne mea bonum. 2 Pedes cooperire Hebraei, rem obsecnam verbis verecundis pro מלך, quod cacare a-

pu

pu

magistros significat, vtens pedū confectione. Siquidem qui vercundi sunt, & huic operi indulgent, vestibus nudos pedes & crura tegunt. Sic in libris Regū legitur: Forſitan cooperit pedes suos. 3 Pes lassus, doctor Ecclesiae vocatur, qui nō vult cernere quae sunt fidei abscondita, sed cernit praesentia, homines qui tueantur eum. De his pedibus lassus Salomon in suis Prou. cap. 23. eleganter disserit. 4 Ad pedem meum, Hebraei sunt, id est, ad introitū meum vel aduentū, Gen. 30. Locupletauit te Dominus ad pedes meos. Nam hic Hebraei appellant praesentiam. 3 Ad hoc pedes, si Rabano credimus, cursum vitae praesentis, stabilitatem mentis ac fidei exprimunt. In contrariam partem pedum significatio vertitur. Quir claudicatis vtroque pede, id est, sermone & opere instabiles, pronique in malū estis? 6 Pedes etiam Dauid appellat progressus conscientiae, quibus de incepto ad rerum exitus prouehimur. 7 Ad pedes Dei vel Christi sedere, est non solū Deum suppliciter inuocare, sed etiā suae sapientiae ac rationi, quae corā Deo stultitia est, imō etiam voluntati carnis resignare. Qui (inquā) sic humiliantur in conspectu Dei, doceantur & illuminabuntur à Deo, vt sint docibiles Dei, alioqui ministeriū verbi per homines nullū erit, quo tamē medio vult Deus ad homines. Sic Maria Lucæ 10. sedens ad pedes Iesu audit verbū eius. Summe est nobis ipsum notandum: Nisi enim reliqueris tua, nō poteris quae Dei sunt accipere. 8 Pedes ac manus pro actione accipiuntur, quod probatur ex eo quod Dauid dicit: Pes meus stetit in via recta. Et rursus: Statuit supra petram pedes meos. Hicq; in Leuiti. libro 2. cap. 8. & 4. capi. 14. 9 Pedes in Daniele significant postremas regnorum partes, nec frustra pedū in vaticinio Iacob. Item Psal. 44. Pedibus conculcatis, hoc est, penitus deuictos & prostratos: מלך enim cornu petere & contundere significat, vt Exodi 21. & alibi videre est. Metaphora sumpta à feris bubus, qui cornu pugnant, & deuictos prostratosq; pedibus conculcant & cōminuunt.

P R O F V N D V M .

1 Diuinæ sapientiae secreta sunt, de quibus in Rom. Item cordis anxietas & compunctio animi in summa miseria constituti. De profundo clamaui ad te Domine. De quo profundo lachrymas fuderūt: Petrus negator, publicanus peccatorū tundeat pectus, & Ionas in oratorio coeli vociferabat. 2 Significat etiam voracitatē peccatorum, & persecutionem oppressionum nimiam, iuxta illud: Libera me de profundo aquarum.

P A L M A

1 Plerunq; in sacris literis largas elemosynas exprimit, Pugillus è regione parcas. Sic in Prouer. Palmas suas extendit ad pauperem. Et alibi: Sit manus tua ad dandum porrecta, & ad colligendum contracta. 2 Item de palma & pugillo Propheta dicit, potentiam Domini demonstrans: Caelum palma metitur, & terram pugillo concludit, Esaia 40. capite, Hicce iudicium adhibeas velim,

Paulus

DIVINAE SCRIPTURAE

PAVLVS.

1 De nomine Pauli multa à multis dicuntur. Sententia verò quorundem Theologorum, quod à Iudæis quidem Hebræo nomine Saul vocatus sit, Gentile autem & Romanum nomen adsumpserit, quod Gentium esset Apostolus.

PAVLI MOS.

1 Habet hoc peculiare D, Paulus, vt ab externis & ceremonialibus ad interna ac rem ipsam commendandã, quæ ceremonialibus significatur, argumenta & epicheremata ducat exempla. A connubio ducit festiuissimum conatum, quo permonear ad obseruationem timoris altissimi Dei, facit ex Deo sponsum siue maritum, nos & singulos, totam Ecclesiam, sponsam, coniugem, vt interim fideri, interim coniugalem emulationem contemplantes, huc trahamur, vt pudeat aliò quàm ad Deum qui animis nostris maritatus est, spectare. Aliud à baptismo quo mergimur, simile quid patimur Christo, quum in sepulchrum demitteretur, dum emergimus resurgenti comparamur. Dirigit autem Paulus in omni doctrina sua, omnia ad regulam duorum maximorum præceptorum, in quibus tota lex pendet & Propheta.

PSALTERIUM.

1 Psalterium, secundum Basilium Magnum in Psalmo 48. est instrumentum Musicum, cum harmonia cantum ex voce reddens. Psalterium itaque vocale tunc aperitur maxime, quando actiones humane actionibus respondententes, in se concordia quadam & harmonia conueniunt. Athanasius autem ita dicit in opusculo Psalmodum Angelo Politiano interprete: Omnis quidẽ scriptura diuina, magistra est virtutis & veræ fidei, sed liber Psalmodum habet etiam quodammodo statum animarum. Vt enim qui adit regem prius ipse habitum verbaq; componit, ne forte imperitus habeatur, Sic diuinus hic liber currentes ad virtutem, & eos qui vitam saluatoris in corpore cognoscere gestiunt, admonet prius per lectionem motuum omnium, in quibus anima afficitur. Deinde varijs format instruitque sermonibus.

2 Potest igitur vnusquisque in Psalms motum statumque animæ deprehendere, atque ita figuram quæque, disciplinamque suam, quibusque verbis Deo placere possit, & quibus verbis sese corrigere valeat, & Deo agere gratias. Ne si præter quam fas est, dicat, incidat in impietatem. Nõ solum enim de operibus, sed de omni ociofo verbo reddenda apud iudicem ratio est.

PVLVIS.

1 Pulvis Hebræorum more pro terra vsurpatur, Iob vigesimo octauo capite: Ferrum de puluere sumitur. Et Genesis primo capite: Puluis es, & in puluerem redigeris. 2 Neque infrequenter populum, puluerem, quisquillas & פּוּלָא, id est, paleam scriptura vocat, vt Psal. primo, Esaia quinto, & quinquagesimo capite, & alibi.

3 Pul-

PHRASES.

138

3 Pulvis est consummatus, proverbialiter ponitur pro concultatione aut comminatione, vt ex sententia Esaia 16. capite constat. De quo Adagio in litera E, mentionem habuimus fufius.

4 Puluerem pascere apparet quoque omnino proverbialem sententiam apud Iudæos fuisse, cuius Esaia 44. meminit: Pascens puluerem, id est, custodiens: qua vsi sunt, quando quis studium quidem ali-quod sectaretur, ar prorsus frivolum ac inutile.

PORTARE.

1 Sententia Basilij Magni, est tolerare & curare, secundum quod scriptum: Ipse infirmitates nostras tulit, & aegritudines nostras portauit. Non quod ipse in semetipsum susciperet infirmitates, sed quod abstulit eas ab ijs quibus erant, & curauit eos.

2 Portare autem pro auferre & exportare, consuetudo est à ritu prouincialium dici, sicut & ego ipse audire me memini. Hæc ille.

3 Portare suum iudicium, suam iniquitatem, suum onus, quo significatur damnatio eorum. Nam hi qui sunt in Christo, non portant onus suum, sed vt Esaia vigesimo primo capite dicit, Langores nostros ipse tulit. Et, Dominus posuit super eum peccata omnium nostrorum, vniqueque autem suum peccatum & importabile: & tamen portare cogitur, vt in Psalmo trigesimo septimo: Quoniam iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grauius sunt. Galat. 5. Qui autem vos conturbat, id est, deicit ac deturbat à statu in quo statis, portabit suum iudicium, id est, damnationem suam accipiet. 4 Deniq; Portare, pro conseruare: nam Christus Deus omnia conseruat & omnia enutrit. Sic quod non solum omnia per ipsum creata sunt, sed quod etiam omnia in eo seruentur, vt ad Hebræos primo capite: Portat omnia verbo. Vnde Deuteron. 32. capite. Sicut Aquila prouocans, & car. Et Numeri 11. Et cur non imposuisti pondus vniuersi populi super me, vt dicas mihi, porta in sinu tuo.

PARVVI.

1 In sacris literis, maxime Psalmo 18. sunt simplices, & hi qui persuasibiles sunt facile, Proverbio. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Et 13. Innocens credit omni verbo. 2 Nonnunquam verò sancto spiritu humiles, iuxta illud: Custodit paruulos Dominus.

3 Aliquando etiam sunt cogitationes prauæ, priusquam erectionio-ni tradantur, sic: Beatus qui allidit paruulos suos ad petram: cuius & Hieronymus in plerisq; locis meminit. 4 Item פּוּלָא, non simpliciter paruulum significat, sed adulescentulum et iuenculum: Vnde & Psalmo, Adulescentulum sum ego & contemptus, pro adulescentulo פּוּלָא, & Matthæi primo de Bethlehem. 5 Item pro puero accipitur, Matthæi 8. Vide Erasmus in Testamentum nouum.

6 Parulis dimittere reliquias. Immensa diuitiarum cupido quæ fit detestabilis, in 16. Psalmo, probe taxat coelestis spiritus, causam

astu-

DIVINAE SCRIPTURAE

afferens tam perditæ avaritiæ, sobolis numerosum proventum. Nam cum præstaret Deo fidere in prole educanda, & bonis artibus illam institueret, quo ex industria & labore manuum viscitaret, vt Psal. 127. docetur. Nam ibi, beatus dicitur qui hac ratione visctum sibi parat, Impij contra phas & nephas congerit opum immensam struem, non vt inde viuant, sed potius vt hac mali materia etiam perdat liberos, volunt enim in illos non modo rei familiaris, & nominis, sed etiam impietatis, & æternæ damnationis esse hæredes. Verba Psalmi hæc sunt: De absconditis tuis impletus est venter eorum, saturati sunt filij, & dimiserunt reliquias paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo &c. 7 Paruulorum sagitta apud Dauidem quoque hæc loquutio reperitur. Iacula puerorum ob sagittandi imperitiam plerumque in caput eorum retorquentur, nec eas habent vires, vt possint nocere. Ita impiorum conatus in delendis bonis viris non raro sibi potissimum incommodat, & vanior est quam vt possit, quod nititur. Exemplum in promptu est impiorum Iudaorum, qui dum Christum perdere curabant, nihil profecerunt &c.

PLUVIA.

1 Hebræi de terrena fertilitate intelligunt illud Zacha. derimo cap. Petite à Domino pluuiam: quasi dicat. Si petieritis pluuiam, veniet quocunq; tempore quo opus fuerit, maxime tempore serotino, id est, quando fruges incipiunt maturefcere, & turgescere in spica. At nos de spiritali pluua cœlestia colloquia accipimus, quam nobis pluunt Propheta & Apostoli. 2 Item pluua, inundatio persecutio- num, & aduersitatum crucis, vt est illud quod Christus de pluua, in domum malè sitam, in arena scilicet constructam, descendente dicit. 3 Pluua pro doctrina, Esaia: quinto capite. Et mandabo (inquit) nubibus, ne pluant super eam pluuiam. Sic alibi hoc donum verbè missi pluuiam voluntariam vocat scriptura: Pluuiam voluntariam segregabit Deus. De tollenda à Iudæis doctrina vaticinatur Esaia: Quia sicut pluua irrigat terram, vt proferat fructum, sic doctrina hominem irrigat, vt iustitiam operetur, &c.

PISCATORES.

1 Vocabulo piscium, sæpe & boni & mali homines veniunt. Ex omni genere piscium congreganti. 2 Item, piscatores Apostoli & prædicatores sunt. Faciam vos fieri piscatores hominum. 3 Et in malam partem: Lugebunt piscatores.

PRIMOGENITVS.

1 Primogenitus (inquit Auen Esdra) solet vocari principium doloris, quasi ille incipiat dolorem afferre patri, Genesis. 49. Principium doloris. Septuaginta hunc dolorem referunt ad procreationem vententes, ἀρχὴ τρυφῶν ἐμῶν, id est, principium filiorum meorum, id est, primus, Deuteronomij quoque capite, vigesimo primo, principium doloris vocatur

PHRASES.

vocatur primogenitus, quod Hieronymus vertit principium liberorum eius, vbi Hebraice אֶחָד מִבְּרִיתִי 2 Item Hebræi per Robur etiam primum, & radicem sobolis totius intelligunt, ait Genesis quadragesimo nono cap. Ruben primogenitus meus tu, robur meum, & principium doloris mei, Erant quoque primogeniti & vniueriti apud Hebræos hæredes & omnium rerum Domini. 3 Similiter & primogenita sæpenumero ponunt pro primarijs & optimis, Esa. 14. Et pascetur primogeniti pauperum, id est, optimi. 4 Primitiarum oblatio, est gratiarum actio, qua cor cognoscit se diuinitus accipere. Sic docet locus ille Deut. 26. Et præcepit Apostolis, 1. Timoth. 4. Cum gratiarum actione percipere. Primitiæ & Decimæ sunt signa, quibus testatur fidei cor se à Deo accepisse proventus.

PROICERE.

1 Verbo proijciendi Hebræi in ea significatione vtuntur, qua Latini exponendi, Gene. 21. Agar ancilla cum profecisset puerum. Inde infantes expositij, aut expositi dicuntur, qui vt pereant, abijciuntur à parentibus. Desperabunda enim mater, putabat puerum actu moriturum, abscessit ergo relicto puero sub arbutto, ne cogeretur mortem eius aspiceret. 2 Proijci à Deo, est excæcari & desperare de benignitate diuina. Proijciuntur illi qui in securitate carnis (qua nihil indignius fert spiritus Dei) non timent se proijciendos. Hæc deprecabatur Dauid, Psalmo quinquagesimo.

PASTORES.

1 Sæpenumero Hebræis, & apud Prophetas, in loco Reges, Præfati, Principes ac Magistratus, Doctores, Scribæ, qui omnes Rempublicam sibi commendatam habent, Ezech. 24. Esaia: 56. Et Hierem. 22. Omnes pastores tuos depascat ventus, hoc est, consumer eos ventus. Pastores quoque nihil norunt. Quomodo & apud Paulum Ephesiorum quarto capi. Pastores & doctores coniuncti sunt in vnum membrum, quod propheta & magistratu regitur populus Dei. 2 Et Prophetæ allegorij videntes ipsum Christum vocauere pastorem, vt Hierem. capite 23. denique ipsos Prophetas, Hierem. 2. Pastores præuaricantur. Et Homerus Græcorum Poëtarum facile princeps, bonos pastores principes appellat, & ποιμένα λαῶν, id est, pastorem populorum.

PRAEVENIRE.

1 Significat enim verbum אָנֹכִי, venire ante conspectum, vel anteuertere siue antestare, vt Psalmo 119. Præueni in maturitate & clamaui, id est, veni ante te mature: vel præuentū se canit, beneficijs Dei significans, quocunq; se vertisset, Dei bonitate factum, vt vltro vndique illi bona obuiarent, se seque vltro offerrent. Sic & Michea 6. capite. In quo præueniam Domine qui iudicās: id est, quo sacrificio, quæ munere, quo opere veniā ante conspectū tuū, & quomodo demerac gratiam

DIVINAE SCRIPTURAE

gratiam tuam? Quod Latinus verit: Quid dignum offeram Domi-
no? Et Psalmo 18. sed de malis quae ipsum incurrerant.

2 Praevincere diem, in Hebræorum epistola, capi. quarto, rursus praefinit diem, hoc est, quia illa dies iam in foribus est, quae vocem Domini percipimus, ingrediemur in requiem, nos qui credimus. De qua requie Psalms nonagesimus loquitur. 3 Praefinitum tempus *προβλεπόμενον*, quae vox significat diem praefinitum, ad quem ius alicuius dureret Psalmo quarto.

POPVLVS SEMPITERNVS.

1 Hebraei per populum sempiternum intelligunt Angelos & stellas, quorum duratio sempiterna, eod quod mutabilitati non sunt obnoxij.

2 Populus in tenebris ambulans, populus gentiliū est destitutus luce veritatis, & in tam crasis agens tenebris, vt habitare in vmbra mortis, & inter mortuos censetur. Et quae sunt tenebrae illae ac lux indicat Apostolus, Romanorum 13. Nox recessit, & dies, &c.

3 Item, Populus Christianus Dei mens dicitur manifeste, Hebraei. 12. Accessistis ad montem Dei. Et Christus Lapis à monte sine manibus praecifus. Danielis secundo capite.

PAXILLVS.

1 Paxilli nomine fidele patrocinium Hebraei accipiunt, qui clientulorum causas fideliter agat, sicut clauus vel paxillus in pariete appensus fideliter feruat & retinet, etiam dormientibus qui appenderunt, Efaiae vigesimo secundo capite.

PRÆCIPITANTES.

1 Scriptura insipientes & stultos praecipitantes vocat & accelerantes, qui absque industria & consilio temere agunt omnia, Efaiae trigesimo secundo, Cor praecipitum tuum &c.

PORTAE.

1 Portae in scripturis aliquando dicuntur loca publica, conuentus populū, vbi vel iudicia vel conones aliae agebantur. Nam olim in portis publica fora & comitia habita sunt, in porta ergo multitudinem conuocat, Genesis 34. Et venit Hamor & Sichem filius eius ad portam ciuitatis eorum, & loquuti sunt ad ciues. 2 Hinc & porta pro ciuitate, eiusque administratione & potestate nonnunquam ponitur, Deuteronomij 16. 17. 22. 3 Hebraeus enim per portas, aliquando ciuitates & omnem munitionem intelligit, *προβλεπόμενον* & more Hebraico. Hinc nimirum quod circum portas omnia sunt inuentsissima. Huc Christus respexit, quum ait Matthaei 16. Portae inferorum non praenalebunt, &c. Id est omnes munitiones, machinae, artes ac robur, Efaiae 28. & 29. Monitorem qui in porta sedet. Qui in porta sedent ij sunt qui iudicia exercent, aut ius dicunt, quasi illis in porta fiebant, sicut in lege eis praecceptum fuerat, Deuteronomij quinto, E: Genesis vigesimo secundo capite. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum

PHRASES.

tuorum, id est, ciuitates. 4 Et pro iudicijs, Iob. 31. accipit, Quū egredierer ad portas. 5 Item Portae, parietes etiam priuatos significant, id est, domos, villas et pagos, Deut. 12. ca. Illud nō semel in hoc & alijs locis occurrit. 6 Portas porro ciuitatis ingredi, idem est quod vrbē colere. Sic omnes qui ingrediuntur portas ciuitatis, Hebraismus est, id est, Omnes qui in ciuitate habitant, omnes ciues, Gene. 23. Omnium qui ingrediuntur portas ciuitatis eius. 7 Portae filiae Zion, sunt congregationes piorū, qui congregantur in verbo Dei, Vbi sunt conones, & doctrinae veritatis Dei, & quicquid ducit ad vitam, portae filiae Zion dicuntur, quae sunt angustae secundum Euangelium. Latæ vero, quae ad mortem ducūt, Psal. 9. Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiae Zion. 8 Portae mortis, Specus subterranei eod quod nihil ibi praeter caliginem & tenebras quo solis radij non admittuntur, Iob 38. Nunquid reuelatae sunt tibi portae mortis? 9 Porta mortis idem est quod introitus mortis, seu mors instans & vrgens, quem Apostolus responsum mortis in seipso videtur appellare, 2. Corint. 11. Vel sunt iudicia mortis, intentata pijs vitia seu peccata, quibus peruenitur ad mortem, & consilia impiorū, conuenticula Satanæ, doctrinae falsitatis, & quicquid ducit ad mortem, Psal. 9. Qui exaltas me de portis mortis. 10 Item Portae aquarū, Iob 38. littora sunt. Et quis, inquit, & quis praesepit portis. Portae hic dicuntur, non quod aperte, sed quod clausae sunt, & sic littora portae sunt. 11 Portae iustitiae, de quibus Psal. 117. ait. Aperite portas iustitiae, id est, det Deus gratiam, vt iustitia Dei manifesta fiat mundo, quae adhuc tenebatur intra portas & ciuitates tenebrarū. Vel scriptura per portas iustitiae vocat templū, & inde coetū sacrū, in quē vere & corā Deo conueniant iusti, Psal. 118.

PESTIS.

1 Pests vocabulum, latam habet apud Latinos significationem, Exod. 9. pro pestilentia capitur, quam Hebraei *מַדְבָּר*, quemadmodum Graeci *δαιμον* ponunt autem mortem pro pestilentia per Antonomastiam. 2 Item, Pests magna apud Hieremiam cap. 21. Idem quod graue malum, quo omnia per contagionem inficiuntur, & alibi, grauiorem Domini ultionem vocat quoque pestem scriptura, 3 Item scriptura vocat interfectores hominum pestes, qui nobis humana praediuinis obrudunt. Et sicut sapientes vocantur sanitas orbis terrarum Sapient. 6. Ita impij illi recte pestilentia orbis terrarum vocantur. Quae autem nocentior illuso, quam animabus puram veritatem esurientibus, venenum mroriferum dare. Quid sit in cathedra pestilentiae sedere, in litera C, explicatum est.

P A X.

1 Lucas capite secundo Euangelicae historiae, pacem vocat reconciliationem. Ita Christus apud Paulum dicitur pax nostra, hoc est, reconciliatio, & idem suis precatur pacem, hoc est, peccatorum remissio

nem. Vult ergo Lucas dicere: In terris pax, quae est voluntas Dei bona in hominibus, id est, erga homines. Nam haec sermonis forma congruit cum illa, in quo mihi complacuit, ut nominatius hic *iudicia* per apostitionem referatur ad pax. Quemadmodum enim illi dictum est, in quo mihi complacui, pro eo quod erat, erga quem habeo bonum adfectum, ita hic dicitur. Beneplacitum in hominibus, pro bono adfectu erga homines. Verum Latinus interpres nominatum Appositium vertit in genitium, quemadmodum dicimus. Urbem Romae, pro vrbē Roma. Consule adnotationes Erasmicas in nouum instrumentū.

2 Item Pax Dei, non illa pax dicitur qua Deus in seipso pacificus & tranquillus existit, sed quam nobis donat, & in cor nostrum effundit, quemadmodum verbum Dei dicitur, quod nobis donat, quod praedicemus & credamus. Ita cum hanc pacem nobis donat, Pax Dei dicitur, etiam quod eam cum ipso habemus, dum in mundo nihilominus sustinemus pressuram. Haec vero pax omnem sensum, rationem, & cogitationem superat.

3 Pacis nomen Latinis restrictius est quam שָׁלוֹם Hebraeis. Ea enim vox integritatem, successum in scripturis significari solet. Ita cum Ioseph rogaret, Est ne patri meo pax, dicere voluit. Nunquid recte habet pater & rerum successu fruitur? & Hierem. 6, Pax, pax, Sic enim שָׁלוֹם Latine dicere possemus, est ne sanus, salua sunt omnia? Genesis vigesimo nono. Sanus est ne, inquit. Et alibi in eodem lib. Est ne pax tibi, id est, sanus ne es? Querit enim an ne integra & salua sint omnia. Graecus probe explicat vocem Hebraicam *υγιαίειν*, quod significat vndique saluum esse, bene habere. Hinc haec vox non tam pacem, quam omnimodam rerum omnium salutem, successum ac felicitatem significat, testimonia temere occurrunt, praesertim in Psalm. Esa. 48. Instar fluminis pax, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris &c. Et de hac pace in vlt. Psalm. 4. & Psalm. 27. vlt. versu. Pax multa diligentibus legem tuam, Psalm. 119. Et Hebr. vltimo capite.

4 Porro quemadmodum Graeci solempni more dicunt *χαίρειν*, salue. Sic Hebraei Syrique, attestante Erasmo שָׁלוֹם לְךָ, id est, pax tibi. Erat enim haec saluatio apud Iudaeos communis atque vulgaris in Hebraea lingua, si vel discederent, vel conuenirent Pax vobis, quod tantum est, bene valete, bono animo estote, curate ut cuncta sint vobis prospera: vt Genesis. 37. patet. Vade & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, hoc est, vide an res nostrae sese bene habeant.

5 Hinc oritur illa saluatio in Euangelio, Hebraico more, Pax vobis, qua loquutione Christus sapissime erga suos discipulos vsus est, quod nos dicimus, Saluete, Valete. Similiter in discessu solemus dicere, Commendati estote Domino. & his similia precamur & optamus omnia prospera & felicitatem longaeuam.

6 Hebraei tres voces habent quibus suis successum ac felicitatem precantur optantque; videlicet, Amē, Selah,

Selah.

Selah, Pax. Vide in Tropo Amen de his vocalis. 7 Breniter Pax in scriptura est, si cuius rebus faelices dentur successus, Lucae decimo octauo. Si nouisses quae ad pacem tuam attinerent, id est, O Hierusalem paci tuae confules, arbitraris tibi laetos & lauros esse dies, tibi bene esse, res tuas in felici statu positas esse. Quale autem Pacis vocabulum sit apud Paulum, rationem reddidimus in vocabulo G.

PACIFICI.

1 Pacifici dicuntur hi qui non solum ipsi pacis amantes sunt, sed & inter alios dissidentes, concordiam faciunt, non exasperantes odium inter discordantes, sed si ad aliquem illorum venditent commode de alio loquantur, & paci componendae vbiq; studeant. Hi demum filij Dei sunt.

PATER.

2 Primus, Esaia. 43. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui praearicati sunt in me, & non contaminauit principes sanctuarij. Ibi per patrem primum intellige Adam vel Abrahamum: Per interpretes Moesen & Aaron: Per principes sanctuarij, sacerdotes, vt dicitur ad Hebraeos septimo.

2 Patres porro alij sunt secundum legem, alij secundum carnem siue naturā, & tamē vtrique veri patres. Tunc enim verū patrē dixeris, quem Deus patrem facit, sua lege, non minus est pater quam ille qui secundum carnem genuit. Hinc Ioseph sponsus Mariae virginis, duos habet patres, alterum carnis secundum Matthaeum, qui vocatur Iacob; alterum Legis, secundum Lucam, qui vocatur Heli.

3 Item Pater, in Paulinis caeterisque Apostolicis scriptis, nomen charitatis est, quo adpellamus Deum propter magnam fiduciam, & non adpellamus Dominum, quasi timentes illum seruili timore, & accedere re illium non audentes.

4 Item Patris nomine, maiestatem ac summum bonum, virtutemque accipit scriptura, Act. 4. Matth. 3.

5 Patrem Hebraei adpellant principium, rei alicuius autorem, Gene. 4. Pater habitantium in tentorijs.

6 Item Patris nomine veniunt aliquando maiores, aui, abauj, &c. Nam satis constat Abrahamum non fuisse genitorem Leui, Hebr. 7.

7 Item Pater sumitur pro praepatore & magistro, 1. Samuel. 10. Quis est pater eorum?

8 Denique primi consiliarij principum Patres Hebraeis dicti, vt Ioseph patrem Pharaonis dixit Gene. 45. cap.

9 Sic & Patris ac matris nomine summos necessarios intelligit scriptura.

10 Patres comederunt vnam immaturam. Prouerbum erat, vt quum filius pro patre puniretur, dicerent: Patres nostri comederunt vnam acerbam, quasi dicant: Patres peccauerunt, & nos luimus poenam. Sic & Ezechiel. decimo octauo. Patres comederunt labrum. Hoc prouerbiū Ionathas Chaldeus sic in sua versione explicuit: Patres peccauerunt, & filij vapulant.

1 Tenui admodum limite diuiduntur, duo ista nomina, Pauper & Manuerus. Hoc enim עני, illud עני dicitur. Hoc etiam עני pauperem significat, non qui destitutus sit pecunia, atque facultatibus, sed qui corde sit adfecto atque humiliato, apud quem utique nullus esse potest ire aut arrogantiae locus, sed nihil nisi mansuetudo & compassio. Vix autem plenus huius vocis significationem, atque expressius possis accipere, quam ex Lucæ Euangelio, ubi Christum describit fuisse super Hierosolymam, atque miseriam eius deplanxisset. Et Matthæi vigesimo primo cap. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et Moses vir fuit mitis valde præ omnibus hominibus, qui erant super terram.

2 Similiter Christus Pauperes spiritu vocat, qui prorsus in nulla re huius vitæ & huius mundi confidunt, à mundo despecti & derelicti, & animo quodammodo adfecti, oppressi & miseri, & contriti corde, captiui, compediti: nimirum adfecti, & quibus res aduersæ sunt. Hærent verò in solo Deo: nam Deus eorum hæreditas & possessio, potestas, laus, probitas, fortitudo, prosperitas est. Breuiter, nihil habentes, & tamè omnino in Christo possidentes, vt Paulus ait. 1. Corint. 7. De his pauperibus, lege Psalmum nonum. Item in contrarium. Diuites huius seculi, in oculis Dei sunt pauperes, vt in Apocalypsi dicitur: Quia diues sum, & nescis, quia tu pauper & mendicus.

PAUPERVM NOMINA.

1 Aded conuenit sanctitati & paupertati, vt sancta lingua pauperem multis modis vocet. 2 Aliquando עני quod simpliciter pauperem significat עני, quod magis dolentem ac adfectum, et עני, quod oppressum & vim passum proprie significat, hæc tria, Psal. 9. ponuntur. Præter hæc sunt עני, quod Psal. 8. ponitur. Et factus est Dominus refugium Dach, hoc est, pauperi. 3 Itè עני, et עני, et עני. Quorum omnium differentias dare, forte non est opus, nec huius loci. Hebræi autem pulchre id possunt, obseruata Etymologia, Dach, à contritione & contractione. Dal ab attenuatione & exiccatione. Aeni ab additione & mœrore cordis. Aebion à voluendo seu desiderando, vt cui desit quod cupit. Mischen, ab apothecis & promptuarijs, quod sine eis sit. Rasch, à pereundo, & ad miseriam redigendo. Hælechia, quod Hieronymus ab עני quod robur significat, robustum facit. Alij ab eodem hail, vel hel, quo exercitum & congregationem & בית, quod mœrorem tristitiamque significat, compositum volunt, velut Ecclesiã tristantium & mœrorentium intelligentes. Verum si cui ex fontibus potius haurire placuerit, is petat Concordantias Hebraicas, volumem vtilissimum.

4 Pauperem prohibere à desiderio, est rem à potente desideratam ei negare, & ad colloquium desideratum non admittere, Job 31. Si prohibui à desiderio pauperis.

PERE-

1 Vocant Hebræi vno modo peregrinum, quæ est מְבוּרָה obscura progenie, & non constat ex qua familia prodierit Exo. 12. Et eadē tra מְבוּרָה est indigena, qui est מְבוּרָה clarus ex sua prosapia, cuius antecessores longo tempore urbem aliquam incoluerunt. 2 Alio modo accipitur מְבוּרָה peregrinus seu aduena pro eo qui ex paganismō ad Iudaismum conuersus est. 3 Item peregrinum pro admirando, & humanis mentibus inusitato, ac stupendo ponunt interdum Hebræi, vt Esaias, peregrinam operationem suam dicit. Quomodo Diuus Petrus quoque accipit. 1. capi. 4. Nolite mirari super explorationem siue probationem, quæ vobis vsu venit. Ne miremini habet Hebræus. Rarum enim & peregrinum fermè stulti homines admirantur. 4 Atqui peregrinum pro alieno siue hoste accipiunt. Nam et Hebræi alienigenam hostis nomine æque ac Latini veteres comprehendunt, Hierem. 14. Cur fieres peregrinus.

PUPILLI.

1 Pupilli, sunt rerum omnium inopes, qui sibi nequeunt consulere, neque est, qui natura cogatur ad illarum curam suscipiendam. Nam ij sunt, qui cognatis quoque carent. Sic olim patres in Aegypto tanquam pupillos Domini eripuit, quos Ionathas apud Oseam. 14. per pupillum intelligit. Psalm. 10. per pupillum intelligit quemcunque et sua & aliorum opera destitutum, quorumlibet iniuriæ patent.

PECCATVM.

1 Peccatum proprie accipi, neminem fugit arbitrator, aut pro admissio, siue per negligentiam, siue per incogitantiam quod Græci παραπτώμα ἐπὶ τὴν πράξιν. Latini Theologi delictum à delinquendo, Hebræi עֲוֹן vocant, qualia vero ista sunt, à quibus neminem perhibet immunem esse D. Ioannes: & Christus assiduis precibus expiatis iubet & dicere, Dimitte nobis debita & cæt. quotidiana enim cum sint, velut assidui stimuli vrgent pium hominem, & ad sui deiectionem, & culpæ depræcationem. Aut pro eo facinore, quod quis post maruram deliberationem, atque consilium sciens, videntis que commisit: incurrit que quod Græci ἀμαρτία, ed quod contra conscientiam, si Origeni credimus, fit: Latini autem scelus vocant, crimen aut flagitium. Quæ specie latrocinium, homicidium, bellū, voluntaria quidem ista: proditiono patriæ, inusitata libido, venale iudicium, oppressio innocentium, & id genus porrenta malorum continentur: qualia fuerunt peccata Dauid, Achab, Iudæ. 2 Item Peccatum pro ipsa re, quæ restituenti fit, vt: Numeri quinto iuxta Septuaginta. Et restituet peccatum suum ipsam summam. Hebræus. Et conuerter peccatum eius super caput illius, id est, reuerti faciet rem in suum locum, & ad possessorem suum & ad eum in quem peccauerat. 3 Item Peccati pro ipsa incredulitate, impietate siue infidelitate, sæpenumero accipi videmus, vt

in Deut. 20. Pecceris. Et Iosua. 13. Non poteris seruire Dño, Et Christus: Spiritus arguet mundũ de peccato. 4 Peccare in Deũ, est peccare his quæ ad cultũ Dei pertinent, sic peccabant filij Dei. 11. Regũ. 2. & vnde ibi dicitur: Si in Deũ peccauerit vir, quis orabit pro ipso? sic etiã peccat qui peccat in homines, qui pertinet ad Deũ: vnde Gen. 20. bene dictũ est Abimelech. Prophererea peperci tibi, ne peccares in me, auferẽdo. s. Abrahã vxorẽ suã, sic & Paulo dictũ, Act. 9. 5 Peccare sibi et nõ Deo dicitur, quãdo quis peccat sibi, i. ad damnũ suũ. 6 Peccatũ regnare, est obedire peccato, Rom. 6. Per cõsensum mentis, Eccle. 16. Post cõcupiscẽcias tuas nõ eas, 1. Pet. 2. & per operis exequutionem, 7 Peccatores nonnunquã pauperes dicuntur in scripturis, vt Hier. 5. Fortasse pauperes sunt &c. Vides q̃ pauperes eos vocat, qui malitia impietatisq̃; vinculis premuntur. 8 Peccatũ duplex ponit Ioannes in sua Canonica Epist. Alterum non ad mortẽ, Alterũ ad mortẽ, pro illo vult orari, si frater peccauerit, pro hoc vero nõ. 9 Peccatũ ad mortẽ, Christus blasphemia in spiritũ sanctũ, quã nõ remittẽdã dicit in eternũ Marc. 3. 10 Obseruandum quoq; est, apud Hebrẽos duplicis esse significationis verbũ peccãdi sicut apud Latinos piaculũ, scelus scilicet ipsum, & id quo scelus expiamus, quapropter peccare verbum late patet, Nã נטף, Hebræis nõ solũ peccare, sed peccatũ expiare quoq; significat. Quod quidẽ frequẽs est in libris Moyses per Metonymiam pro eo q̃ peccatũ expediat, hostia. Sic Exo. 29. & Num. 11. de rufa vacca. Habẽt enĩ Hebrẽi dictiones quasdã, quẽ vtrãq; significatiã habet, sicut קרב benedixit & maledixit, significat. Quẽadmodũ Latinis sacer, Auri sacra fames, Gen. 31. ca. Ego peccabã, de manu mea exquirebas, i. si quid a feris laniatũ aut disceptũ erat, tibi nõ ferebam domũ, sed ego depedi, ego expiaui, metũ erat damnũ. 11 Hinc est quod peccatũ Tropo vulgari scripturæ vsurpatur etiã pro hostia. Sicut. 2. Corint. 5. Eum qui nõ nouit peccatũ, peccatũ fecit, i. sacrificiũ & hostiã pro nobis, Gala. 3. Factus pro nobis delictũ. Damnãt Christus peccatũ de peccato, hoc est, per suã mortẽ, quã est hostia pro peccato. Quæ sententiã haud dubiã sunt ex Esa. acceptẽ scilicet, Quia ponet animã suam, videbit longeuũ semẽ, i. viuacẽ, nõ moriturã posteritatẽ sicut dicit: Qui credit in me, nõ morietur in æternũ, Et Hose. cap. 4. peccatũ pro hostia peccati accipit, quũ inquit: Peccata populi mei comedet sacerdos. 12 Sic Peccata sacrificia pro peccatis dicebantur. Tale peccatũ erat Christus. August. de verbis Apost. Sermo. 6. 13 Itẽ peccare quod est. 1. Ioã. 3. solere peccare, studere, incubere rebus malis. Ad hinc omnino modũ in Psalmis ac omni scriptura, de Dei iustitia & iniquitate, spiritus sanctus loqui solet, quod qui nõ obseruãrit, persepe impingit. 14 Peccatũ in foribus quiescit, idiotissimus est sermo in Hebraicis. 15 נטף Peccare & Latinis etiam pro labi & errore accipitur, vt Iudic. 20. de fundibularijs Beniamitarũ scribitur, eos iaciẽdi pe-

6108

ritos aded fuisse, vt quisque ad pilum lapides iaceret, nec נטף, i. peccaret, à pilo aberrando. Hinc peccatũ apud Matthæ. decimo octauo. Quoties peccat frater, non ea vsurpatur significatione, qua paulõ ante Euangelista vitur sed pro quouis errore, quo Ecclesia Dei non scandalum patitur siue accipit. Sed qui priuatim in quemuis admittitur citra aliorum offensionem, Ioannes decimo sexto capite pro superstitione et animi scelere, quẽadmodũ iustitia interdũ, mea opinione, vsurpatur pro vera pietate & religione. 16 Peccatores quoque scriptura vocat, quorum totus animus malis sese dedit, Hebraice נטף, hoc est, nõ qui quouis modo peccatis obnoxij sunt, sed qui iam perfricta fronte, ita peccatis sese addixerunt, vt inde meruerint cognomẽ. Quales ij erãt, qui in historijs Euangelicis peccatores vocantur, qualisq; illa in ciuitate peccatrix. Hoc certe nomine Gen. 13. Sodomita, & 1. Reg. 15. Amalekitẽ נטף, i. peccatores vocantur. Neque enim alios peccatores, quã quos & improbos, scelestos atque flagitiosos Vates Dauid Psal. 1. vocat. 17 Aliã scriptura etiã peccatorẽ, exteriorẽ hominẽ itapium vocat, nõ secundũ factã externã solũ, de quibus tantũ mũdus iudicat, sed etiã secundũ cor. Incidit & sancti in viã peccatorũ nonnunquã, agnoscat qui sint, vt discãt nõ in se cõsistere, sed cautores fieri per legẽ Dñi: sic neglecto verbo Dei, sic videt corruisse, ergo omnes sancti quotquot sunt & fuerunt, peccatores facti sunt. Sc̃clusa virgine Maria, Augusti. libro de Natura & Gratia capite.

PROFUNDARE.

1 Profundare, pro stabiliri ac præualere vsurpatur, vt Psal. 92. Quãm eximia sunt opera tua Dñe, vehementer profundauerũt cogitationes tuę, i. firmiores ac certiores sunt, quã quod aut peruestigare ac interuere queam. Sic & Hof. 5. Declinãtes à vero cultu per idololatriã, sicut à marito mulier deficit, quẽ ob id נטף dicitur, pro fundauerũt, hoc est, instar firmę arboris radices in idololatria altissimas egerũt, crebris ac splendidis sacrificijs. Nam sic vsu venit Israëlitis, vt abominatio cõtra sinceritatẽ verbi tandẽ placeret propter sacrificiorũ splendorem.

PRAEVARIARI.

1 נטף Præuaricari, est insidiosẽ ac fraudulenter aduersus Dominũ agere. Sicut Iuriscõsulti in Legem incidere dicunt, pro cõtra Legem præuaricari. Sic Hof. 5. In Dominũ præuaricati sunt, quia alienos filios genuerunt, hoc est, qui ipsis nati fuerunt, cultui vero serio non applicauerunt. Nam alienũ filiũ genuisse putandus est, qui sibi natũ in timore domini instituire cessat. Quẽ in modũ nostro seculo, qui de Euangelio gloriantur, filios plerique gignunt alienos, quod prolẽ suã ad saltum et opus mundi ferẽ fingant: significat etiam præuaricari legem naturę vel Moyfi aut Euangelij violationem Dauid Psal. 118.

PLENITUDO GLORIAE.

1 Illi loquendi modi familiares nobis faciendi sunt, Illud enim gloria ple-

græ plenum vocant, quando vndique Deus cantatur, prædicatur, dicitur. Perinde ac si de Alexandro vel Iulio Cæsare diceretur, vniuersus mundus illos præduros viribus Heroës commendat, ac rerum eorum præclaræ gestarum præconia vndique gentium sonuere, Sic Esaias de regno Christi loquitur. 11. cap. plena est terra cognitione domini, quæ admodum mare aqua plenum est. Item Num. decimo quarto. Viuo ego, omnis terra gloria mea replebitur, id est, Vos tentatis, vt de honore retis me, Ego verò exhibebo me vobis, sicque vos inuadam, vt mundus gloria mea repleatur, hoc est, vt canar, dicar, prædicer, honorer, vbi audierint quid fecerim vobis, quæ ad eò vos tentatis. Sic Abacuc. 1. Replebitur terra cognitione gloriæ Domini, vt aqua mare contegit. Et Exod. & Roma. 8. de Pharaone: In hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam, et vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. 2 Pleni estis dilectione. Rom. 15. Hic vocat Paulus plenus dilectione, quæ tamè nemo tam bonus vel doctus sit, cui nihil addi possit. Id quod saris liquet ex eo quod additur: Valentes in vicem admodum. Ergo non loquitur Paulus de perfecta plenitudine, qualis in Christo vel præcipuis apostolis, sed ea quæ discipulorum.

PROPTIUS.

1 Schema Hebræis peculiare, pro quo nos dicimus: Bona verba, quæso diu meliora danto.

PROXIMVS.

1 רֵעִי Hebræi, ὁ πλησίον Græce, & Latine proximus, significat proprie eum qui tibi qualibet ratione coniunctus fuerit, siue cognationis, siue aliàs arctioris amicitie, vt Ionadab ille qui Amenoni filio Dauid consilium dabat de corrumpenda Thamar, sorore דָּוִד Absalon dicitur fuisse, hoc est amicus vel propinquus Amenonis, fuerat enim filius patris Dauid, 2 Samuelis. 13. Ita Cusai dicitur fuisse רֵעִי, id est, amicus Dauid. Siue sodalitatis tantum. Ita Iudicum. 30 capite sodales dati Schmitichoni רֵעֵי בְּרָעֵי dicebantur, id est, proximi eius. Iudicum. 14. capite. Siue vicinarius duntaxat. Ita iubebantur Hebræi egredi sursi ex Aegypto, quilibet à proximo suo, & qualibet à proxima sua petere vasa argentea, aurea & vestè, 2. Mose. 3. Vbi idè vocabulū רֵעִי legitur. 2 In summa, cum quo tibi quicquid negocij fuerit qui quavis tibi ratione adiunctus fuerit, eum scriptura vocat רֵעִי proximi tuum. Ita qui incidit in latrones, vbi conspectus fuit à sacerdote atque Leuita, iam factus æque fuerat ipse proximus atque Samaritano illac iter facienti, licet nequaquam talem ipsum, vt Samaritanus agnouerit, Luca. 10.

PVER.

1 Puer, vtitatisimum vocabulum est apud Hebræos, vtuntur enim pro famulis siue seruis, Iudic. 9. capi. Habens secum puerum & duos asinos, 1. Regum. 25. Abigail nuntiavit vnum de pueris, id est, seruus. Gene.

Genesis decimo nono capite. עֲבָדֶיךָ Pueri vestri, hoc est, serui. Vocat Hebraismus ministros quosque, etiam si senes fuerint, pueros, Ios. 7. Paulus ad Hebræos 2. intelligit homines mortuos, qui commercium habemus cum carne & sanguine, id est, qui reuera caro & sanguis sumus, veri homines, qui carne & sanguine, corpore & anima constamus. 2 Item Puer sensu, significat illum qui caret spiritali delectu rerum, & hæret in his quæ ipse sentit, cum à rebus, à donis progrediendum esset, vt in Deo solo hærendum, non in donis eius, 1. Corinth. 14. Pueri sensibus. Prouerbiorum 22. Stultitia colligata est in corde pueri. Virga castigationis fugabit eam. Pueri malitia proprie opponitur ei, quod est malignitas vel nequitia, 1. Corinthiorum 14. Sed malitia pueri stis. Vel proprie quod simplicitas & candor. Ad eum modum loquitur Hieremias quarto capite. Stultus populus non cognouit, filij insipientes sunt & vecordes: sapientes sunt vt faciant mala, bona autem nescierunt. 3 Cæterum pueri iam pro sanctis & pijs vsurpantur, nimirum à puritate fidei, vt in Esaia. Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Dominus. 4 Item in malam partem, vt: Nolite pueri effici sensibus, Et puer centum annorum, quem Salomon stultum appellat.

PETRA.

1 Scriptura nonnunquam accipit petram pro robore & firmitate, Psalmo 39. Eduxit me (inquit) de lacu miseriæ & luto fecis, & statuit supra petram pedes meos, Psalmo 26. In petra exaltauit me, In Psalmo trigesimo primo capite. In petram fortitudinis. 2 Sic plerunque vocat Hebraismus arces & fortia ædificia, quæ super montes & petras contra hostium insultus extruuntur. 3 Aliàs Christum appellat scriptura petram. Nam vulgaris Tropus sermè apud omnes Prophetas est, quod Christum appellat Saxum, Lapidem, Fundamentum, &c. vt alibi dictum est.

PARABOLA.

1 Petrus apud Mattheum Euangelistam apertissimum Christi sermonem vocat parabolam: Nihil ingreditur in hominem, impurat hominem, sed quod ex eo egreditur. Hinc ergo omnem obscuriorem & grauiorem sententiam, quæque videretur reconditi aliquid in se habere, parabolam ipsis vocatam, certum est. Nam illæ serè cum collationibus efferuntur. 2 Item parabola vtuntur Hebræi pro Allegoria, vt Matthæi 13. Hæc est parabola, hoc est, Hic est sensus Allegoriæ. Et ibidem crebro parabola pro Allegoria ponitur. Quum Christus: Simile est regnum cælorum homini regi, homini nobili, decem virginibus, sagenæ in mare expansæ, & id genus reliqua, parabolæ sunt, id est, collationes & comparationes. Atque ex nihil dissimulant, sed manifeste quò tendunt, pergunt, & simili rerum ducuntur. Allegoriæ autem plus dissimulant, sed cum exercitio, studio,

& diligentia auditoris, quo res intellecta magis delectet.

3 Summa, Hebraei ex Hebraeis fuerunt, suos per omnia imitati sunt, isti ergo quum omnem, quacunq; ratione aliena, tum autem testum sermonem וְשׂוּרָה vocet, fit vt citra discrimen parcemia pro parabola & pro Allegoria vtantur. Et rursus parabola pro Allegoria, vt aditum est.

PERSONA.

1 Personae nomen externa qualitate vitae, operis, aut conuersationis (hoc enim persona in scriptura) significat, iuxta quam homo de homine iudicare, laudare, vituperare, nominare potest, & quicquid in homine per spiritum non viuunt, persona vocatur, 1. Regum decimo sexto capite. Homo videt ea quae patent, Deus autem intuetur cor. Et Psalmo septimo. Ista ergo patentia quaecunque tandem sint, tu intellige personas, facies, apparentias, & personalia ista, si recte vis intelligere scripturas de respectu personarum loquentes. Sic intellige Paulum: Apud Deum non est personarum acceptio, Romanorum undecimo capite, id est, non considerat faciem hominis, aut externum opus, seu statum & conditionem & larvam externam, nec visionem oculorum iudicat, sed cor conspiciat & renes scrutatur, recte & iuste iudicans. 2 Breuiter, intellige externa omnia quae Deus non respicit, ~~et non respicit.~~ Vnde omnia Pharisaeorum opera inter personas numerare licet. Non est personarum acceptio apud Deum, Ephesiorum 6. Colossens. 3. Actorum 10. 1. Petri 1.

si cor lo
ge sit a de

3 Accipere personam, suscipere aut eleuare faciem, In sacris nihil aliud est, quam ex facie, ex qualitate, diuinitis, facultatibus personas distinguere, easque acceptas habere, iudiciumque peruertere, vt alteri fiat, quod non fit alteri.

PLACERE.

1 Hebraei placendi verbo forensi viuuntur pro constituere, quomodo & Latini dicunt, placuisse patribus aut senatui, pro statuisse, pro decreuisse patres. Sic & Hebraei, vt Esaiæ 61. & 56. capite. Dummodo custodient Sabbata mea, &c. hoc est, summa quae ipse decerno, id est, quae mihi placent. 2 Hinc placitum tempus, hoc est, constitutum, vt Iacob ad Laban dicebat: Cras iustitia mea quum placitum tempus coram te venerit. Et 49. In tempore placito adero, id est, staturo. Hinc placita, statuta, decreta, &c. 3 Item Placere nobis, nihil aliud est quam sibi ipsi placere, quærere commodum proprium. Huiusmodi erat Pharisaeus ille apud Lucam, qui gratias agebat Deo, quod non esset sicut reliqui homines, videbatur sibi optimus, placebat sibi ipsi, & indubie doluisset ei, si quisquam iuxta se peccatis liber fuisset.

4 Dehortatur autem Paulus Christianos ob hac placencia suis ipsius, & ait nos non debere nobis ipsis placere, hoc est, non pluris nobis videri, quam proximis, si quid etiam possumus quod ipsi nequeant, Ro-

ma,

ma. 15. capite. 5 Placere autem proximo, est quærere vtilitatem proximi, idq; non animo tristi, sed læto & hilari, & in bonum proximi.

PLANTARE.

1 Plantari à Domino, crebro in Prophetis pro eo inuenias, quod est per Dominum in suum populum aliquos ascisci & constitui, vt Esaiæ 3. Hieremias 2. 12. Amos 9. Quo loco populo Israelitico ita promittitur per Dominum: Et plantabo eos super terram suam, & non euellentur amplius de terra sua, quam dedi eis, dixit Dominus Deus vester.

PARS.

1 Portio siue pars, more scripturae, non philosophice significat particulam, vt contra totum distinguatur. Sed idem est quod fors, hæreditas, portio quod olim hæreditates in tribus duodecim distributæ sunt. Sic illud: Dominus pars hæreditatis meae, & calicis mei, & Portia mea Domine in terra viuientium Hierem. Threnorum: Pars mea Domine dixit anima mea, Psalmo 9. & Lucæ 12. Partem eius ponet cum infidelibus, hoc est, hæreditas eius erit cum impijs & hypocritis, id est, habebit illum hypocritarum & infidelium loco. Sic Terentius dixit: Vt hæream in parte aliqua apud Thaidem, id est, vt sim aliquo loco apud Thaidem. 2 Aliàs Pars & portio Hebraeis agrum significat, vt alibi ostensum est.

PERVERSI.

1 Sunt, quorum corrupta est opinio, hoc est, qui imaginantur Deum pro suo arbitrio, nec metuendum, nec item eiusmodi cui confidant. Et quia nihil accipere se diuinitus sentiunt, feruntur suo impetu ad ea quae arident, sua mirantur, Dei opera contemnunt & auersantur. Qualis est Ahas Esaiæ 7. Hos Paulus abominabiles vocat, & qui persuaderi non possint, & ad omne bonum opus reprobos appellat. Prouerb. 12. Abominabile Domino cor peruersum vel prauum.

PROPERARE.

1 Est aliquid facere absque vocatione, sine fide & omni sensu pietatis. Prouerborum vigesimo quinto capite. Quae videntur oculi tui, ne properes in iurgio tuo cito, id est, ne facias quicquam quod postea proximum tuum confundat, vel ideo non statim properandum est, ne fatanas nos seducat. Ergo fidendum est Deo, non temere obsequendo cuiquam, & non properandum in iudicando.

PROPHANVM.

1 Quod sanctum non est, separatum & commune, & quod non ex sacris literis docetur. 2 Prophanare arborem vel vitem, Hieremias 31. capi. est idem quod licite de ea comedere. Nam Leuitici 19. habetur quod fructus terrij anni erant à plantatione abijcendi veluti immundi, fructus autem quarri anni erant Domino consecrati. Et quinto anno prophana fiebat arbor, & poterat plator eius de ea comedere.

3 Quid

DIVINAE SCRIPTURAE

3 Quid autem sit prophanare templum Dei, suo loco dicemus.
PROPIIATORIVM.

1 Sententia vulgari in Hebraeis erat arcae operculum, id quod Christum praefigurabat, qui nostrorum est pravorum facinorum conciliator effectus. Haec ille.

PRINCIPES.

1 Principales antesignani fidei Christianae aliquando sub principum nomine in Psalmis intelliguntur, ut Psalmo quadagesimo quarto, quum Propheta in patrum locum Apostolos dicit numero & auctoritate suscepisse: Constitues eos principes &c. Et Psalmo 46. & 67. Item magni, potentes & duces, sapientes vocantur, Psalmo 32. Et reprobatur consilium sapientum. Sic Paulus 1. Corinthiorum 2. quod sapientiam Dei nemo principum huius mundi cognovit, Psalmo 118. Principes persecuti sunt me gratis, id est, Iudices, Reges, Seniores plebis &c. Sic enim in scriptura primarios viros & apud homines honoratos vocat. Vnde Psalmo 119. Sederunt principes & adversum me loquebantur, scilicet in consilio, in iudicio, mundi sapientes & iusti secundum speciem. Vocat Hebraismus magnum virum quemque נָוִל, qui praeter ceteris eminet in populo, Leuit. 4. Principes in populo. Principes bonos sacrosanctos habuerunt Iudaei. Sic Latini Magistratum sacrosanctum, hoc est, inviolabilem vocabant, & vocantur a Iudaeis benefici, servatores, ut videre est in Evangelio, & supra in littera B, explicatum est.

PRINCIPVM NOMENCLATURA.

Scriptura potentes, hoc est, Reges, Principes, Cedros Libani vocat; Psalmo 28. Item Cervi eodem Psalmo. Tauri Libani, Psalmo. Superbi, Capita, Esaiæ 2. Psalmo 119. Coagulati montes, Psalmo 21. Tauri pingues, Tauri Basan. Psalmo 67. Socij furum, Esaiæ 5. Principes Edom. Robusti Moab. Item, fundamenta montium conturbata sunt. Montes, Psalmo 17. Esaiæ 41. Lupi vespertini. Prophetæ, reges catulos leonum vocant. Plaustra, Esaiæ 41. Porta, hoc est, iudices, principes, qui sub portis iudicabantur: per civitatem autem, reliquum vulgus, ut Esaiæ 14. Viula porta, clama civitas. Sicut montes alibi reges, Colles autem plebeios. Elohim, hoc est, Deos saepe scriptura nominat, Exodi 24. Nimroth robustus, Genesis 10. Tauri, Esaiæ 19. Abietes, Buxi, Pini, Esaiæ 15. & alibi. Item per arbores eodem loco. Hebraei hircos terræ vocat principes. Ideo sicut hirci gregem caprarum antecedunt, ita reges & principes plebi praesunt. Pingues vaccae. Item, principes leones dicuntur. Vnde symbolum est regum, & tribui Iudae dictum, quod quasi leo accubuerit. Nam leo inter bestias principatum gerit, Proverbiorum. 30. Sed & rapacitatem significat, Psalm. 7. Nequando rapiat ut Leo animam meam. Quia & diabolus Leo est.

Item

PHRASES.

166

Item per Leonem & Draconem intellige in scripturis ferocissimos reges. Denique scuta terræ appellantur. Sic enim filij Korah, Psal. 47. Scuta terræ principes vocant. Sicut Deus subinde hoc nomine a sanctis appellatur, propterea quod defendit suos, & mala auerit, ut sanctis auerantur iacula & serventur quos illa tegunt, Osee quarto capite, ut hoc Psalmo: Principes populi hoc nomine vocantur: eorum enim est populum tuere, & nocitura auertere.

PONERE.

1 Hebraei nonnunquam verbo ponendi per transumptionem pro existendi, constituendi & faciendi verbis mutuo vtuntur, Esaiæ vigesimo quinto capite. Quia posuisti civitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam. 2 Sicque ponere vultum seu faciem, aut obfirmare, nihil aliud significat apud Hebraeos, quam incunctanter siue firmiter statuere, Hierem. 43. capite. Qui posuerant (habent Hebraica) vultum suum ad proficiscendum in Aegyptum. Et in bono ac malo ponitur. Lucæ 9. in bonam partem accipitur: Ipse faciem suam firmaverat ut iret Hierosolymam. Sed Hierem. adducto capite. in malam. Perhibet enim Physiognomi, firmitatem aut inconstantiam animi in vultu deprehendi. 3 Est autem non simplex, sed symbolica loquutio illud in quadagesimo tertio capite Hierem. Et Latini cum perfrita fronte dicunt, symbolice παραρηιδουσα. 4 Ponere atque domos in latrinas, vulgaris sermo fuit apud Hebraeos. Idem valet quod sterquilino oblini ac desolari, exterminari, extirpare. Danielis secundo capite. Facietis vos in frustra fieri, & domus vestrae in latrinas ponentur. Et tertio capite. 5 Porro Ponere os suum ad terram, Proverbium esse apparet ex Thren. 3. Hierem. pro humilia loqui, non esse fastuosum, non magnifica tonare. 6 Ponere solium, loquutio est Hebraica, & idem quod exercere potentiam. Hac loquutione vsus est Hieremias, capite quadagesimo nono, in malam partem dicit: Ponam solium meum in Elam, hoc est, potentiam meam exercebo in Elamitas. 7 Ponere verò super cor, est nonnunquam secum firmiter statuere. 8 Ponere in gratiam & miserationes, est facere gratiosum, commiserationeque dignum, quem beneficijs plurimis demeremur, sicut in Psalmo: Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, id est, fecisti nos ignominiosos & contemptibiles, Danielis 1. Et posuit Daniel super cor suum, &c. Et mox ait: Posuit Deus Danielem in gratiam & miserationes. 9 Ponere manum, est iurare, iurabant autem patres, manu sub fecore posita, quod illic in locis gentilibus esset signum sacrum diuini foederis. 10 Cor ponere super viam, & ad cor vel in cor ponere, quales Idiotissimi sint, in vocabulo Cordis explicati sunt.

PALEA.

1 Neque infrequenter populam פַּלְמָה, id est, paleam scriptura vocat,

DIVINAE SCRIPTURAE

cat, vt *Esaia* 5. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit. Et 40. capi. eiusdem Prophetæ: Et turbo quasi stipulam auferet eos. Et alibi, Et *Sophonias* secundo capite: Priusquam pariat insisio & visio quasi puluerem transeuntem, &c.

PARARE.

1 Verbum parandi nonnunquam pro confirmare, durare accipitur, vt: Verbum Domini parabitur, id est, confirmabitur, durabit.

2 Parare lucernam, scriptura vsurpat pro felicem euentum in rebus omnibus esse. *Iob* 31. vel 29. Quum luceret lucerna illius. Psalmista: Parauit lucernam Christo meo. 3 Parare viam Domino, est abijcere quicquid ingredienti Domino possit offendiculo esse, quemadmodum & vulgo serui ante dominos suos gradientes, lapides, ligna, & quicquid huiusmodi viam Domini remorari aut inexpeditam reddere possit, remouet. Quid iam id quod Ioannem oportuit è via abijcere & remouere, ne Christo esset offendiculo? Proculdubio multa & varia peccata, omnium autem maxime opera hypocritarum, falsa sanctimonia sua tumentium.

PARS PRO TOTO.

1 Scriptura sæpenumero partem pro toto vsurpat. *Exodi* 34. Deos conflatis ne feceritis. Non enim quia fusiles tantum nominauit, ductiles, fictiles ac ligneos permisit. Sic & illud: Primitium subigalis redimes oue, *Exodi* 34. Panem non comedit, & aquam non bibit, omnem cibum & potum significans.

PUDEFERI.

1 Pudeferi, est in periculo spe sua destitui & cadere, iuxta illud: Spes credentium non confunderur. Spiritum enim perpetuum arrabonem salutis hauserunt, quum impij spiritum huius mundi perituri conceperunt. Qui enim credit in eum, non confunderur.

PVDERE.

1 Pudendi verbum apud Hebræos pro pigendi perinde accipitur, atque pigendi pro pudendi apud Latinos, qui dicunt: Pigeat me tui, pro pudet, *Hieremias* decimoquarto capite.

PERCVTERE.

1 Percutiendi verbo pro scindendi, cædendi, sternendi, impensissime videntur Hebræi. Et recidamus ei linguam, ait *Hieremias* capite 18. Hebræus dicit: Et percutiemus ei linguam.

PERIRE.

1 Perire, hoc verbum inueniri licet pro negari in sacris scripturis. Sic in *Psalms* scriptum est: Perijt fuga à me, pro, fuga occupata aut intercepta est mihi. Sic & Latini perire occasionem dicunt, & perire alicui fugam nihil aliud est, quàm ei negari fugæ esse locum, & nusquam patere effugium. Hoc verbo vltus est & *Hiere.* 27. capite. *Psalmi* 141. 2 Perire autem cor, est obstupescere, attonitum & confilij

PHRASES.

filij expertem esse. *Hieremias* quarto capite. Peribit cor regis & cor principum, & desolabuntur sacerdotes.

PLANGERE

1 Nonnunquam significat in scriptura planctum insanum, qui sit, vbi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus cædit ac dilacerat, *Græce* *καὶ ἑώραν*, *Matthæi* 24. capite.

PERSEQVI.

1 Persequi anceps verbum, quod in bonam atque malam partem vsurpatur. In bonam. *Psalms* 33. Inquire pacem & persequere eam tu. Alias persequi significat odisse, insectari, fastidire & contumelia adficere. Sic *Psalms* 39. Confundantur qui me persequuntur.

PARADISVS.

Παράδεισος, hortus est, ac locus deliciarum plenus. Apud Paulum 2. *Corinth.* 12. per Synecdochen pro voluptate & amœnitate eximia ponitur, qua mens Pauli ita capta fuit, vt non facile auelli potuerit, puta qui se in cælo iam tum esse existimabat.

PARIES INCLINATVS,

& maceria depulsa.

1 In *Psal.* 61. Spiritus sanctus volens inglorios impiorum conatus, ac sibijpsis plurimū noxios ostendere, credentes quos isti extinguere moliantur, quod ad statum rerū terrenarū attinet, parieti cōparat ruinā minanti, & maceriæ impulsæ ac loco mortæ. Quasi verò speciosum improbi hinc reportent triumphum, si præcipitent iam casurum. Verba *Psalmi* hæc sunt: Quousq; irruitis in hominem? qui vosmetipsos omnes interficitis, incumbentes parieti inclinato & maceria depulsæ.

PVTEVS.

1 Quando in puteum semel delapsus, non habet quo se expediat, sed manere ibi cogitur ac perire, recte in *Psalmis* pericula præientem tentantia mortem hoc verbo significantur. Sic *Psalms* quinquagesimoquarto capite. Deduces eos in puteum interitus. Et *Psalms* 68. capite. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgcat super me puteus os suum.

PASSER.

1 Credentes perperpetuis impiorum insidijs agitati, ita vt fuga quandoque salutis suæ consulere cogantur, ad eum sanè modum quo aliquoties Christus fecit seruator, non absurde in *Psalmis* passeribus simile esse traduntur. Sic in *Psalms* 10. & 101. 123. Et 83. gratulatur sibi domum, quam præparatam nouit in cælis, Etenim passer (ait) inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos.

PENNA.

1 Penna, in sacris eloquijs volatum aut navigationem significat, eò quod vtrunque celeri motu perficitur. Et ne eius rei desit exemplum, posterius illud in fabulis Poëtarum inuenias vsurpatum, qui *Demodam*

DIVINAE SCRIPTURAE

dalum & illius filium Icarum, alas sibi quibus volarint tradunt fabricasse, vela nauigiorum indicare volentes, quæ primi inuenerunt, ex hostium manibus quasi volando per mare elapsi. Sed ad sacras literas redeamus. Psalmo 17. & 103. dicitur Dominus volasse super pennis ventorum, id est, diuina potentia sua motum ventorum, qui omnium est celerrimus, superasse. Et Psalmo 138. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, id est, si nauigio sumpro fugam adornare coner per pelagus.

POSSE.

1 Possè, pro habere Hebræis accipitur, Hieremiæ secundo capit. Qui aquas non habeat. Hebræi ad verbum: Qui aquas non possunt.

PROBARE.

1 Probare verbum posuit Paulus Romanorum primo capite, pro curare, & rei alicui diligenter incumbere.

PROLONGARI.

1 Prolongabuntur dies, & peribit omnis visio. Significabant hoc prouerbio terram non deuastrandam, sed post multos dies visionem perituram. Ezechielis duodecimo capi. Vel habet hunc sensum: Continuabuntur dies ordine suo, & Prophetæ in ventum loquuntur.

PERNOCTARE.

1 לָרַךְ Id alicubi pernoctare significat. Ita vsus eo est seruus Abrahamæ, quum diceret ad puellam Rebeccam: Est ne domui patris tui locus nobis לָרַךְ, id est, ad pernoctandum, vbi noctem agamus? Sed hinc ad quietam immorationem, nõ noctis solum, sed perpetuam, nox traducta est, vt Prouerbiorum 15. Auris auscultans admonitioni vitæ, inter sapientes לָרַךְ, id est, morabitur, & fixam sedem habebit. Ita Psalmita: In umbra omnipotentis לָרַךְ, id est, habitabit, quietemque aget. Iam in bono morari quietemque agere, quid aliud est, quam pro voto bonis perfrui?

PASCERE.

1 Pascere, est docere & reficere verbo vitæ & veritatis, hortari, consolarique. 2 Hinc pascua pro doctrina, vt patet in scripturis Prophetarum, ac in Actis, capite decimo nono. 3 Pascere autem cinerem, est rem vanam & inutilem facere, sicut pascere ventum, De quo Tropo suo loco dicemus.

PVRGARE.

1 פָּרַק Purgare significat, Psalmo 119. versu nono, vt & Esaiæ primo capite pro emendare vitam accipitur, repressisque prauis cupiditatibus ad sinceritatem perducere, quod fit, quum verbis Dei toto animo studetur.

PERFODERE.


1 Domum perfodere aut suffodere, Hebraismus est, pro subire clam domum, Exodi vigesimo secundo capit. Si effringens fur domum aut suffo-

PHRASES.

168

suffodiens &c. Vfus est & Christus hoc Idiostimo. Si sciret, inquit, patrifamilias qua hora fur esset venturus, non permitteret perfodi domum. 2 Aures autem perfodere, est aures alicui aperire, & ad auscultandum alicui adaptare. De hoc Tropo vide in litera A. Aures perfodere.

QVAESO N3.



QVAESO: Hæc particula Hebræis magnam vim aut adhortandi, aut obsecrandi habet, quæ Latini per obsecro vel quaeso saepe reddunt. Nonnunquam per age, agedum, eia. Genesis vigesimo secundo. Tolle quaeso vel obsecro filium tuum vnum. Latinus dicit vni-genitum.

QVAERERE.

1 Quærere & non inuenire, Tropus scripturæ est, quo significatur inquisitionem et manifestationem malitiæ, eius esse destructionem et perditionem. Sic Psalmo 9. Quæreret peccatum illius, et non inuenitur, non vt nemo sit, sed nihil possit. Sic dolus quoque quam primum cognitus fuerit, mox sine viribus, ac iam non dolus est, sed sua ipsius ignominia. Ita enim de perditis, & vulgo quaritur, insultando. Vbi sunt? quod abierunt? eo Tropo quo Deut. 32. dicitur: Et dixi, vbi nam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam. Et Esaiæ 14. Quomodo cessauit exactor? quicuit tributum. Non sic autem potentia, quæ etiam si cognoscatur, non ideo desinit, imò cognita maxime valet, ipsa potius à Deo conterenda & frangenda est, testimonio Psalmiti noni. 2 Et quum de iustis dicatur: In memoria æterna erunt iusti, ab auditione mala non timebunt. De impijs scribitur: Perijt memoria eorum cum sonitu. Et Psalmo 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Iam de hominum memoria nullus hic sermo, sed de memoria Dei. Esse enim in memoria Dei, & coram Deo non collabi in cineres, hoc opus, hæc felicitas est. Collabimur enim omnes coram mundo in lutum & cinerem. Pij vero semper coram Domino viuunt, vt Christus de Abraham & Iacob pronunciat. 3 Quærere. 1. Regum 11. ait August. de ciuitate Dei, libro 17. capite 6. allegat. Et quæret Dominus sibi &c. Non quasi nesciat vbi sit, ita Deus sibi hominem quærit, sed per hominem more hominum loquitur, qui & sic loquendo nos quærit. Non solum enim Deo patri, verum etiam ipsi quoque vnigenito eius, qui venit quærere quod perierat, Luca decimo nono. Vsq; adeo iam eramus noti, vt in ipso esset electi ante constitutionem mundi. Quæret sibi ergo dixit, pro eo ac si diceret quem suum esse iam nouit, sibi esse familia-

rem,

DIVINAE SCRIPTURAE

rem, alijs ostenderet. 4 Quærere faciem Dei, David Psalmo. 27. ait: Facies mea quæ fuit faciem tuam. Quid Nihil aliud quam te ipsum volo, ut ad voluntatem tuam agnam, vitam meam, ac uniuersum regnum comparem, id unum curo & molior. Hoc cum se studio Dei esse præditum sentiret, dici non potest, quam illa fiducia operis diuini angebatur. Facile siquidem hinc agnoscebat se negligi à Deo haud posse, cuius tantum apud se studium sciebat. Qui namque querunt Dominum, non possunt illum non inuenire seruatores atque beatores. Quæritur, dum eius cognitio, voluntatisque eius obseruantia & gratificatio quæritur.

QUADRAGENARIUS.

1 Numerus omnes gradus, & summam mortificandi veteris hominis, in scripturis indicat, Matth. 4. de ieiunio quadragesimali, & Deutro. 23. 2 Vnde Augustinus super Ioannem, cuius & pontificia cõstitutiones meminerunt: de Conf. dist. 5. Ieiunium autem magnum et generale, est abstinere ab iniquitatibus, et illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium. In hoc seculo, quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus. 3 Sic & Origenes super. Leuit. decimo sexto capite. Tu si vis ieiunare secundum Christum, & humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum est totius anni, imò totius vitæ tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam. Hæc ille. 4 Ex pluribus scripturæ locis subadparer numerum quadragenarium, præparationi atque peccatorum expurgationi ferè sacrum habitum. De mysterio quadragenarij August. in libris de ciuita. Dei. Sed de eius celebritate Basilius Magn⁹ in quadraginta martyres.

QUIESCERE.

1 Prouerb. 24. sententia Theologorum in Hebræo significat infirmum fieri. Quid autem est infirmari? Est nos crucifigi & mortificari, & omnino ad desperationem adigi, sed eripimur et glorificamur cum CHRISTO, quum quiuerimus, hoc est, nos DEO eripiendos & saluandos commiserimus. Cæterum de triplici quiete consule Vulgarium. 2 Quiescere in vestimentis pignoratijs iuxta altare. Est bonis contra legem per calumnias à pauperibus rapis nouos dei cultus instituire. 3 Quiescere Deum in nobis, est non mouere creaturas ut agant naturalia opera, sed absorbere nos intra se, ubi est æterna quies, id quod verum Sabbatum est.

QUIS QUILIAE.

1 Inanitas atque fugacitas improborum hac imagine siue nomine notatur, ut Psalm. 1. Non sic improbi, sed sic QUIA, id est, qui quilia, quas dispellit ventus, & alibi David imprecatur hostibus suis, ut sine velut qui quiliae expositæ vento. Et Esa. 17. de dispergenda multitudine populi aduersarij. Persequutione, inquit, agentur, ceu qui quiliae, in montibus expositæ vento. Summa, Impij ac inimici Dei; ut Esa 29. Palcis,

PHRASES.

Palcis, stipulis, qui quilijs, pulueri &c. comparantur.

QVIS.

1 Quis, pro quantum nonnunquam accipitur, ut Quis putas est fidelis dispensator &c. pro quantum putas, esse fidelem dispensatorem. 2 Hebræi hac loquutione vtuntur vice aduerbij vtinã. Vtinã inquit Moses, talem habeant mentem: Quis dabit esse cor eorum. Vel Quis der talem eos habere mentem. Et: Quis der. Quis ostendat, Hebræis oprandi formulæ sunt, quæ & interrogandi. Vnde ימי יתירה ימי, id est, quis der, quis ostendat, hoc est, exhibeat, idem illis est, atque vtinam detur, ò si contingat, vtinam videre liceat. Psal. 4. & 14. Quis der è Zion salutem Israël, idè est quod vtinam. Et Num. 12. Quis det omnem populum Domini esse Prophetas: quod idem valet atque vtinam sint omnes propheta. Simili affectu dicit Hier. nono ca. Quis dabit capiti meo aquam, id est, vtinam. Et David: Quis dabit mihi pennas, & volabo.

QVIA.

1 Quia expositiua nonnunquam est, Hier. secundo. Quia transite ad insulas Cithim. Sic Græci οτι vt Dominus Cencurioni dicit οτι ο παλις ος οτι quia filius tuus viuit, quam dictionem Latini commode omitunt, & dicunt, dicit ei Dominus, filius tuus viuit.

QUADRIGAE.

1 Equi & Quadrigæ, in scriptura sacra humanam potentiam siue auxilium humanum significant, à quo auocat passim nos spiritus sancti lectio, ne in principibus fortibus, & filijs hominum spem seu fiduciam nostram ponamus: ut cernere est in Zacha. 6. Hierem. 17. & 38. Osee vltimo, Michea. 3. Ac in innumeris locis.

RESURRECTIO קומי.



RESURRECTIO mortuorum Hebræis non solum vltimam illam corporum resuscitationem, sed etiam vitam ac subsistentiam animæ immortalem, post hanc vitam significat, etiam antequam corpus reuiuifcat. Hoc vero iam scripturis confirmabimus. 1 Saducæi negabant resurrectionem, hoc est, putabant animas post egressionem à corporibus dormire (nam non videtur verisimile tam crassam sectam fuisse inter Iudæos, quæ aut immortalitatem animæ negaret, aut animas corporibus dormire vel interire assereret) quo in loco ut ex response Christi, qui Saducæis animas Abrahæ, Isaac & Iacob viuere probat, colligitur, Resurrectio pro eo statu vitæ capitur quo anima post mortem corporis viuit. 3 Item Ioannis sexto. Resuscitabo eum in nouissimo die, inquit Christus, ubi per, nouissimum diem non illum vltimam

DIVINAE SCRIPTURAE

mum intelligit , sed diem mortis cuiusque , vt fit sensus , resuscitabo eum , id est , in vita seruabo eum , dum moritur , Ioan. quinto , Christus dicit : Amen , amen dico vobis , quod qui verbum meum audit , & credit ei qui misit me , habet vitam æternam , & in iudiciũ non veniet , sed transiit à morte in vitam . Hoc est , dum corporaliter moritur in nullam mortem aut perditionem vadit , sed in vitam immortalem . Et hæc est consolatio morientibus in Christo . 4 Proinde Christus se , Ioan. 11. Resurrectionem & vitam esse dicit , hoc est , eum per quem omnes in vita seruentur . Nam & illic resurrectio pro vita accipitur , vt: *κατὰ ἐσχάτων* , id est , expositiue ponatur . Et Hebr. 11. Apostolus dicit , Sanctos aspersionem esse redemptionem , vt meliorem inuenirent resurrectionem , id est , hanc vitam facile contempserunt , vt meliorem vitam sortirentur . Hic Paulus accipit resurrectionem , pro vita semper consistente , Sicut & Christus Ioannis quinto capite . Resurgent (inquit) in resurrectionem vitæ , id est , vt semper viuant . 5 In Epistola priori ad Thessalonicenses , capite quarto . Quum Paulus ab immodico luctu pro mortuis Thessalonicenses deterret , non de vltima illa mortuorum resurrectione duntaxat agitur , sed vt ostendat animas post mortem viuere . Quasi dicat . Si anima simul cum corpore interiret , non immerito doletis , iam quum spe certa scimus eos qui hinc exeunt , per mortem non solum omnibus molestijs exui , sed etiam vitam perennem adipisci , stultum est plane & ethnicum sic lugere mortuos , quasi perissent . Et hoc iam probat resurrectione , id est , vita Christi . Nam sicut (ille , 1. Corinthio . inquit) post mortem resurrexit & viuit , ita & fideles anime post mortem corporis viuunt . 6 Petrus in sua prima Epistola , quarto capite . In hoc mortuis Euangelionis prædicatum esse ait , qui sic quidem iudicabuntur secundum homines carne , viuunt autem iuxta Deum spiritu , hoc est Euangelij prædicatio & fructus etiã ad mortuos peruenit , id est , ad illas animas quæ fuerunt in sinu Abraham , nempe eorum qui in fide venturi Christi exarserant , qui quidem iuxta iudicium carnis , sed iuxta communem omnium hominum cursum iudicabuntur , cum caro resurget in vltimo iudicio , quum tamen interim iuxta spiritum viuant . 7 Et alibi Propheta Esaias . 27. cap. dicit . Neque sunt in resurrectione mortuorum . Hic plane videmus resurrectionem pro felici iucundoque beatorum contubernio , in quo post hanc vitam degunt accipi . 8 Breuiter , Resurrectio mortuorum capitur semel pro vita ea , quæ protinus mortalem istam sequitur . 9 Iterum pro carnis resurrectione quæ futura est vltimo die . 10 Item , carnis ipsa resurrectio nonnunquam pro vltimo & vniuersali , omnium hominum ponitur , quomodo dicitur : Videbit omnis caro salutare Dei : quum caro quocunque veritas non recipiat salutarem CHRISTVM in hac vita : sed caro pro hominibus accipitur . Nonnunquam autem pro ipsa

carnis

PHRASES.

carnis humanæ reuincatione . Sic iudicium aliquando pro vltimo est vniuersali accipitur : aliquando vero pro quotidiano , quod et iuge est : quomodo Christus dixit : Nunc iudicium est mundi , iudicium pro quotidiana Dei vltione .

RIVVS

1 Primum celestis gratiæ irrigatio est , petra profudit mihi riuos olei , id est , Christus dona spiritus sancti . Riuos eius inebria . Nam riuus etiam Apostoli & fideles intelliguntur . 2 Item riuus , sanctorum prædicatio est : Erunt super omnem montem excelsum riuus currentium aquarum . Sed hæc vt mystica sunt , ita firmiori iudicio ac examine indigent .

RES PER SIGNA

1 Denominari , vsu sacrarum literarum frequens est . Sic & Paulo mos fuit , vt Iudeam gentem circumcisionem vocet , eò quod circumcisi essent , hocque discrimine à reliquis populis secreti dignosceretur . gentes præputium . Morem hunc , per signa res denominandi & alia linguæ habent . Sicut de mulieribus dicimus . Pepla ac plicatura pilorum multa concitant infortunia , significantes per ea quæ peculiaria sunt mulieribus . Fasius in litera C .

RELIGIO .

1 Gene. 31. Et nisi metus Isaac fuisset mihi , id est , *θεοσεβεία* , religio patris mei . Sic enim Latini quoque religione pro metu vtuntur . Religio est hæc facere . Sensus ergo prædictorum est : Si non coluissem hunc Deum , quem pater meus Isaac coluit . Et alibi fasius diximus .

ROS .

1 Per Rorem aliquando quæcunque superius in terram operantur , intelligunt Hebræi , vt solem & lunam , pluuiam , coeli temperiem . Vt per pinguedinem terræ , quæcunque de subtrus terra proueniunt , Gene. 27. In pinguedine terræ , et in rore cœli desuper erit benedictio tua . 2 Porrò Ros Hermon &c. Gratia fraternæ charitatis & vnitatis comparatur rori fertilissimo . Est autem mons Hermon trans Iordanem , Iosua. 12. à quo loca quoque vicina Hermonym dicuntur . Et vltra Iordanem loca esse pascuis vberissima , videre licet vel Num. trigesimo secundo . Ros ergo qui illic cadit , dicitur optimus . Hinc est quod gratia hæc fraterna rori confertur , quia ros ille Spiritus sancti è cœlis demissus , omnia foecundat . Deus enim charitas est , sic de rore cœli loquitur Esaias . 3 Vnde Ros etiam mysticòs , verbum domini , & Euangelizantium est doctrina . Stille roris prædicatores ipsi synceriores , nimirum qui aruis pectoris nostri gratiæ supernæ benignitatem infundere student , sed non nisi vt vasa & ministri spiritus . 4 Ros denique nonnunquam etiam Christum designare solet , sententia quorundam , Esaiæ quadragesimo quinto , Osee decimo quarto . Sed hæc quia allegorica sunt , acriori iudicio opus habent ne sensus simplicitate amissa , in nostris excogitatis temere vagemur ,

**DIVINAE SCRIPTURAE
RETRIBVERE**

1 Est (secundum Basilium Magnum) mos scripturæ, Retributionis nomen, non solum in præmium aliquid boni & mali accipere, sed in actionum principio, vt: Retribue seruo tuo, pro tribue. Dare namque initium beneficiendi est, Reddere verò, mensuram ijs, quæ sunt tributa, & qualem circumscribere. Retributio autem, alterum ferè dandi principium, ac bonorum seu malorum in quosdam, cumulus quidam ac periodus Exemplum vide P'salm. 7. quem & Basilius enarravit.

2 קָדַם Retribuere porro non solum significat rependere, siue benefacere, sed etiam dare, quum nullus prior dederit, id quod in P'salmis sæpe deprehenditur, vt P'salm. 116. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi: dicere debuit, dedit: Deus enim nõ retribuit, sed tribuit. Nam quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Roma. 11. Quid verò habes quod nõ accepisti? quum Deus omnium bonorum, in cælo & in terra, fons & origo sit, imò solus bonus, sacris literis passim attestantibus.

RESPECTVS DOMINI.

1 Ferè semper in bonam partem accipitur, quando Dominus dicitur respicere oculis, vt P'salm. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt, & oculi Domini super iustos. 1. Esdræ: Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum. Sic Zach. 4. capite: Oculi Domini peruegantur &c. Quo hemistichio docetur, Dominum suis oculis lustrare omnem terram, & propitium etiam fieri gentibus. 2 Hinc est, quod Respicere sæpius idem est, quod misereri, & auxilio esse. Sic P'salm. 34. Respice in me, & miserere mei. 3 Ita etiam reditus Domini, eius est adiutorium, quemadmodum & recessus ipsius, quando auxilium suum homini subtrahit, Hoseæ. 11. 4 Respectus Dei, est prouidentia dignum facere, manum porrigere, suscipere, in omnibus gratias suas largitate præbere. Hæc Chryostomus ad populum, Hom. 11. vigesima quarta.

RACHA.

1 Racha, videtur Erasmo Roterodamo magis esse vox indignantis, velut interiectio. Alioqui quid intererit inter Racha & Fatuum? Consentaneum est enim Christum Matth. 5. gradus quosdam ostendere, quorum primus sit israeli, secundus sono aliquo incerto motum significare. Tertius in manifestum conuictum prorumpere. Atque ita tenet Augustinus, Commentariorum, quos in hunc edidit locum, lib primo, addens, se id à Iudæo quopiam accepisse, Racha, Hebræis interiectionis instar esse, eaque voce nihil certi, sed tantum animi indignationem significari. 2 D. Chryostomus ait, Syriaca lingua Racha perinde esse atque, es tu, vti irati, subinde quæ commotus animus conuicta suggerit, premere solent, ita tamen vt sono aliquo indignantis animi, paratos se ad conuictandum prodant. Consulè Chryost. latius

PHRASES.

in Matth. 5. Homil. 11. Plura de hac vocula apud Hieronymum, Chryost. Theophyla. & reliquos doctores Ecclesiasticos quorum omnium scripta sanè expendenda, & cum iudicio legenda sunt.

RESIPISCERE.

1 Græcæ vocis elegantiam adnotauit Tertullianus, libro aduersus Marcionem secundo. Nam in Græco, inquit, sono poenitentia nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. Vnde iudicio Erasmi Roterodami, Matthæi 3. capite verti poterat, Resipiscite, siue ad mentem redite. Si quidem resipiscit, cui vita superior displicet. 2 Cæterum poenitentiam agere, pro adfici ducique poenitudine, vt nõ vult Erasmus barbarum & solocum pronuntiare, ita dicit se non meminisse quod apud probatos autores legerit, quod quale sit, ipse tu diiudicabis, qui polioris literaturæ studiosus est.

3 Poenitentia ~~non est resipiscencia,~~ *non est resipiscencia, sed poenitentia, id est, conuersio ad deum, & ab omni peccato abstinencia.*

RESPONDERE.

1 Modus familiaris est Hebræis, vt respondere dicant, aut respondentè faciant, etiam si nullus sermo præcedat, vel etiam si nemo quærat, vbi vel exclametur, vel alacritas in sermone est. Sic Iob capite tertio. Postea aperuit Iob os suum, & maledixit diem suum: Et respondit & dixit: Quomodo respondit silentibus alijs, & nullum adhuc verbum eloquutus: Hunc morem & Euangelistæ obseruauerunt quoque, nam responseionem vocant, quemlibet ad alios factum sermonem, etiam si nullus ab illis præcessit ad quem referatur, Sic Luc. 14. quum Dominus viso hydropico, I. legis peritos et Phariseos rogaret, num li-
solent
aut nisi
tiæ de capi
ammissam
est sermo
illius
corrigendi
pellata nau
gatio, ac sa
gnatio id.
ma peccaty
quæ dicitur
ultra id a
perre uale
2. cor. 7. i-
ban, quum tamen
re uerba
re uerba

2 Breuiter, Euangelistæ non raro vtuntur, vt & nemine interrogante, vel sermone alio præcedente, respondere & dicere ponant. 3 Itæ respondere pro rependere nonnunquam usurpatur, vt frequenter & eleganter Latini solent, Gene. 30. Respondebit mihi iustitia mea. Sic Latini dicunt: Tellus non respondet labori, Verū aliud est responsum mortis in Paulo, vt alibi dixit. 4 Item respondere pro testari capitur, Deutr. 19. Vt respondeat. 5 Item respondere, est quum

Y 4 percipis

DIVINAE SCRIPTURAE

percipis iram Dei imminui, poenamque mitiorem fieri. Vel est adesse & exaudire, Esa. 58. Tunc clamabis, & Dominus respondebit. Nam respondet Deus oranti, dum adest, Et Ionæ. 2. Clamaui in tribulatione mea ad Dominum, & respondit mihi. Non potest ipse non respondere, modo tu possis non clamare. 5 Clamare autem ad Deum, est totis animi desiderij precari. Clamor enim meditationem, et desideria adfectorum cordium clamantium ad Deum significat. Psalm. 5. Intellige clamorem meum, De quo verbo in litera C, latius disputatum est.

RELIQUIAE.

1 Reliquia, potissimum electi sunt, et sic ideo vocantur, quod sibi eos reseruet & relinquat Deus ne pereant. Et quantum libet in eos deserviant mundus, caro, & infernus, non possunt eos rapere de manu Domini, Ioann. 10. Nam in sanctorum benedicta forma illos relinquere compelluntur. Etiam ideo sic dicit, quod saluandorum numerus paucus est, iuxta illud Esa. 30. Relinquemini quasi malus navis, in vertice montis, & quasi signum super collem, Christus quoque adfirmat plures esse vocatos, paucos vero electos, Matth. 7. 20. 22. Luc. 13. Si pauci sunt qui saluantur. Harum reliquiarum mentionem faciunt Prophetæ, vt Esa. 11. Hoseæ. 1. 2 Sunt porro reliquiae veritatis in sanctis, & reliquiae Cananæorum in terra sancta, nimirum circumstantia peccatum, & assidua impiorum persecutio.

RECORDARI.

1 Recordari verbum, pro mentionem facere postum reperimus, vt Gen. 40. quod Latinus reddidit: Recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis. Recordari hic pro mentionem facere vsurpatur. Recordatus est rex captiuorum, hoc est, considerationem censuum, & mentionem de ipsis in seruis habuit: instabat enim conuiuium, opus erat, vt officijs singulis singulos præficeret.

RECORDATUR DEVS.

1 Quod si tum Deus nostri obliuisci dicitur, quæ à nobis suum auxilium subtrahit, tum quoque nostri recordari dicitur, quum superbias fert & nobis auxiliatur, vt Psalmo septuagesimo tertio: Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, hoc est, illi auxiliare. 2 Peccatorum autem nostrorum quasi obliuiscitur, dum illa dimittit, ac nos pro illis minime punit, Psalmo 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, id est, illas nobis dimitte, & pro illis nos minime punit, vt mereremur, propter quod subiunxit: Cito anticipent nos misericordiae tuæ quia pauperes facti sumus nimis. 3 Tum vero illorum dicitur recordari, cum ea non remittit, proque illis sua flagella immittit, Psalmo vigesimo septimo. Memor est improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente fiunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt,

PHRASES.

ruunt, ascendit semper. Ne remittas malignitates hostium tuorum, sed pro eisdem illos flagellis caede. Sic & accipitur illud Psalmo 126. Memor esto Domine filiorum Edom, in die Hierusalem, Qui dicunt, exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea.

4 Dicitur etiam recordari Deus, qui nunquam obliuiscitur, quando facit nos credentes recordari, vt Genesis nono capite: Arcum meum ponam in nubibus, &c. Cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor foederis mei vobiscum, &c.

RENES.

1 Solet scriptura reconditores siue interiores adfectus, consilia hominum symbolice per renes subinde significare: nam nomine cordis & renum intimas cogitationes, affectus cupiditatisque veniunt. Vnde cum Dominum prædicat omnia nostra secreta nosse, scientiam ei tribuit, cordis & renum. Huius verò aliam causam comminisci nequeo, quam cum gignendi affectus in renibus sedē habeat, & is sit omnium potentissimus, quod ita, tanquam omnium affectuum sedes & origo ipsis affectibus per Meronymiam vsurpetur. Dicitur & Phycici, Renes duos lumbis adherere, & hos esse libidinis organa, Sicut cor pauoris & fiducia, Splen risus & lætitiæ, & iecur seu epar amoris & odij. Vnde Ren à *ῥένω* Græco verbo volunt dici, quod fluo significat, quod renibus obsecus libidinis humor fluat. Ita & lumbi, in quibus regnant renes, sustinent libidinis infamiam per scripturas, vt Lucæ 12.

2 Regius Propheta maxime in loco, hoc vocabulo vitur, vt cernere licet in Psalmis suis, Sic namque canit Psalmo: Vre renes meos & cor meum, id est, carnis adfectus siue delectationes atque defluxas vanasque cogitationes &c. 3 Nonnunquam pro constantia mentis, vnde Propheta: Renes mei resoluti sunt. 4 Aliquando interiora cordis, vt dictum est. Ego Dominus scrutans renes & corda.

5 Frequenter in scripturis memorantur in Leuitico, capite tertio, de hostibus pacificis erudiens sacerdotes, ferè totum de renibus seu reticulis & renunculis vitalium & adipe & pinguedine intestinorum sacrificium absoluit. Hi renes, hoc est, hæ voluptates, delectationes Deo offerendæ sunt per mortificationem crucis. Sic & reticulum iecoris, & omnis adeps, quod omnis lætitiæ, omnis amor cum voluptatibus offerenda sunt Deo patri, nec in vilo latandum delectandumque, nisi in Deo, qui & solus amandus est: sicut & in allegato capite Leuitici: Omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Quod Paulus Mofi velamen tollens, Sic dicit, 1. Theffalonicen. ultimo capite. Gaudete in Domino, &c. Sic & David eodem spiritu Mosen intelligens, adipem ostendit significare lætitiæ, Psalmo sexagesimo secundo.

6 Igitur iecur, renes, adipem, pinguedinem, reticulum offert Deo, qui amore, libidine, delectatione, voluptate, lætitiæ, terrenis & corporalibus mortificatis Deum amat, Deo fruitur, in Deo delectatur, &

latatur & ijs quæ Dei sunt.

RECTVM.

1 Verbum Domini est in se quidem rectum, quod mentiri nequens id quod recipit, re ipsa si ipsi obsequamur, præstat. Nobis item est rectum, quia nos iustos & rectos facit, quotquot illi ex corde credentes pareamus. Dicitur enim Deus iustus & iustificans: ita verbū eius quod est ipsemet, est rectum & rectificans, 1. Ioan. 1. In summa non est alia rectitudo nec iustitia coram Deo, nisi obedientia sui verbi ex fide viua præstita. David Psalm. 23. Rectum est verbum Domini, & permanens in sæculum sæculi, i. facit nos rectos & permanentes in sæculum sæculi: Vnde recti corde sunt seruientes Deo, quiq; Deo cultum & amorem debitum præstant, non curui, nec obliqui incertis opinionibus, nunc huc, iam vero illuc vacillantes. Psalm. 7. Qui saluos fecit rectos corde, id est, seruientes Deo bono corde, Christi; iustitiam habentes, quæ est vera rectitudo. Siquidem docet, quo pacto sit Deus super omnia diligendus: & cum Deo, & propter Deum proximus amandus. His qui recto sunt corde, admiratus David Psalm. septuagesimo secundo dixit: Quam bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde, id est, his qui rectitudinem pietatis et charitatis habent. Amantes Deum super omnia, & proximum sicut seipsum, illi sunt recti corde.

2 Similiter Rectum scriptura vocat, qui simplici animo stat promissis, & præceptis Dei viuunt: ita curuum & peruersum vocat, qui fidem Deo datam violat, vel qui à iussis eius declinat.

RAPINA

1 Atque Temeritas fortem significationem habent apud Abacuc 1. capi. Primum, non simplicem rapinam indicat, sed velut perditionem ac depopulationem, sicut domus aliqua vel ciuitas destruitur & desolat. Nam quum Abacuc dicere volebat quomodo alius alium perderet & ad inopiam redigeret, ædibus, agris, adeoque cunctis bonis priuarentur, non secus ac si perditis desolatiq; essent, vt & in ciuitatibus, tum prouincijs fieri solet. Vbi nulla siue æquitas, siue ordinatio locum habent, diuites & tyranni pro sua libidine quiduis perpetrant. Vnde & altera dictio temeritas vocatur, hoc est, iniuria, ceu ij quibus nulla sit cordi iustitia.

DE ARA RAPERE.

1 Volunt autem Hebræi hac loquutione significare, non debere tutum esse homicidam vel in sanctissimo loco, qualis est ara. Hic mos ad aras confugiendi etiam apud Gentiles fuit, de quo in libris Regum & alibi plura.

2 Asyla siue refugia à Deo, vt Exodi vigesimo primo capite patet, hac ratione constituta sunt, vt illic confugeret qui præter propositum homicidium perpetrasset, intusq; illic esset, donec res coram iudicibus discuteretur: quod si retribus conuinceretur, hæc aut voluntate aut ex insidijs perpetrasset, etiam ab ara iubetur ad suppli-

supplicium rapi. Sic videmus apud Hebræos refugia fuisse in defensionem innocentum, donec iudex in causa cognosceret.

REQUIESCERE.

1 Hebræis nonnunquam significat habitare, sed pacifice & quiete, sicut in ciuitate vel castro, Psalm. 34. Et quis requiescet in monte sancto eius? Significat nullum alium habiturum quietem æternam, nisi qui immaculati & iusti fuerint.

2 Acquiescere, est obedire & audire vocem Domini, & credere. Nam acquiescere veritati, est fidere: contentiosi, qui veritati aduersantur, qui carnis opinionem sequuntur, non acquiescunt veritati. Et Paulus ad Romanos: Tu qui acquiescis legi.

3 Item Requiescere & dormire, his verbis significatur mors naturalis & sepultura, Psalm. quarto se cum fratribus suis simul dormiturum pronunciat. Quomodo in libro Regum frequenter dicitur, vt alibi quæque dictum est.

4 Requiescere septimo die, loquutio est Hebraica, Genesis 2. Requieuit Dominus septimo die, id est, eodem die opus absoluit.

REQUIRERE.

1 Requiere Deum, est in omnibus nihil suorum querere, omnia in gloriam Dei & commodum proximi tam facere quam pati, id est abnegare seipsum cum omnibus suis seruum aliorum fieri: summa, scilicet in Deum & hominis pietas. Contra quam nemo acrius pugnat, quam viri sanguinum & dolosi, qui Deum querere sibi videntur, & seipsum querunt.

2 Breuiter, Requiere Deum, est non obliuisci Dei & timere Deum, vulgari Tropo scripturæ. Non requirere, est contemptus.

REGNUM COELORVM

1 Quatuor quidem modis nonnunquam in scripturis sacris vsurpatur. Primo, præsertim pro gaudio quo fruuntur animæ credentium, ex hac vita emigrantes, & ad Deum per charitatem peruenientes, quæque etiam eius conspectu exhilaratur. De his lege Lucæ 13. capi. Matthæi 5. & 25. capite.

2 Secundo accipitur pro tota congregatione & Republica credentium adhuc in vita versantium, quam quidem visibilem in terra Deus inuisibiliter regit & inhabitat. De hoc regno Matthæi vigesimo quinto capite. vbi Christus ait: Simile est regnum cælorum decem virginibus, quarum quinque fatuæ, & quinque prudentes, hoc est, nonnulli fideles in eorum operibus sinceri sunt, alij infideles. De his Iulius Lucæ decimo septimo capite.

3 Tertio, pro ipso sacro Euangelio, & vsitatus pro verbo Dei capitur. Nam sceptrum est, quo Deus per corda credentium regnat atque habitat. Ita enim ait Christus Matthæi 5. capite. Quisquis igitur soluerit vnum ex mandatis hisce minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, i. qui verbū Dei alioqui sincere et pure docuerit, non tamen secundū verbum vixerit, vel iuxta doctrinæ confor-

DIVINAE SCRIPTURAE

conformem se reddiderit, ille pro minimo inter verbi diuini praedicatorum reputabitur. Ita & Luca octauo capit. Sic regnum caelorum dicuntur scripturae, attestante Chrysoftomo in opere imperfecto, capite vigesimo tertio. Item pro aduentu Christi accipitur.

4. Quarto sumitur pro bono potiori nostrae religionis catholicae. De hoc lege Epistolam ad Romanos 14. & 1. ad Corinthios 4.

5. Regnum Dei varie accipitur, retributio dicitur, quam accipiunt iusti pro mercede iustitiae, aut peccatores pro culpa peccati. March. 6. Adueniat regnum &c. 6. Regnum Dei dicuntur & sancti, sicut

scriptum est: Et colligant zizania de regno eius, hoc est, de populo Christiano. 7. Regnum Dei dicitur & iustitia, sicut dicitur: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Haec Chrysoftomus. 8. Item, de regno caelorum vide Cyprianum martyrem, in explanatione illa orationis Dominicae, admodum egregia.

RES PRO PERSONA.

1. Virginitas est apud Hebraeos, quod res pro persona atque rursus personam pro re accipiunt, virtute Enalleges. Vt quum Christus inquit: Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Iustitiam pro rectè factis, pro charitatis operibus accipit. Sic & Esaiæ 38. fouea pro inferis, & mors pro mortuis accipiuntur. Impius pro impietate, Halitus per allegoriam pro veritate, Esaiæ undecimo capite. Et destruet impium halitus vel spiritu oris sui. Sic Paulus 1. ad Thessa. 2.

REGERE.

1. Regere, est praeesse & gubernare subditos, vt patet Actorum 20. capite, de Ephesinis presbyteris, & Matthaei 2. quoque non simpliciter regere, sed pascere & regere, quomodo pastor gregem suum regit.

2. Regnare in aeternum & ultra, Exodi 15. Loquitio est Hebraica, Species est Hyperbolae. 3. Item regnet & viuat, sunt verba precantum in augurato regi. 4. Sic, Regnet Dominus. Idem valet illa loquitio, quod viuat Dominus, Esaiæ 25. Regnet & viuat Deus tuus. Viuit, dicunt Hebraei, pro salus erit.

REGES.

1. Quemuis principem ac summum, Hebraei regem nuncupant, quod identidem Graecis ac Latinis aliquando in usu fuisse perhibetur. Genesis decimo quarto capi. Et rex Amorrhoeorum, rex Seon egressi, &c. Hi quinque, sententia quorundam doctorum, non fuerunt reges, sed domini ac magistratus. 2. Caeterum, regum ipsorum nomina apud veteres talia fuerunt, vt ipso nomine quid officium eorum esset, indicaretur. Sic Consul Romanus erat, qui consuleret toti Reipublicae & ciuibus vniuersis. Sic Pharaon vindex malorum iudex dictus, cuius intererat punire fontes. Nam פֶּרֶשׁ וְיָצִיחַ vltionem Hebraeis significare dicitur, Genesis 41. Ego sum Pharaon. Sic ex Genesis capite 47. in-

telli-

PHRASES.

174

telligimus Pharaonis nomen generale esse omnium regum Aegypti, quum dicit: Et posuit hoc Ioseph in statutum vsque in hodiernum diem super tellurem Aegypti, vt det quintam partem prouentuum Pharaoni. Pharaon autem, vt iam dictum est, à vindicando nomen habet. Rex enim iudex esse debet, & vindex malorum. Rex primus Israelitarum subegit regem Amalekitarum, vt primo Regum patet. Et secundum Moisen Gerundensem, quilibet rex Amalekitarum fuit vocatus Agag, transijque primi regis nomen in omnes posteros, solum regni occupantes, sicut à Caesare primo omnes Romanorum, reges Caesares appellantur. Rex eius super Agag, & sublimabitur regnum eius. 3. Item per regem Hebraei intelligunt Sophoniae capite primo idolum, vt quum quis nollet acceptare iuramentum per nomen Dei veri factum, parati erant increduli homines iurare per idolum, quod in terra illa colebant. 4. Regum filiae. In Psal. 44. scriptum est, regem hunc caelestem & sponsam Ecclesiae suae, animi causa quasdam admisisse puellas, in domibus eburneis educatas, quas ille habuerit in delitijs. Caeterum non commendantur forma moribus, atate aut alijs illecebris, quae potuerint regis animum in amorem pertrahere, sed solo genere quia videlicet virgines sint non admodum vulgares, sed regum filiae. Vt intelligamus Christo Domino vehementer probari animas regias, quae carnis dominari scient affectibus. Myrrha (inquit) gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus oblectauerunt te filiae regum in honore tuo.

5. Sic Abimelech erat apud Iudaeos nomen generale regum illic alienigenarum. Nam et sub Abraham erat Abimelech, et sub Isaac & sub Dauide, dignissimum scilicet nomen illorum qui bene praesunt. Nam Abimelech interpretari dicitur, Pater meus rex. Sed ferè fit, vt res non adsit, vbi egregia sunt nomina & tituli insigniores. Et reges Palaestinae vocati sunt praecipue Abimelech. Sic apud Romanos Augusti, Caesares regum sunt appellationes generales. Apud Persas Artaxerxes generale nomen Persarum regum. Sic reges Chaldaeorum atque Medorum Nabuchodonosor appellati.

RACEMARE.

1. Scriptura saepe vitur hoc verbo racemandi, praecipue in Propheticeis literis, & idem est quod despoliare & expilare, Esaiæ 3. Populum meum exactores eius racemant, id est, ita expilant, vt vix obulus superstit, sicut quis post vindemiam etiam racemos auferret. Sic & Michae 7. Heu mihi quia factus sum sicut colligens ficus, sicut racemos vindemiae, &c. Racemationem comparat praedicationi vbi exprime dae sunt viae, & exhilaranda pectora verbo Domini, & erudienda.

REPTILIA.

1. Reptilia, Hebraeis à pauore dicuntur symbola impiorum, qui terrore iudicii diuini perpetuo timent, perpetuo fugiunt, nunquam au-

fugiant

DIVINAE SCRIPTURAE

fugit ut de nouissimis temporibus Christus dicit: In diebus illis quaerent homines mortem, & non inuenient, dicent montibus: cadite super nos, &c. Hanc perpetuam fugam, perpetuum tremorem cordis Micheas ultimo capite exprimit, quom dicit: Reptilia terrae turbabuntur de aedibus suis, &c.

RELATIVA POST

duo aut etiam plura subiecta ponunt Hebraei.

1 Hebraeorum mos, ut adfixa sua, id est, Relatiua *Συμμεταίως*, hoc est, coniugatiue post duo aut etiam plura subiecta ponant, quibus tamen singularim seruiūt, Esa. 1. Et erit fortitudo vestra ut fauilla stipulae, & opus vestrum quasi scintilla, succedetur utrunque simul, & non erit qui exinguat. 2 Item hoc frequens quoque est Iudaeis, Relatiua ad sequentia referre, ut Gene. 1. habetur: Producat terra animam uiuentem in suo genere, iumenta, reptilia & bestias terrae. ubi pro bestiis terrae Hebraeus legit *אֲנִימַת הָאָרֶץ*, animans terrae, ubi 7 relatiuum ad aere respicit. Sic & Gene. 15. Credit Abraham Deo, & haec reputata est ei ad iustitiam, Relatiuum enim Mappick in fine verbi, non ad superiora refertur, sed ad sequentem dictionem *מִן הַיְיָ*. Sensus est: Iustitia haec, scilicet fides & credulitas ei reputata est.

RELATIVA.

1 Et notas similitudinis Hebraei frequenter obmittunt, *כִּי* & *כְּ*, hoc est, Sicut, quemadmodum & qui Esaia 1. Oculi sublimes hominis &c. Rectius diceret quispiam: Qui supercilium, Hebraeus omittit, Qui. 2 Item frequens est apud eos, ut adfixis hoc est, Relatiuis notis similitudinis & distributionis nota Sylleplice utantur, hoc est, ut eas notas ad vnum tantummodo membrum apponant, vnde tamen alteri quoque eadem virtute seruiant. Esaia quarto capite. Et super omnem ceterum eius, nubem & fumum &c.

REFERRE.

1 Referendi verbo Latini pro exponendi utuntur, ut primo quoque tempore ad Senatum referret, id est, Senatui exponeret, Consuli à plebe mandatam est. Esaiae trigesimo septimo capite: Haec Ezechiae referret, id est, exponeret.

REGULAM TENERE.

1 Sic ait Esaia 34. capite: Et extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendicularum in desolationem. Habemus in Ezechiele & alio quodam ex minoribus Prophetis, visum esse virum qui regulam teneret ad capiendum templo aut urbi aream. Hic verò in eam tendi perhibet regulam exterminij, hoc est, Dominum constituisse eam excidere. 2 Similis loquutio habetur secundo Regum capite octauo: Mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidentum, & alterum ad iuificandum.

R E.

PHRASES.

REMINISCI.

1 Reminisci Dominum, apud Esaia 41. capite, significat orare, sic enim ait. Reminiscetes Dominum, ne sit silentium, id est, Orate sine intermissione, ut Paulus dicit.

RVINA.

1 Ruinae verbum, ad exitium significandum videtur conuenire, & morrem. Sic Psalmo 105. quom caedes post vitulum à Iudaeis confectum sequitas describeret: Irritauerunt (inquit) Deum in adinuentio-nibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et Psalmo. 109. Iudicabit in nationibus (ait) implebit ruinas, id est, omnia caedibus implebit, quom ceperit impios.

ROTA.

1 Rotis ea vis est, ut ex arduo decliua petentes, nisi aurigae prospiciant, & seipias perdant & sarcinas. Ita quod ad hunc locum attinet, impij ad perniciem sibi alijsque afferendam semper apparent esse propensi. Vnde Propheta in Psalmo septuagesimo secundo capite. Deus meus pone illos ut rotam, sicut stipulam ante faciem venti, id est, cura ut vertiginè circumagantur in suis consilijs, quae miseros precipitet in barathrum interitus.

ROBUR.

1 *רֹבֵד*, id est, Robur non semper pro ipso significato accipitur, sed etiam pro diuitijs interdum capitur, ut Hieremia 19. capite. Omne robur meum. Sic Latini neruum belli pecuniam nominant. 2 Denique Robur pro primogenito scriptura usurpat, ut Gene. 49. Ruben robur meum.

REDUCERE.

1 Reducere in terram, est reducere in verum Dei cultum, id est, spiritualiter contigit, si mente per Christum patrem adoramus.

SPIRITVS.



SPIRITVS & Ventus in Hebraeo non discernuntur, sed promiscue *רוּחַ* hoc vocabulo utitur scriptura pro vento, spiritu, flatu siue halitu, Esaie 30. capite. Spiritus vel flatu pluuii inundanti, &c. Nam aduersum irati Dei ad iudicandum describit, &c. Et Zachariae 6. 10. cernere licet. Et Genesis primo capite. Spiritus ferebatur super aquas. Et Propheta. Spiritu violento contederet eos. Et Ioan. 3. Spiritus ubi vult spirat. Psalmo. 103. Emittes spiritum & creabuntur, &c. Nam Hebraei vno hoc vocabulo *רוּחַ* ventum & spiritum exprimunt. Qua de causa ubi in scriptura ponitur *רוּחַ*, ventum & spiritum possumus intelligere, & econtra. Veluti angeli coram Domino stantes, eiq; ministrantes, venti siue spiritus appellantur, ut Psal.

Pſalmo centefimo tertio cap. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem. Et Hebr. i. capite : Miniſtros tuos flammam vrentem. 2 Item, Spiritus vel ventus pro indignatione ſumitur, Iob octavo capite. 3 Item, Spiritus mentem ſive animam hominis interdum ſignificat, 2. ad Corinthios ſeptimo capite. 4. Item, pro re nihili & vana, vt Eſaie 26. Concepimus & peperimus ſpiritum. 5 Nonnunquam pro dæmonibus accipere ſolet ſcriptura, vt Ephesoꝝ 2. Iuxta principem cui poteſtas eſt aëris, qui eſt ſpiritus agens in filijs, contumacibus. Et, Inuaſit Saul ſpiritus nequam. Et in Euangelio: Dum immundus ſpiritus exierit ab homine, &c. adſumit ſeptem ſpiritus nequiores. 6 Aliquando animam hominis : Poſtſtatem habeo ponendi ſpiritum vel animam. Et ſpiritus reuertetur ad Deum, id eſt, anima. Spiritus hominis eſt, vt illud: Auferes ſpiritum eorum, & deficient. 7 Nonnunquam animæ iumentorum. Sic Salomon: Spiritus iumentorum deſcendat deoꝝ ſum. 8 Interdum hominis vox. Paulus ad Corinthios : Si orem lingua, ſpiritus meus orat. 9 Interdum verò increpatio cœleſtis, vnde Dauid : Ab increpatione ſpiritus iræ tuæ. 10 Aliquando ratio, quæ præſtat animæ, vt in Dauid. Spiritus & animæ iuſtorum benedicite Dominum. 11 Spiritus nomine aliquando Deus ipſe demonſtratur: Deus ſpiritus eſt. 12 Item Spiritus ſanctus : Spiritus autem ſcrutatur etiam profunda Dei. De quo iam dicemus latius. 13 Item, Spiritus Dei aliquando pro ira ſive indignatione Dei accipitur, Zachariæ ſexto capite. Et requieſcere fecerunt ſpiritum in terra Aquilonis. Et quarto capite. In ſpiritum iudicij. 14 Et 17. pro exandefcentia : Non tu es qui meditaris ſpiritu duro interimere eos? 15 Item Spiritus Dei, nō quo ipſe viuut, ſed quem ſingulis diebus effundit in corpora. Atque idcirco ſuum appellat, Genetiſ ſexto capite. 16 Et primo capite, ventus appellatus eſt ſpiritus Domini. 17 Item, donum etiam ſpirituale ſpiritus dicitur, 1. Corinthioꝝ 4. capite. Ipſe ſpiritus conſtitatur ſpiritu noſtro. Item, Orabo ſpiritu, orabo etiam mente. 18 Præſidium quoque & auxilium Dei vocari ſpiritum. Spiritus enim ante faciem noſtram Chriſtus Dominus: ſpiritus pro cura Dei. 19 Item pro ſententia Dei, vt Eſaie quadrageſimo capite. Sufflante in eam ſpiritu Dei, hoc eſt, ſerente Deo ſententiam. 20 Item, ſpiritus pro apparitione, vt ex Daniele ſecundo conſtat: Et conterritus eſt ſpiritus illius. Græcus inquit *πνεῦμα τοῦ πνεύματος αὐτοῦ*. Et exceſſit ſpiritus illius. Vbi exponit per ſpiritum *φάντασμα*, hoc eſt, apparitionē, quod tenuior viſio quaſi ventus diſſolutus ſit. 21 Summa, Omnis incorporea natura ſpiritus in ſcriptura appellatur. Vnde non patri & filio &c. ſed omni rationali creaturæ & animæ congruit. 22 Spiritus ſignificat interdum reuelationē ſuæ dogma (Metonymyce) non ipſum tan-

tum

tum Dei ſpiritum. 1. Ioan. 4. Et Paulus: Spiritus, inquit, Prophetarum prophetiſ ſubiiciuntur. Poſuit enim ſpiritum pro doctrina, ſenſu & mente enarratoris. Ea mens & iſ ſenſus Prophetiſ ſubiicitur, vt ſi cui vel melius vel appoſitius ſit reuelatum, ille protinus mentem in melius muret, 1. Ioan. 4.

SPIRITVS SANCTVS.

1 Eſt virtus Dei, omnium viuificatrix, altrix, forrix & conſummatrix: cuius ſolus adſlatu ſit, vt Deum & connoſcamus & amemus, ſimiles que tandem illi euadamus : Qui ſpiritus eſt arrabo & piguus gratiæ, & fert teſtimonium cordi noſtro, dum clamamus: Abba pater, Rom. 8. & 2. Corinth. 6. Spiritus Dei, ſpiritus Chriſti, & ſpiritus eius qui Ieſum ſuſcitauit à mortuis, idem eſt dicere, 2 Adpellatur autem nonnunquam à donis ſuis: nam ſpiritus interdum naturam ſignificat 3 Interdum verò donum & operationem eius. Quum dicitur Spiritus Domini requieſcet, ſignatur natura ſpiritus. Ita & ſpiritus Dei dicitur, ſpiritus patris, ſpiritus filij, ſpiritus vitæ, ſpiritus veritatis, ſpiritus ſanctificationis, ſegregationis, promiſſionis, conſilij, fortitudinis, id eſt, ſpiritus qui adoptat, ſanctificat, ſegregat. 4 Quid quod apud Prophetas eodem nomine exprimitur timor & pietas: vt non ſit aliud donum timoris, quā id quod poſſit ſimul pietas ac religio dici. Et quoniam Chriſtus nō ad menſurā accepit ſpiritum, ſed plenitudinem, de qua & nos. Vocat ſpiritu ſuum, dicens: Quū venerit paracletus, ſpiritus ſanctus, de meo accipiet. Vbi verò ſubditur ſpiritus ſapientiæ & intellectus, & quod ſequitur, per ſpiritum dona & operationes intelligere oportet. 5 Porro ſpiritu ſanctum Dei & optimi patris, adſlatū atque viuificam auram, ſcriptura nunc aquæ nomine, nunc ignis per Metaphoram vocat, vt diuina omnia non niſi trāſlatitiè ſignificamus. Nam quod & ſpiritus dicitur, ſanè tranſlatio eſt. Aqua verò vocatur, quia lauat, recreat, rigat, & ſteriles aliās mentes ad fruſtrificandū pietate fecundat. Sic Eſaie quadrageſimo quarto capite: Effundam ſuper ſitientem aquam, & flumina ſuper aridam, & reliqua. 6 Hunc eundem ſpiritum & Dominus noſter Ioannis. 7. capite aquas vocauit, dicens : Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et Ioannis. 4. capite. Quiſquis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. 7 Sunt autem & alia apud Prophetas & Pſalmos loca, in quibus aquæ & fluminis nomine ſpiritus ſanctus ſignificatur, vt Eſaie decimo ſecundo, Ezechie ſigefimo nono, Pſalmo. 146. atque alijs. 8 Porro, Ignis propter vim et vehementiam dicitur. Totum nanque hominem purgat, immutat, ſordes peccatorū exurit & in promouēda gloria Domini proſus ardentem reddit, accendit atque vigorem ſuppeditat, quæ inuictum facit. Id quod in Apoſtoliſ planè adparuit, qui ſpiritu donato ignita verba loquebantur & inuicta, vt vix in alijs

Z aque

æque declaratum sic illud Hierem. 23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit dominus? Hoc per igneas illas linguas, quæ accepto spiritu sancto videbantur super Apostolos, Act. 2. indicatum fuit.

9. Cæterum & spiritus nomen, quo crebrius vocatur eadem ratione, vis hæc Dei habet, quod ventus et aura quibus hoc nomen spiritus primo inditum fuit, res sint visibiles quidem et à crassitie reliquorum corporum remotiores, at miræ simul potentie et virtutis. Quod & ipsum in die illo sancto Penthecostes clare significatum fuit, dum fieret repente de caelo sonus, tanquam impetu venientis flatus vehementis, &c.

10. Item *σφραγίδα*, & ob signationem, quia eo discernuntur filij Dei à filiis diaboli, nam suos certificat, &c. 11. Vocatur denique Spiritus sanctus etiam unctio, quod sicut per unctioem olim sacerdotes et reges ad officia sua deputabantur, & toti idonei efficiebantur, ita ad viuendum & glorificandum Deum, electi per spiritum Dei instituuntur, & idonei non tam declarabuntur, quam efficiuntur. Vnde est illud Ioannis in Epistola prima cap. 2. Et non necesse habetis ut quisquam doceat vos, sed sicut ipsa unctio docet vos. 12. Oleum lætitiæ & exultationis vocatur, de quo Psalmo. 44. Vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ & exultationis, &c. Vnde Christus ex Esa. 4. Spiritus domini super me, eo quod vixerit me. Et discipuli Act. 4. IESVM quem vixistis. Unctus est autem præ conforibus suis, id est, cunctis in eum credentibus. Quia omnes ipsi spiritum ad mensuram accipiunt, & quidem de plenitudine Christi, qui non ad mensuram accepit spiritum. Nam sancti sumus, quia unctioem habemus de sancto, i. Ioã. 2.

Christus autem unctus est sanctus sanctorum, Danie. 9. Quod unguentum Aaron in adumbratione quadam descendit à capite Christo in barbam, id est, Prophetas olim, & iam nunc Apostolos, quicquæ propius ex ore eius verbum suscipiunt, viri spiritu sancto pleni, à quibus in simbriam usque vestimentis huius summi sacerdotis & regis, id est, usque ad infima membra Christi in sinu mundi fluxit, & subinde defluxit, Exodi. 30. capite. 13. Item nomine Olei in scripturis Dei misericordia sapius exprimitur, quod illius natura huius conditioni congruat. Superfertur enim oleum cæteris liquoribus atque supernat, ita misericordia omnibus superminat Dei operibus, & plus cæteris in homines elucescit. Cyrillus in Euang. Ioannis libro. 3. capite. 14. Et supra explicatum. 14. Porro Dominus cognominavit hunc *παράκλητος*, id est, paraclerum, non tam consolatorem, quam exhortatorem & impulsorem. Nam missurum se illum pollicebatur, ut Apostolos omnia doceret, & à se dicta suggereret, ut testaretur de se, denique ut mundum argueret, utrunque sanè in Apostolis.

15. Item digitus Dei dicitur, hoc est, vis & potentia Dei, ut alibi in litera D, offensum est. Illo adflatu sanctissimo eiecerunt daemonia Apostoli, id est, digito Dei, Et Exod. octauo, Digitus Dei hic est.

16. Item

16. Item, donum Dei est ipse spiritus sanctus, quem effundit Deus in corda suorum, Ioan. 20. & Roma. 8. Porro spiritus sancti opera sunt in sanctorum cordibus, fides, spes, charitas, pax, gaudium. Sic dona spiritus sancti dicuntur, ut spiritus sapientiæ, spiritus consilij, ut dictum est. Vide Chryostomum de spiritu sancto, de eius nominibus, & quomodo spiritus sit multiplex, ad Eunomium.

17. Spiritum autem suscitare apud Haggæum, est confortare & animare. Et spiritum, inquit, Zoryabel suscitavit, hoc est, suo spiritu confortavit & animavit eos, qui seigniores erant ac pusillanimes, deditque eis intrepidos animos ausendi & aggrediendi opus magna alacritate, hoc est, ut apud diuum Paulum, spiritum non timoris, sed fortitudinis ac sobrietatis dedit.

18. Primitiæ frugum ac cæterarum Domino consecrabantur, quæ respectu totius seminis parum quid erant. Ita & nos respectu gloriæ quæ nobis manet, primitias tantum spiritus CHRISTI habemus, non decimas. Quia in hac vita non cõfertur perfectio & plenitudo spiritus. Ille interim mentes nostras tantum occupat, & cõcepta est in nobis iustificatio non consummata. Habitamus etenim adhuc in carne impura, usque dum corruptibile hoc inuadit incorruptionem, & efficiamur tota noua creatura, illa videlicet die, quando appropinquare rit redemptio nostra, ob quam causam respicere & leuare capita nostra iubemur, nimirum quod à peccatis, morte, adeoque omnibus malis redimemur.

19. Spiritum quiescere super Christum, est in eo plene esse, non sicut super Apostolos & Prophetas particulatim, Esaie. vndecimo capite.

20. Spiritus veritatis dicitur, quia veraces facit. 21. Spiritum adoptionis accipere, iuxta sacram scripturam, est filium Dei fieri: quæ filiatio non est simplex aliquis & splendens titulus diuinæ filiationis, sed est quædam diuina participatio, communitio et communicatio diuinarum virtutum ipsius naturæ diuinæ: quæ contigit fidelibus, quando in Sacramento fidei renati accipiunt spiritum sanctum, qui charitatem & alias diuinas virtutes diffundit in corde humano, per quas facti sumus confortes diuinæ naturæ, & adoptamur in filios Dei, quibus etiam remittuntur peccata, 2. Petri primo capite. Ut per hæc inquit) efficiamur diuinæ naturæ confortes. Vide octauum caput Pauli ad Romanos, & 4. ad Galatas.

22. Spiritus autem seruitutis, est adfectus serui captiui erga dominum, non filij erga patrem: qui habent spiritum adoptionis, id est, adfectum filiorum. Faciunt enim serui metu pœnæ quod faciunt, qui metus odij causa est. Qui hunc spiritum seruitutis accipiunt, illi dicuntur iterum esse sub lege, quia lex data fuit cum terrore, Exodi. 19. capite.

23. Spiritus compungens siue compunctionis dicitur, qui mordeat & exasperat corda odio Euangelij, ut cordibus, auribus & oculis doleat

Z 2

audire

DIVINAE SCRIPTURAE

audire aut cognoscere Euangelium. Quo adfectu proprie Pharisei laborabant, sicut describitur in Actis cap. 7. Sic corde velut ringi, ac rumpere ac fremere facit spiritus compunctionis. Nam increduli audientes Euangelium, compunguntur, id est, ringuntur et rumpuntur corde. Credentes vero effundunt gaudio cor, & mirificam dulcedinem ex Euangelica consolatione degustatam sentiunt. 24. Spiritus peruersitatum, vertiginis, mendacii, soporis, stuporis, & huiusmodi est nimirum destitutio à spiritu, hoc est, dono consilij. Ezech. 16. Et Esaia. 28. Quoniam miscuit Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros. 3. Reg. vltimo: Dedit spiritum mendacii. Qui spiritum vertiginis habent, non spiritum Christi possident. Sic Esaia. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, et errare fecit Aegyptum, sicut errat ebrius & vomens. Sicut Roma, i. dicit Paulus: Excitatum esse insipiens cor eorum. Item Tradidit in desideria cordis eorum. Hanc poenam minatur Moses Deuter. 28. Percutiat te Dominus amentia & cecitate ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cecus &c.

25 Summa, Spiritus significat vim arcanam & energiam, qua aguntur mentes, si ad sancta, spiritus sanctus, spiritus Christi & Dei: si ad impia spiritus malus *æth*, diabolus & satan.

SPIRITUALIA IAM OMNIA.

1 Nam quamuis ex carne Dauidis natus sit Christus, tamen non rex carnalis futurus prædictus est, sed spiritualis et æternus, cuius regnum non sit de hoc mundo, sed regnum spiritus, in cordibus credentium, qui sunt iam Zion, Hierusalem, templum, sacerdotium, regnum, sacrificia, Lex viua, semen & progenies Abrahamæ & Israëlitis, Iudæi in spiritu gens sancta, peculium, populus Dei, possessio & hæreditas Dei, & omne bonum quod olim promissum est, et scriptum de Iudæis veteris testamenti, vel corporali quadam forma Iudæis promissum est. Hæc omnia pertinent ad spirituales, vel referant Iudæos Israëlitis & Christianos. Sic in spiritu hæc vocabula accipi sæpe videbis in Psalmis & Prophetis. Vide Esaia. 43. & 49. Zach. 9. Ioan. 18. Luca. 1.

SIGNARE.

1 Signare pro confirmare, 1. Corint. 9. Signaculum apostolatus mei vos estis *ἡ γὰρ σφραγίς*, id est, sigillum in quo certa fides fiat apostolatus, quem admodum vulgatis etiam prouerbis, quod vehementer etiam certum & indubitatum intelligi volumus, id dicimus obfirmatis literis testatum. Et ad Roma. 4. Signaculum *σφραγίδος*, id est, signum ac notam impressam. Nam fidei causam solemus obfirmare, quod certum esse volumus. Atque ad hunc modum obfirmamus, quod ad tempus depositum ac reconditum esse cupimus, suo loco depromendum. Et, 2. Corinth. 1. Et signauit nos, rursus pro confirmare fidem: nam hoc verbo significare solet rei certitudinem, velut cum obfirmamus instru-

PHRASES.

instrumentum aut vas, atque id mox explicat Paulus, indicans datam arcam, quo certius esset promissum. 2 Signari & consummari peccata, idem est quod impleri mensuram peccatorum, Daniel. 9. Vt consummeret transgressio, & signetur peccatum. Hæc D. Chryostomus & Origenes.

SIGNA.

1 Signorum aliqua sunt, quæ porrenta dicimus miracula scilicet supernaturalia & inusitata, quæ fidelium imbecillitatem non nihil firmant, infideles excæcant, & in testimonium damnationis fiunt.

2 Sunt deinde signa vitata quidem, sed rara, vt Iris, cæteræque impressiones non vique adeo vulgares. Sunt etiam vitatissima, vt solis ortus, occasusque, quæ ex Genesi signa esse pater. Meminit frequenter scriptura cuiusdam sacrificij, quod per excellentiam vocat sacrificium iustitiæ: quo per se solum est vnicum, optimum, sanctissimum & sanctificans iustum & iustificans, ex opere suo operatur præstantissimum gratiæ. Illud est sacrificium Eucharisticum, de quo Mala. 6. prædixit olim. In omni loco ab ortu solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificabitur & offeretur hostia munda. De hoc sacrificio dixit Dauid Psalmo quarto. Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino &c. quæ verba sacerdotibus noui testamenti futuris in spiritu dixit Dauid.

3 Sacramenta veteris legis etiam dicebantur signa, qui iuxta Augustini sententiam libro secundo de doctrina Christiana capite 1. signum est, quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Sicut vestigio viso, transiit animal cuius vestigium est cogitamus. Iuxta hanc definitionem sacramenta veteris legis signa erant: quia præter speciem quam ingerebant sensibus faciebant venire in mentem recordationem Christi promissi venturi, & Ecclesiæ, & suorum quæ instituenda erant, sacramentorum. Dicebantur illa proprie & reuera erant signa, quia non præstabant nec efficiebant sua propria virtute, id quod representabant & significabant futurum. 4 Sacramenta nouæ legis ita sunt signa, vt sint efficacia id præstare & efficere quod significat. Adeo, vt significando efficiant, quod representant. Augustinus in Psalmo 73. Neq; vero inquit, eiusmodi signa sunt, sacramenta nouæ legis, qualia fuerunt sacramenta veteris legis: siquidem sacramenti noui testamenti dant salutem, sacramenta veteris legis promittebant saluatorem. Ecclesiastica sententia est diffinitum, ita esse sacramenta nouæ legis signa, vt id efficiant in tus in anima spirituali virtute, quod externe representant in signo. Sunt efficacia, ita vt ipsam gratiam, quam præstant, contineant & eius diuinam causam. Sunt reuera signa inuisibilis gratiæ, quam visibili signo elementari conferunt. 5 Dicuntur etiam in sacris libris signa miracula, tum quia Christus Marci vlti. miracula vocat signa, quando

ait: Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur, id est, miracula quae faciunt credentes, sunt: daemonia eijcere, serpentes tollere, & carum etiam quia Augustinus super Ioannem tractatu quadragesimo nono ait, miracula iccirco & signa dici, quia praeter nouitatem quam continent eorum effectus diuina virtute non humana operati, aliquid aliud etiam significant. Quod ipsemet Augustinus satis luculenter probatum nobis reliquit, sermone 44. de tempore, ubi docet tres mortuos in Euangelicis historijs commemoratos peccatores triplicis generis significare. Quam sententiam plerique patres Ecclesiae probantes, atque sequentes sanitates per Christum miraculose in corporibus humanis factas, docuerunt significare internas spiritualesque animarum sanationes. Quas spiritus sanctus diuina sua virtute & gratia intus in cordibus humanis operatur.

6 Signum intelligit scriptura, & Apostolus ad Hebraeos primo cap. (ni fallor) experientiam: quemadmodum eius quoque usus est apud Dialecticos et Rhetores, qui pallorem, trepidationem, vestes sanguine conpersas, signa caedis adpellant. Ita usurpant & angeli apud Lucam cum dicunt, Et hoc vobis signum, inuenietis infantem &c.

7 Signa leuare, interim dicunt Hebraei de quouis signo aut symbolo dando ad aliquid designandum aut annuendum, interim vero pro signum militare proferre ac proponere, vt milites nomina dent, Et haec ca pite. 5 Et signum dabit peregrinae vel longinquae genti.

SIMILIA.

1 Sed quoniam multis modis res similes rebus adparent, non putamus esse praescriptum, vt quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus. Nam & in vituperatione fermentum posuit Dominus, cum diceret Matth. 16. capita, Cauete a fermento Pharisaorum. Et in laude cum diceret Lucae decimo tertio cap. Simile est regnum caelorum mulieri, quae abscondit fermentum in tribus mensuris farinae &c. 2 Quas igitur habet huius varietatis observatio formas, Sic enim aliud atque aliud res quaeque significant, vt aut contraria, aut tantummodo diuersa significant. Contraria scilicet, cum alius in bono, alius in malo res eadem per similitudinem ponitur. Sicut hoc est, quod de fermento supra diximus. Tale etiam, quod Leo Christum significat, ubi Apocal. 5. cap. dicitur: Vicit Leo de tribu Iuda. Significat & diabolum, 1. Petri quinto cap. Ita serpens in bono est Astuti vt serpentes, Matth. decimo cap. In malo autem. Serpens Enam seduxit astutia sua, 2. Corinthiorum 11. ca pite. In bono panis. Ego sum panis viuus, &c. Ioannis. 6. In malo autem panis. Panes occultos libenter editis, Prouerb. nono. Sic & alia plurima. 3 Cum vero res eadem non in contraria, sed tantum in diuersa significatione ponitur, illud est exemplo, quod aqua & populum significat. Sicut Apocalypsis septimo legimus. Et spiritum san-

ctum

ctum &c. Vnde & illud: Flumina aquae vitae fluent de ventre eius, Ioannis septimo. Et si quid aliud atque aliud pro locis in quibus ponitur, aqua significare intelligitur. Sic & aliae res non singulae sed vnaeque earum non solum duo aliqua diuersa, sed etiam nonnunquam multa significat pro loco sententiae, sicut posita reperitur.

4 Vbi autem apertius ponuntur, ibi discendum est, quomodo in locis intelligantur obscuris. Neque enim melius potest intelligi, quod dictum est. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi Psal. 34. quam ex illo loco Psal. 5. Domine, vt scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. Nectamen ita, vt iam vbiunque scutum pro aliquo munimento legerimus positum, non accipiamus, nisi bonam voluntatem Dei. Dictum est enim Ephe. 6. Et scutum fidei, in quo positis, inquit, omnes sagittas maligni ignitas extinguere. Nec rursus ideo debemus in armis huiusmodi spiritualibus, scuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco etiam lorica dicta sit fidei. Induti inquit, loricae fidei & charitatis. De quibus omnibus consule D. Augustinum de doctrina Christiana, libro 3. capite. 15. & 26. Itemque libro 2. cap. 6. 5 Porro satis est Tropo scripturae in similitudinibus in vno vel altero similitudinem seruari. Sic Esai. decimo quarto capi. Babylon non est caelesti incendio exusta, sicut Sodoma, sed in hoc est similis Sodoma, quia sicut Sodoma diuina ira perijt, ita & Babylon.

SECVNDVM HQ-
minem vel Deum

viuere.

1 Secundum hominem viuere, teste Augustino, est secundum seipsum, sicque secundum mendacium viuere, quia homo ita factus est reatus, vt non secundum seipsum, sed secundum eum a quo factus est ueretur, id est, illius potius quam suam faceret voluntatem. Vnde non frustra dici potest, omne peccatum esse mendacium. 2 E regione vero secundum Deum viuere, est in veritate Dei stare, secundum veritatem Dei agere, illiusque solius voluntatem facere. Deus est enim qui dixit: Ego sum via, veritas & vita, Ioannis decimo quarto capite.

3 Potest etiam isto modo dici, quod alij secundum hominem, alij vero secundum Deum viuant. Apertissime quippe Paulus, 1. Cor. 3. cap. dicit: Cum enim inter vos sint aemulatio & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quid ergo est ambulare secundum hominem? hoc est, secundum hominem viuere, quod a carne, id est, a parte hominis minore intelligitur homo. Eosdem ipsos quippe dixit superius animales, quos postea carnales, ita loquens, 1. Corinthiorum secundo capite. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Talibus igitur, id est, animalibus paulo post, 1. Corinthiorum tertio capite dicit: Et ego fratres non potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et illud ex hoc eodem loquendi

Z 4 modo

DIVINAE SCRIPTURAE

modo intelligitur, id est, à parte totum. Et ab anima nanque & à carne quæ sunt partes hominis, potest totum significari, quod est homo. Atque ita non est aliud, animalis homo, aliud carnalis, sed idem ipse est utrunque, id est, secundum hominem.

4. Sicut & non aliud quam homines significantur, siue ubi legitur Roman. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: siue quod scriptum est Gen. 46. Septuaginta quinque animæ descenderunt cum Jacob in Aegyptum. Et ibi enim per omnem carnem, omnis homo, et ibi per septuaginta quinque animas, homines totidem accipiuntur. Et quod dictum est: Non in sapientiæ humanæ doctis verbis, potuit sententia Augustini dici, non in sapientiæ carnalis. Sicut quod dictum est: Secundum hominem ambulatis, potuit dici, secundum carnem. Magis autem hoc adparuit in his quæ subiunxit, 1. Corinth. 3. Cum enim quis dicat: Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo: nonne homines estis? Quod dicebat, animales estis, & carnales estis, expressius dixit, homines estis, quod est, secundum hominem uiuatis, non secundum Deum, secundum quem si uiueretis, dii essetis. Hac Augustinus lib. 4. de Ciuita. Dei, capite quarto.

SEDERE.

1. Sedere sapissime in scriptura, pro regnare, administrare usurpatur, Vt sedere super folium, Hebraico schemate est regnare, & regem esse, Exod. vndecimo capite. A primogenito Pharaonis, qui sedet in folio, vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam. Intelligunt ergo quidam, per sedentem in folio eum filium regis, qui et iam regno esset inauguratus, vel Antithesis committitur, qua summum & infimum, præcipuum & abiectissimum simul iungat. Et Prouerb. vigesimo tertio cap. Quando sedebis, ut comedas cum principe &c. ut in libris Regum frequens est. 2. Item Sedere pro morari, Iudicum capite sexto: Sedit sub queru. 3. Sedere in tribunali, est esse iudicem, nam sedendo iudicis refertur autoritas, Iohelis 3. Esaiæ sexto. Sedentem super sedem &c. Apocalip. vigesimo. Sic iudicare, iudicem esse. Nam Israel in duodecim tribus censabatur, ut est in Euangelio: Iudicantes duodecim tribus hoc est, vniuersam multitudinem. 4. Item שָׂבַד , hoc est, Sedere seu habitare, idem valet quod per se, suo iure, suo arbitrio, nemine facessente negotium, nemine oburbante, habitare. Id quod de Israël Balaam prædixit: Ecce populus per se sedebit vel habitabit, & non reputabitur inter gentes. Voluit enim dicere eum egergiū & liberum fore, suis legibus vsurum. 5. Sedere in medio cineris, poenitentis indicium erat, veteri more, quo se aspergebant poenitentes cinere, induebantur sacco, qui humillimus amictus, sicque restabantur se à puluere ortos, in puluere reuersuros, Iob capite secundo. Sedebatque in medio cineris, Idem est quod se dimittere, descendere & inferius sedere, non in sublimi ingredi, nec in honore incede-

re,

PHRASES.

180

re, Ionæ. 3. 6. Sedere autem in cathedra Moysi, est docere Moysi doctrinam. Nam non legimus Mosem externam cathedram iustificasse. 7. Sicut sedere in cathedra pestilentia, est doctrinas dæmoniorum & erroris stabilire, pestilentem doctrinam docere. ita sedere in cathedra Moysi, est ipsum Mosem prædicare, qui ab ætatis antiquis in singulis ciuitatibus in synagogis per omne sabbatum legebatur, teste Iacobo, Actom. decimo quinto. 8. Sedere seu asidere autem ad pedes, discipulorum est more veterum, qui ad pedes præceptorum in subsellijs sedere solebant, sicut & Paulus ad pedes Gamahelis asserit se didicisse legem. Et Ezech. trigesimo tertio capite. Et sedebant coram te quasi essent populus meus. Et quasi asiderent ad pedes. Prophetæ audituri aut in conspectu differens confidere auquitus soliti erant. Vnde postea mos obtinuit, ut minoribus (ut diximus) subsellijs discipuli in senatu magno asiderent, velut ad pedes præceptorum. 9. Item Pedem pro præsentia atque aduentu vsurpat scriptura, Genesis trigesimo primo capite. 10. Sub pedibus tuis: quoque Hebraismus est, pro te & tuum consilium sequitur, vel ut Sapiens Abraham exponit, qui sunt sub potestate tua egrediantur &c. Et Exod. 11. Cunctus populus, qui est sub pedibus tuis. 11. Sedere, pro manere & requiescere. Nam sedendi verbum, stabilizare & mansionem declarat, ut in Actis. Et insedit singulis eorum, hoc est mansit apud illos, & in illis requieuit. 12. Quid autem sit sedere à dextra & sinistra Dei, in litera D, exposuimus. Et sedere in cinere, in litera C, explicauimus. 13. Sedere in dextera maiestatis $\text{\tau\epsilon\pi\omicron\iota\tau\omicron\varsigma}$ dixit, pro eo quod est diuina virtute & administratione cœlitus regnare. Nam sedere & habitare, est & regnare. Siquidem Lucæ vigesimo quarto, dicit Christus: Vos autem sedete in ciuitate in Hiernusalem, id est, Hierosolymis prætolamini, quiescite & habitare, donec induamini virtute ex alto. Et 1. Regum primo, dicit David de filio Salomone: Sedit super folium meum, & ipse regnabit pro me. 14. Hinc & Solium & sedes, in scripturis accipiuntur pro imperio & iudicandi potestate, quemadmodum annotatur in capite decimo nono Gene. Lot sedit in porta Sodoma. 15. Sic & Latine dicimus Iulium Cæsarem annis sedisse, id est, regnasse quinque. Et dextera in principū confessu locus est primus, summus & dignissimus. Et qui ad dexteram, siue ad latus sedere dicuntur, summæ rerū præesse intelliguntur. Hinc mater filioem Zebedæi: Dic, inquit, ut hi filij mei duo sedeant, vnus à dextris et alius à sinistris in regno tuo, id est, concede ut in regno tuo constituantur primi. 16. Proinde ad dexteram Dei sedere dicitur Christus filius nunc, alusione humana siue $\text{\acute{\alpha}\nu\theta\omega\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\delta\omega\varsigma}$. Nam Deus aliàs incorporeus & pura spiritus substantia, manibus ut non indiget, sic etiam caret, nisi exauiam placeat Antropomorphitarum placitum.

Z 5 FER-

DIVINAE SCRIPTURAE
SERVARE MANDATA.

1 Servare mandata Dei vel sermonem Domini, nihil aliud est quam mādāta custodire pietatīq; toto corde studere. Id certe & alias in scriptura servare & custodire mandata Dei significat, quod vel ex illo Deuterono. 5. intelligas: Audi Israēl statuta & iudicia &c.

SERMO FIDELIS.

1 Hebraismus, pro certo indubitatoque, 1. Timoth. 1. Fidelis sermo, id est, certus. Hac ceu praefatiūcula solet uti Paulus, rem certam et indubitam diciturus, ut fidus ad rem quoque referatur pro indubitato.

2 Item pro fido, ut 2. Cori. 1. Fidelis autem Deus, id est, fidus, quum aliās vsūperemus hoc nomen pro fidenti. Nam fides viua non modo spem in Deum ac fiduciam complectitur, sed fides quoque ista quae in rebus gerendis requiritur, quemadmodum dicimus ex fide aliquid gestum esse. Quomodo Paulus dicit: Istud vnice requiritur, ut quisque fidelis inueniatur. Sermo Dei pro sententia Dei accipitur, Heb. 4. cap.

STIMVLVS IN CARNE.

1 Carnalem tentationem non solet Paulus vocare stimulum, siquidem stimulus sit quod pungat & adfingat. Neque est hic stimulus carnis, quo ipsa pungit, sed quo pungitur. Ad hanc Graecum exemplar habet: *σκόλοψ τῆς σαρκός*. Stimulus carni, id est, stimulus carni paratus, vel carni appositus, quo significamus adiunctum esse quod adfingat, vel contineat. Quasi voluisset Paulus dicere, quemadmodū soler in domo cani, palus ligari à collo, vrsō circulus includi naso, equo frenum immitti in os, porco distineri palo fauces, ne scilicet vel nimium currant, mordiant, ferociant, aut lasciuiant, ita & mihi vsu venit, qui habeo in meo corpore stimulum, id est, alligatū grauem & molestum palum, ne ferociam scilicet, aut supra quā par est me attollam.

SANITAS.

1 Omnīū praestācissima, ipsius animae sanitas est modo ~~sanitas~~ Christo: est equidem non ignobile à Deo elargitum munus, ipsa corporis virtus ac sanitas. Verum, non raro (ut est naturae malitia) occasionem peccandi sugillat. Augustinus inquit, tu omnīū maxime malorū affectuum infirmitatem corruptissimam esse, quādo non bene habemus,

SEGREGARE.

1 Sanctificare & segregare, idem sunt in scripturis sanctis, Et est Domino separare, dedicare & nuncupare, praeparare, ut Nehemiae tertio pro *וְיָדִיתִּי* sumptuose & magnifice praeparare, vel sanctificare ad sacros vsus, quod enim segregatur Domino, nō amplius prophanum manet, sed sanctum sit. Sic enim legis, Sabbatum esse sanctificatum, hoc est, Domino segregatum. Sic & sanctificata omnia primogenita Domino erant, ut Exodi 13. & 30. Sanctifica mihi omne primogenitum. Sic Christus Ioan. 17. Sanctifica me, hoc est, immola, illustra. Sic & nos sumus sanctificati, id est, separati ad sacros vsus, ut hostiae, sicut & Chri-

PHRASES.

181

& Christus hostia fuit. Legimus quoque de Hieremia & Ioanne Baptista, denique de Paulo Apostolo, quod sanctificati fuerint in vtero matris. Hieremiae primo, Romanorum 1. & Galatas 1. Psalmo 1.

2 Et sanctificare nomen Dei, est religiose colere.

3 Sanctificare ad diem occisionis, hoc est, segregare in certum tempus, quo sunt occidendi, eō quod sunt vasa irae, & ad interitum pertinent, Hiere. 12. 4. Item sanctificare bellum apud Hier. dicitur, quo non licet discedere, sicut sanctum est, quod non licet violare.

5 Et muri sancti, quos non licet transilire: Sic ait sexto capite Propheta: Sanctificate contra eam bellum. Vox hostium.

6 Item, Sanctificatio primogenitorum, significabat interemptionem primogenitorum Aegypti. 7 Sanctificatio, paulo aliter interdum accipitur, videlicet, pro salute & felicitate, Esaia 8. Ille enim est sanctificatio. Si enim Dominum colendo & obseruando sanctificauerimus, ille quoque nos sanctificat, & beatos reddit.

8 Sanctificare autem sabbatum, & septimum diem, est celebre augmentumque reddere, estque tunc cessantibus carnis operibus spiritu adorare Dominum, & vocem Dei exaudire, & meditari in lege eius, quod, Sabbatum ~~quod~~ iuge est, hoc est, celebre sanctumque, Gen. 2. Sanctificauit Dominus septimum diem, id est, ad specialem Dei cultum elegit, separauit, ac dedicauit. Sic etiam Io. 1. 20. Sanctificauerunt Kades, id est, elegerunt, separauerunt hanc ciuitatem pro homicidis, ut hic ruti essent ab vtrione sanguinis. Sic & separare nonnunquam est idem quod auersari & abhorretere, ut Zacha. 10.

9 Breuiter, Sabbatum nihil aliud est quā manum abstinere ab omni malo. Quum ergo manus semper cohibenda sit ab omni iniuria, sic ut sempiternas agere ferias debeamus. Vna enim Sabbati appellatione, Esaia. sexagesimo sexto, auellit nos ab omni scelere. Iterum eodē cap. ponit pro vocatione à scelere Capite autem 18. ponitur pro omnimoda per Metastasim felicitate, qua fruuntur, quae inter diuos relati sunt. 10 Sabbata, Festa & Nouilunia, Leuitici 23. significant gaudium & laetitiam conscientiae, inuouationem hominis, & sabbatum illud in quo requiescimus ab operibus nostris, non facientes voluntatem nostram, sed Dei operantis in nobis per Euangelium suum à nobis creditum. Hoc enim vere est Festa, Nouilunia & Sabbathum in spiritu. 11 Et, quemadmodum Sanctificandi verbum pro consecrandi acceptū est, sic contra, Consecrandi verbum accipitur pro verbo deuouendi. Ritus enim erat, ut qui sacrii attingissent, tam deuota adeoq; sancta fierent ac manciparentur sacris obsequijs, Esaia 63. capite.

SANCTVM.

1 Sanctum scriptura vocat quod est Deo consecratum, eoq; augustius iam & diuinæ quodam modo reuerentiae particeps. Sic populus Israēl, praecipue sacerdotes templum & instrumenta eius sanctitatis nomi-

DIVINAE SCRIPTURAE

nomine passim in scripturis celebrantur. 2 Item Sanctum & sacrosanctum, etiam Romanis pro sacro inuiolato, firmo & religioso crebro ponitur. Nam sacrosanctum (quomodo Tullius pro Cor. Balbo definit) est id quod populus sanxit. Id praetergredi fas non erat aut abrogari, ne Senatus quidem & patrum autoritate ac prerogativa. Unde Tribunitia potestas sacrosancta fuit appellata. Esaias: Et Deus sanctus, sublimis sit & inuiolatus. Et Sanctificetur nomen tuum *אֱלֹהֵינוּ*, hoc est, sanctum: & non solum impollutum, verum etiam venerandum & inuiolatum.

3 Aliquando verò Sanctum idem est quod immundum, & sanctificari accipitur pro contaminiari, ut patet ex illo Haggai secundo cap. Ecce ponet vir carnem suam in alam vestis suae. Sic etiam apud Virgilium: Auri sacra fames.

4 Sanctum quoque dicitur non solum purum & impollutum, verum etiam venerandum & inuiolatum ut supra. Et Augustinus explicans Tropes veteris instrumenti libro quarto, ostendit Marth. 6. sanctificetur dictum, non pro eo quod est, fiat sanctum, sed pro, declaratur sanctum. Quanquam apud Hieremiam queritur Deus nomen suum pollui inter gentes, culpa suorum. 5 *קֹדֶשׁ* sanctum vel sacrum Hebraice doctis significat. *מַעֲרֵכִים*: 8. Vbi est sancta? meretricem per Antiphrasim sanctam vocat, sicut Latini sanctum pro execrabili dicunt. 6 Latini etiam sacrum pro publico videntur.

SANCTVM SANCTORVM.

1 Promiscua multitudini non erat permittum in lege ingredi sanctum sanctorum, id est, interioreni aulam sanctuarij, sed solis sacerdotibus: quae aula oraculi secreti recessus erat, templi luci inaccessibilis quo seruabatur arca foederis, liber legis, in quo erat propitiatorij, expendentibus alas suas duobus Cherubin, muruo se alis tangentibus.

2 Sancta Domini, primogenita, decimae & agnus Paschalis vocantur. Sed non sunt sancta sanctorum quum vbiq; poterant mactari & in omnibus vrbibus comedi. Ideo vocantur sancta leuia.

SANCTVS DEI.

1 Sanctus Dei & sanctus Israel, in scripturis passim & proprie Christus appellatur, sicut & Christus Domini. Nec inuenietur in singulari numero facile vllus qui sanctus Dei dicatur, seu sanctus tuus, praeter Christum solum: quem & Dauid Psalmo decimo quinto solum praedicat, dicens: Nec dabis sanctum videre correptionem. Psalmo quarto. Mirificauit Dominus sanctum suum. Danielis 9. Et vngatur sanctus sanctorum. Lucę quarto. Noui te, quod tu sis ille sanctus Dei. Sic Psalmo 70. Domini est adsumptio nostra, & sancti Israelis regis nostri. Nam Christus dicitur sanctus Israel, seu Israelis, sanctificator Israelis, hoc est, sanctificans populum &c. 2 Sancti & sanctificati, dicuntur in scripturis omnes recti corde, hoc est, credentes, & adhuc nobiscum viuentes, quia per fidem & charitatem Christo omni sanctissimi-

PHRASES.

sanctissimo sanctificatur, Ioan. decimo septimo capite. Roman. i. capite. 1. Corinthi. 2. capite. 2. Philip. 1. capite, & in Psalmis passim, ut in Psalmo 148. In Ecclesia sanctorum, id est, in congregatione credentium. Imò clarior textus in Psalmo decimo quinto. Sanctis qui sunt in terra eius, hoc est, Domini. Similiter Paulus Ephesiorum 6. capite, iubet orare pro sanctis, & pro se. Et Philippen. primo capite. Omnibus sanctis qui sunt Philippis. Et 1. Corinth. septimo capite. Sanctus pro fidei accipitur. 3 Ideo autem dicuntur & sancti & sanctificati, quia ministerio diuino sunt addicti, & non occupantur in rebus alijs prophanis. 4 Unde & templa & vasa in usum sacrum deputata, Sancta dicuntur, hoc est, consecrata dicimus. Ita & Christiani omnes sancti. Et apud Esaiam 13. capite. Medi ac Persae sancti, quatenus opus Dei in destruendo regno Babyloniorum faciunt.

5 Breuiter, Omnes qui sunt in Christo renati, & veteri Adamo exesti, ac in sanctissimi sanctissima corporis Christi membra adoptati, sancti vocantur in scripturis. 6 Similiter scriptura sanctos vocat, tabernaculum, templum, ciuitatem, demum Ecclesiam, eò quod Deus illorum pectora inhabitet, & gloriam in eis explicet.

7 Et populus Israel identidem sanctus vocatur in sacris, quod ab omnibus alijs populus secretus, & lege Dei, verò que cultu esset donatus, Exodi 19. capite, & Deuteronomij quarto capite.

8 Sic & sanctum, sancta &c. Saepissime vsurpatur nomen illud pro loco sancto & habitatione sancta, ut Psal. 149. Laudate Dominum in sancto vel sanctuario, vel sanctis eius. Sic etiam Psal. 19. dicit: Mitterat tibi auxilium de sancto, & de Zion tueatur te. Et Psalmo vigesimo primo loquitur: Tu autem in sancto habitas, hoc est, in sanctis locis & habitationibus. Et eiusmodi multa reperire licet in veteri Instrumento. 9 Item Sancta vocantur solemnitates, praecipue conuocationes sanctae, quod in illis omnes masculi tenebantur conuenire in templum Domini. Licet & aliae quaedam solemnitates celebres sic vocentur, in quibus populus à labore abstinere iubetur, & conuenire ad hortationem diuinae legis.

SANCTIMONIA

1 Ad Hebraeos capite 12. continentia corporis est, ut abstinentes ab omnibus quae animam aggrauare possunt, apti simus ad cultum, vitamque Deo dignam hic viuamus.

SVSVRRONES.

1 Susurrones sunt, qui alienant Principem, & qui calumniantur verbum Dei, aut doctores verbi, illi sunt qui te iugulant, & istud est negotium Satanæ. Prouerbiorum decimo octauo capite. Verba susurrorum verbera sunt.

SCABELLVM.

1 Scabellum pedum Domini, dicebatur propitiatorium, quod erat super

DIVINAE SCRIPTURAE

super Arcam, super quod sessurum se promiserat Deus, & auditurum inuocantes. Sic David loquitur, 1. Paralipomen. 28. Cogitavi ut edificarem domum, in qua requiesceret Arca foederis Domini, & scabellum pedum Domini Dei nostri. Et Psalm. 131. Adorabimus ad locum ubi steterunt pedes eius. Et Psalm. 99. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, id est, versus Arcam in Templo adorare vel venerantes procumbere, ubi ipse sedet secundum promissionem super Cherubim. 2 Similis est in Hebraeo oratio. Adorate nomen sanctum eius, quae significat ut ex Graeco legitur: Adorate in montem vel versus montem, scilicet Sion. Scabellum pedum: illud Efaiae ultimo capite explicatur: Coelum sedes Dei est, terra autem scabellum pedum eius. 3 Propitiatorium typus propitiatoris Christi, qui pignus promissionum certissimum, & signum conciliati Dei, ut Epistola ad Hebraeos ostendit. Alias Scabellum ponere sub pedes, est damnare, ut Psalm. centesimono.

SEDITIONOSI.

1 Scriptura hos Seditiosos nominat, videlicet indoctos & temerarios, quae mandata Dei relinquunt. Sic 3. Regum 18. dicit Helias ad Achab: Non ego conturbavi domum Israel, sed tu & domus patris tui, 2 Stultos autem appellat, qui plane impij sunt, hoc est, quibus Deus curae non est, quemadmodum Nabal erat stultus & lapis plane impius. De hoc vocabulo infra fusius. 3 Sues vero qui conculcant margaritas pedibus, ut est apud Matthaeum capite septimo, hoc est, suis cupiditatibus seruietes, vel qui negligunt & aspernantur verbum Dei. Prouerborum nono capite.

SENTIRE.

1 Sentire pro cognoscere aliquando ponitur, saepe enim quae sunt sensuum ad animam transferimus, ut videre pro intelligere. Est enim videre oculorum. Sic Genesis 19. capite. Ille non sensit, pro quo Hebraei שָׁמַע, quod eruditorum sententia cognouit significat. Sic ad Abimelech Genesis 20. capite. Quid vidisti vel spectauisti, id est, quod cogitasti? Sic saepe dicere pro cogitare habent Hebraei. Rursus quae sunt animi, sensibus tribuimus. Quid autem sit sentire idem, in litera I, explicatum est. 2 Sentire autem charitatem, est erga Deum bene affici affectibus laudis, fidei et gratiarum actionis. Atque hi legem ex animo faciunt, Efaiae quarto capite. Qui sperant in Domino, nouabunt fortitudinem, &c.

SAPERE.

1 Illud verbum Latinum accipitur Rom. 15. non more Philosophorum, vel pro philosophico sermone, verum pro Christiano adfectu, vel ut vulgo dicitur, pro intellectu sano & cogitatione, & sentire, hoc est, intellectum habere, & eo animo esse erga proximum nostrum, ut proximo vsui esse volumus. Quid Idem sapere sit superius in litera I, expo-

*Meraticos
vocat scri-
ptura te-
merarios.*

PHRASES.

183

expositum est. 1 Sapere item Roma. 14. est curare & sentire discrimen inter diem & diem, quod est Iudaicae superstitionis. Et non sapere, est non curare discrimen dierum. 3 Sapere altum, Roma. 11. Id quod Paulus prohibet. Nolite altum sapere, id est, ne superbi sitis, ne tibi placeas, ne effertaris animo. Siquidem Roma. 11. capi. sapere vocat Paulus affici animo.

SAPIENTIA.

1 Sapientia nonnunquam pro eruditione capitur, ut in prima Epistola ad Corin. 1. capit. Non in sapientia verbi *ἐν σοφίᾳ λόγου*, id est, eruditione sermonis, siquidem *σοφία* appellant, non solum quod sapit, verum etiam quicquid elegans est & eruditorum. Graecis autem placebat eruditio, sicut Iudaeis miracula ac prodigia. 2 Item, Sapientia differt ab intelligentia. Nam sapientia donum est proprie doctorum, Intelligentia vero discipulorum, Danie. 2. Dat sapientiam sapientibus, et cognitionem scientibus intelligentiam. Sapientes sunt, qui iam edocti sunt: Intelligentes, qui capiunt quod edocentur, & docibiles sunt. Job 10. Sapientia autem vnde, &c. 3 Peculiare est scripturae, incredulum & hypocritam & Deo dissidentem, virum insipientem nominare, ut Psalm. 91. Vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget: illi stultitia sunt omnia, quae Dei sunt, 1. ad Corinthios 2.

4 Sapientia & prudentia ubi absolute ponuntur in scripturis, non vana sunt vocabula, ut apud Philosophos, sed significant verum, id est, non mundi sapientiam. Id quod Paulus ad Colo. 1. dicit: In omni sapientia & spirituali, &c. Ergo sapientia facit intelligere quae Dei sunt. De hac lege Paulum, 1. ad Corinth. 2. 5 Prudentia autem in his permanere, ut non seducamur rursus varijs doctrinis. De hac loquitur Christus in Euangelio suo: Estote prudentes sicut serpentes. Et Paulus ad Ephe. 6. Non est nobis lucta cum carne & sanguine. Haec duo vocabula, scilicet sapientiam & prudentiam, simul coniungit ad Ephe. 1. capite. Vbertim nobis impartiuit in omni sapientia Dei, id est, intellectu spirituali, & prudentia, id est, qua cauemus rursus cadere in peccatum. Et in fine capitis explicat quid nam sapientia sit, nempe agnitio CHRISTI & crucis, & experientia spiritualis. De hac sapientia lege Epistolam Pauli ad Ephesios capite tertio. Sic breuiter, Prudentia nihil aliud est, nisi cautio quaedam in rebus gerendis, id est, ut obseruet quisque ad quae & quomodo à Deo vocetur ut obsequatur, Ephesiorum secundo capite.

SAPIENTES.

1 Sapientes in scripturis dicuntur, qui non nude à Deo erudiuntur, sed ex libris & opera hominum proficiunt, & sunt discipuli atque sectatores Prophetarum. Quae didicerint autem per se praedicant, & viua voce alijs exponunt. Huiusmodi erat Aaron, qui loquebatur quae Moses iubebat. Sicut Exodi capite quarto Dominus Moysi praecipit: Dabo

Dabo verba mea in os eius, & ipse pro te populo loquetur, & tu eris Deus. Tales esse debent omnes sacerdotes. Zachariae 11.

SCRIBAE.

1 Scribae autem sunt Hebraei, qui scriptis & libris docent, quod non possunt ore vel non scriptores, sed scripturarum legis periti dicebantur, hoc est, quorum omnis scriptura in lege rite intelligenda populoque explananda intuebatur. Tales etiam Apostoli fuerunt, praecipue Evangelistae & discipuli eorum, cum posterioribus patribus.

2 Erasmus Roterodamus sic de Scribarum genere in novum Testamentum adnotavit. Quod non sic accipiendum est quasi quorumlibet scribarum partes fuerint, ex Prophetarum oraculis respondere, sed erat hominum genus, quos Hebraei suo quodam nomine vocant, quorum haec erat professio, ut quemadmodum apud Romanos in rebus dubijs ex Sibyllarum libris per aruspices responsa petebantur, ita isti consulti ex Prophetarum libris responderunt, quos & Herodes consuluisse narratur Matthaei secundo capite.

3 Hi Scribae סופרים, quasi Librarii dicebantur ab evolvendis, enarrandis libris sacris, qualis Esra fuit, de quo legimus septimo capite: Et ipse scriba vel librarius velox, id est, dexter & scitus in Mose. Sicut apud nos fuerunt Apostoli & Evangelistae, ut dictum est.

PHARISAEI.

1 Pharisei legis studiosiores caeteris, fatum cum libertate tamen nostrae voluntatis agnoscebant, animam credentes immortalem. Nomen autem his deductum fuit à verbo פָּרַשׁ, quod significat interpretatus est vel exposuit, distique sunt פְּרָשִׁים pro פְּרָשִׁים, id est, phorischai, pro phorsim, quali expositores & legis interpretes, quo postea Graeci nonnihil immutantes dixerunt *Pharisaei*, id est, Pharisei.

SCRIBERE.

1 Hebraei scribendi verbo utitur pro decernere, statuere. Sicut Graeci quoque pro statuere, sententiamque dicendi verbo utuntur, ut passim est apud Demosthenem *ἔγραψε*, hoc est, sententiam dixit, Esaiam decimo capite: Vx qui condunt leges iniquas, & scribentes iustitiam.

1 Item Scribendi verbo usus est Paulus, pro exaltandi aut inflandi. Id quod *ἐπέστησαν* docet, qua se ad hunc modum declarat. Ne alius aduersus & supra alium infletur, 1. Corinthiorum quarto.

3 Scribere interdum est mittere, prophetare, vaticinari apud Prophetas. Mos enim Prophetarum erat, literis comprehensas prophetias pro scribis templi populo omni legendas proponere, quae non solum certissimae, sed etiam generales essent, et ad posteritatem, hoc est, ad Christum Domini venturum pertinerent. Quod sic esse ex Propheta Abacuc colligitur. Vnde scribere legem apud Hoseam vaticinari & mittere Vates significat. Scribam (inquit) ei praecipua legis, Hosea octavo capite. Hoc est, mittam Prophetas ego Dominus, qui populum

solum arguant de praecipuis legis omissionis. Idque non sermone solum, sed etiam scriptis publicatis. Sunt autem praecipua legis, quae per Christum instauratur, cognitio Dei per fidem, & dilectio erga Deum & proximum. Proinde hoc verbo quoque Hieremias vigesimo secundo cap. usus est. Scribere (inquit) virum istum. Indicat missum se ut publice scripro talem prophetiam veluti certissimam, & ad memoriam posteritatis ordinatam, fore orbem & sine liberis Iechoniam regem.

SUPPLANTARE.

1 סָבַח enim significat dolo & iniquitate quempiam opprimere: & ferè utitur scriptura hoc verbo, quum de pauperibus, pupillis & viduis non opprimendis fraudeque circumueniendis loquitur. Sic Moses, Aduenam סָבַח הַרְבֵּה, id est, non supplantans, ne circumuenias, neve adffigas. Item & Leuiti. 19. et 29 pro circumuenire accipitur, vbi de emptoribus cauetur, ne quis in eis alium fraudet aut circumueniat. Ex his et alijs locis satis liquet סָבַח idem significare quod adffigere & opprimere, adhibito dolo & fraude, uti pauperes, peregrinos, fugitivos, pupillos & viduas, impij, diuites & potentes obterere solent, Hieremias 22. Ezech. 18. & 22. 2. Ciuitas (ut apud Sopho. 3.) supplantatrix dicitur, quae scilicet pauperes & adffictos supplantat, fraudeque circumuentos oppresserit.

STATUTUM.

2 סָבַח Statutum & legem Hebraei significat, sed saepenumero pro rei cuiusque proprietate & natura accipi solet. Sic lunae certae vicissitudines Hieremias 32, סָבַח הַקָּוֶה dicuntur. Et 35. caelorum & terrae certum ordinem atque rationem eodem nomine vocat. Itaque partum legis quam Sophonias secundo cap. instare indicat, statutam ac decretam vltionem de populo Iudaico sumendam intelligunt Theologi. Quum velut quiescentiae dispellendi erant. Antequam ergo haec lex, hoc decretum edatur, & vltio iam de populo ista exitialis sumatur, Propheta hortatur ut respiciant, & sese velut dispersas ventisque expositas paleas colligant, hoc est, ab impietatis dispersione, & toto pectore diuino verbo addicant, &c. 2 Item statuta sunt quorum ratio ignoratur, ut est, non seminabis diuersa in vnum agrum.

SCAPVLAE.

1 Deus plerunque à corporibus hominum in se trahit similitudinem, Sicut de eo speranti homine per Prophetam dicitur: Scapulis obumbrabit tibi, quum constet Deum natura sua scapulas nullas habere. Sed quia scapulis onera sustinemus, Deus quod nos tolerat eoque ipso conseruat, nos scapulis suis circumdare & obumbrare dicitur.

SIMVL.

1 Haec vox Simul in medio posita, ad vtrunque membrum seruit, hoc modo: Vacca & vrsa pascentur simul, simul accubabunt catuli leonum, Esaias 11. capite, iste locus patet.

**DIVINAE SCRIPTURAE
SI NON.**

1 Si non, iurandi verbum est. Nam si conjunctione pro non, seu ad-
terbio iurandi vtuntur Hebraei, vt dum dicimus: Si non fecero, hæc &
illa mihi obueniant. Sic Esaia quinto capite, iurantis est: Si non do-
mus multæ. Er capite 14. eiusdem Prophetæ, pro eo aliqui Theologi
profecto posuerunt: Profecto sicut cogitavi, ita factum est. Er in Psal-
mo 31. Si non posui & humiliavi animam meam. Esaia 5. Si non do-
mus multæ in solitudine erunt. Hieremias vigesimo secundo capite. Si
non ponam te in solitudinem.

SOL.

1 Sol more sacræ scripturæ vsurpatur pro tempore prosperitatis &
consolationis animæ, quemadmodum vernacula lingua dicimus: Huic
sol adfulget, splendet, hoc est, suum gaudium vidit, gaudio perfusus
est, compos factus voti sui, & feliciter huic omnia successerunt hodie.
Adeo quod sol significet lætiam, gaudium, prosperitatem. Sic Psal-
mo vigesimo. Per diem sol non vrar te, neque luna per noctem, id est,
affulgente luce consolationis Dei, non extolleris, non eris securus &
negligens Dei. Kursumque adueniente tentationis nocte, non deijce-
ris, non cades à tua fiducia in Deum. Sic Iob dicit 31. capite: Si vidi so-
lem quum fulgeret, & lunam incedentem clare, non lætatum est cor
meum in abscondito.

SOLIS OBSCVRATIO.

1 Propheris familiaris mos, conscientie calamitates & afflictiones
per solis obscuracionem tenebras exprimere, Iocelis 2. Hier. decimo-
quinto, Amos octauo capite. Sic enim adstricta conscientia, quæ sup-
plicio diuino obruitur. Etiam illuminato per verbum Domini om-
nia sunt lucida & illuminata, etiam ipsa mors & infernus, ita huius-
modi afflictionum tenebris obruto, omnia sunt obscura & tenebro-
sa etiam ipsa meridies & clarus solis splendor, iam & vulgare dictum
fuit: Nulla mihi stella lucet. Quo vtimur quoties significamus for-
tunam esse aduersam, nec vsquam nobis affulgere vel scintillam felici-
tatis. 2 Sic Lunam obnubilari, mæroris iudicium, Ezechiel: & Lu-
nam non splendare, more Prophetico prædici horrendum iudicium
Dei super populos. 3 Sol, per Allegoriam, saluator noster Chri-
stus est. Orietur nobis timentibus Dominum iustitiae. 4 Aliquan-
do sanctorum à resurrectione vltima claritas. Fulget ut iusti sicut sol in
regno patris eorum. 5 Aliquando decor virtutum & piorum operum. Sic
lucet lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.

6 Nonnumquam ætus persecutionis & tribulationis presentis vitæ,
Sole autem orto astuauerunt. 7 Item Sol sapientiam significat,
& eius acumen. 8 Sol etiam & lux, est operatio manifesta.

STVDIA.

1 Accipiunt etiam Latini Studia in malam partem sæpenumero, pro
factio-

PHRASES.

1 factio, susurrijs & cōuersationibus, pro audacibus & peruerfis cō-
silijs, adfectu & negotio cui quis deditus est. Eadē forma et Hebræi.
2 Item pro voluntate, vt Esaia 58. capite: Ecce quum ieiunatis, ma-
nent studia vestra &c.

SANGVIS.

1 Tam operationem carnalem aut naturæ mortalis corruptionem si-
gnificat. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.

2 Item Sanguis, carnis sunt opera, sanguis peccatum est.

3 Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccata peccatis coniuncta sunt.
Siquidem omne peccatum animam occidens, sanguini comparatur.
Sicut in Propheta, secundo Regum primo capite, pro peccatore dicitur:
Sanguis eius super caput tuum.

4 Nonnumquam pro quo-
uis crimine & summo scelere, in loco Hebræi accipiunt, maxime ta-
men pro interfectione innoxiorum & oppressione imbellium ac hu-
miliū, Esaia trigesimo tertio capite. Qui obturat aures suas ne au-
diat sanguinem. 5 Atqui sanguis in bonam partem scripturæ
nonnumquam accipit, Exo. decimonono. Mater tua sicut vitis in san-
guine tuo, id est, moruo tuo, & in femine tuo, vel vt Hebræi, in succo
lentia tua. Sanguinis enim copia vires & robur adauget.

6 Porro per Sanguinem intelligit omnem rancorem & inuidiam.
Nam homicidæ & sanguinarij nomine scriptura omnem iracundum
& inuidum taxat. Dauidem quoque de hac causa virum sanguinum,
Deus templum sibi extruere noluit. 7 Item Sanguines in plurali,
pro peccato cōcupiscentiæ scriptura libet intelligit, Ioan. 1. Qui non
ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis. Et Psal. 50. vt supra auditū est.

8 Item Sanguis pro vltione capitur, Mat. 17. Sanguis eius super nos.
Et Ezechielis tertio, & Actorum 18. capite. Sanguis vester super caput
vestrum, Hæc verba Actorum ex Ezechiele 3. capite desumpta sunt,
& Hebraismum respiciunt, quo significatur sua culpa mori & perire
illum, qui perit & moritur. Sic enim dixit Dauid, 2. Regum primo ca-
pite. Sanguis tuus super caput tuum, id est, tua culpa peris, quod Chri-
stum Domini interfeceris. 9 Et, Ioan. quinto capite. Sanguis
pro hostia, remissione & redemptione accipitur. 10 Item, San-
guis & anima idem in lingua Hebræa. 11 In summa, peccata con-
feruntur rubro filo & coccino, vnde & peccata sanguis dicitur, Psal-
mo 50. Esaia 1. Si fuerint peccata vestra quasi filum rubicundum, si-
cut nix alba erunt. Vnde & Adam qui de rubra terra sumptus, hoc no-
men accepit præfatio quodam, quod futurus esset peccator.

12 Innocentia autem confertur candori niuis & lanæ. Esaia primo
capite: Si rubuerint quasi vermiculus, sicut lana erunt.

SANGVINEM OPE-

turi à terra,

1 Operitur sanguis à terra, quum tacet & non clamat vindictam, Iob 16. Pro poposcia quadam alloquitur terram ne operiat sanguinem suum, & non hoc concedatur ut conquireret (inquit) alium enim solatium mihi relictum esse non video, Sic ait: Terra ne operias sanguinem meum, &c. 2 Insidiam sanguine, Tropus est peculiaris scripturae pro conficere, & vitam laboriosam et molestanti hominibus facere pro rapinis, caede, minis accipit scriptura. Hoc Tropo vsus est Michas capite 7. Omnes in sanguine insidiantur. 3 Sanguinem in terra abscondere, capitur in Hebraismo pro non viciisci. Iob decimosexto capite. Sic & vox de Abel scribitur in Genesi: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra. 4 Denique sanguinum viri, impij qui potentia sua bonos misere premunt, sanguine & sudoribus illorum pascuntur, ac perpetuo saeviunt & armantur in multorum perniciem: hi verbo nimirum aptissimo sanguinarij aut sanguinum viri appellantur. Quid enim interest, si cruenta hominum protinus tollas è medio, an verò longa tabe & inedia perpetuis laboribus tandem conficias: vt Psalmus 25 testatur, vbi vides sanguinarijs illis innocuos opponi, quod pietatis sit prodesse. Impietatis aliena tollere, & instar truculentae serae omnia vastare, quae sunt aliorum. Et Psalmo 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, id est, tamdiu non viuent, donec expleant nocendi voluntatem.

SERPENS.

1 Serpens pro diabolo in scripturis: Serpens erat callidior cunctis animantibus pro haereticis & maledicis. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. 2 Pro morte & sacrificio CHRISTI. Sicut exaltavit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. 4 Pro impijs. Serpentes gemina viperarum. 5 Pro sapientibus spiritu: Estote prudentes sicut serpentes. 6 Caput serpentis, prima peccati & diaboli suggestio est, ipsaque infidelitas. 7 Pectus serpentis, typus superbiae, vel tumidi cordis malitia. Super pectus tuum gradieris.

¶ Si.

1 Si. Haec coniunctio ¶ Si Hebraica non semper dubitationem aut conditionem significat, sed nonnunquam certitudinem siue affirmationem, imò iuratis Coniunctio est interdum, vt Ezechielis secundo capite: At si illi audierint. Et maxime sumitur apud Hebræos quando iurant, vt in Psalmo: Si introibunt in requiem meam, id est, non. Quod loquutionis genus & ipsum stomachum & apostic pectus habet patheticam. Item, Si ira nunc est, Hebraismus est, pro, si ira fieri oportet. Genesis 43. & 28. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi, &c. hoc est, quandoquidem certus sum Deum mihi adfore. Et quasi deprecatorium est: nam prius Dominum cognouerat.

S.A.

1 כהן, Sacerdos nonnunquam generale nomen est, & ad praefecturas pertinet. Sicut de filijs Dauid legimus quod fuerunt praefecti, 2. Regum octauo capite. Sicut & Ierro sacerdos erat Madian, vt sacerdos generaliter etiam alios praefectos denoret. Nam כהן, quod praefectura fungi significat, proprie sacerdotali. Esaiæ 61. & 24. capite: Et erit populus, sic sacerdos. 3 Summa, Hebraei suum Cohen pro praefecto, primario & sacerdote vtitissime vtiuntur. Sic Melchisedech rex fuit & sacerdos altissimi, Genesis 14. Verbi autem ministris Christus ne principum more dominantur, interdixit Matthæi 20. capite. Apud vetustissimos potentes erant, praerantque Reip. ac Magistratibus fungebantur, etiam sacerdotio: erant enim multarum rerum scientia & vsu sapientissimi. Hinc accipiunt Hebraei Cohen pro senioribus, populis, & primates, satrapas &c. intelligunt. Vsurparat tamen apud Hebræos כהן quoque pro עובד אללים ministro Dei siue sacrorum. Item aliquando pro חכמים discipulo sapientum. 3 Sacerdos summus Dominus noster Iesus Christus, uicis mediator & saluator noster. Iuxta illud Psalmi: Tu es sacerdos in aeternum, &c. 4 Per sacerdotes Zachariae 7. intellige eos, quae ex scriptura docere possunt. Per Prophetas vero eos, per quos absque scripturis spiritus sanctus docebat, vel qui abdita scripturarum norunt. Vnde ibidem Prophetae sacerdotibus maiores sunt.

SVRGERE.

1 Surgendi verbum Hebraeis pro persistendi manendique verbo accipi videmus. Hinc resurrectio mortuorum pro vita & duratione animarum etiam paulo accipitur, quum ait: Quis baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgent, hoc est, non viuunt post hanc vitam. Quanquam resurrectio aequae pro carnis resurrectione accipiat in loco. Apparet ergo Saducæos, & istos aduersus quos Paulus scribit, non crassum istum errorem profiteri fuisse ausos, quod animae cum corporibus intermorianur. 2 Item, Surgere pro confirmari aut augere. Genesis capite vigesimotertio in Hebraeo legitur: Et surrexit ager Ephraim, pro quo Latinus transtulit: Confirmatus est ager. Ager surrexit ipsi Abrahæ cum spelunca & omnibus quae ad agrum pertinent. 3 Item, Surgere idem est nonnunquam quod proferre, declarare contra hostem, & plerumque Deo attribuitur. 4 Iacere enim seu quiescere Deus dicitur, dum limit malos pro eorum libidine ferri. Psalmo tertio. Surge Domine, id est, profer, declara contra hostem in meam salutem, tuam potentiam.

SECUNDO.

1 Secundo aduerbium Hebraei non tantum vtuntur, sed etiam pro iterum. Id autem multis locis Esaiæ 11. capi. Et erit in die illa, adijciat Dominus secundo manum suam ad possidendum &c.

3

2 Secun-

DIVINAE SCRIPTURAE

2 Secundo pede introire dicimus, cuius introitum prosperitas aliqua consequitur. 2 Secundo autem curru vehi quid sit, satis superius in litera C, expositum est.

STELLAE.

1 Stellæ filij Deorum vocantur, Iob 28. quod hæc inveniuntur ad laudandum Deum Filij Deorum, pro filijs potentum & magnatum, Psalmo 29. 2 Stellarum autem casus, clarorum virorum ruinam, scriptura stellarum casum appellat. Tale quiddam & Ezechi. 26. contra Principem Tyri dicit: Et Esaiæ 14. Quomodo cecidisti è cælis Lucifer &c. Loquitur autem de casu Nabuchodonosor, cuius mortem comparat ruinæ Luciferi, stellæ matutine & excisioni proceræ arboris, quasi dicitur. Nihil talium tibi evenisse oportebat, qui in terris similis eras Lucifero, quam stellam nemo è cælo detrahere posset.

SVBSANNATORES

1 In scripturis sunt, quibus voluptas est contemnere verbum Dei & ridere, mentiunturq; omnia suo iudicio, & sunt vel Pharisei vel Genes. De quibus Psalmo 139. Vel qui derident, & quibus verbum Dei stulticia est, & qui iustitiam & sapientiam Dei contemnunt, Proverbiorum 14. & Psalmo primo.

SOMNVS.

1 Psalmographus maxime vitur hoc vocabulo præsertim Psalm. 4. in quo Psaltes intelligit per somnum bonis omnibus abundantem quietem. Hic Tropus & apud alios in vsu est. Vnde illud Prouerborum: Dormietis rete trahit pisces. Et Psalm. 127. Ea sic dabit dilectio suo somnum, hoc est, securam omnium & cunctis bonis adfluentem quietem. 2 Nonnunquam denotat ignauiam & infidelitatem spiritus. Illud facile intelligimus ex eo quod est Ephe. 4. & 1. Thef. 5. Non dormiamus sicut alij, sed vigilemus atque simus sobrij. Non quod verat somnum naturalem, sed spiritualem, qui concupiscentia est, ex quo opera carnis proficiuntur, quanquam & naturalis somnus opus tenebrarum sit, si fiat ad voluntatem atq; eximia ventris impletione, ita ut luci, hoc est, fidei atq; armis eius sit impedimento. 3 Somnus enim opus est proprie nocti cõpetens. Per somnum Paulus intelligit opera mala, quæ vacat fide vel charitate, vt Rom. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, 1. Thef. 5. Non estis in tenebris, omnes filij lucis estis. 4 Ita e contra Euigilare atq; surgere, significat opera bona & quæ ex fide & charitate propeniunt. Nam vt somnus nocti, ita diluculo ac diei proprie competit exurgere. 5 Sopor Domini autem 1. Samuelis 26. Quoniam sopor Domini irruit super eos, hoc est, sopor magnus. Vocat enim non raro scriptura id quod est magnificum, diuinum, vt montes Dei, ciuitas Dei. De hac loquutione nunc sapius diximus.

SCIENTIA.

1 Nonnunquam Emphatice pro religione cultu, & obsecratione ponitur,

PHRASES.

187

ponitur, Esai. 11. Scientia Domini. Quomodo isthic: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neq; in scientia sua, sed in hoc gloriatur, scire & nosse me, hoc est, agnoscere vere & colere. 2 Hinc cognitionem Dei, tam Apostoli quam Prophetæ continuo in scripturis commemorant, nominantq; ferme scientiam Domini, Esai. 11. Quia terra repleta est scientia Domini, sicut aqua inundantis maris, id est, tam abundanter erumper cognitio Dei, velut quum aqua inundans eruperit, & totam aliquam regionem oppleuerit. 3 Itaque Cognitio Dei vel Scientia Dei, aliud nihil est, quam viva fides Christi, qua sentias & scias Deum & Christum esse, tuum Christum.

SACCVS.

1 Saccus vox Hebraica, Græca ac Latina: nam per multa vocabula Hebraica in cæteris linguis remanserunt. 2 Saccus autem non tam pro cilicio quam Prophetali veste accipitur, quæ propter vililitatem sacci nomen induit. Esaiæ 20. Vade & solus saccum tuum de lumbis tuis. 3 Saccus & Cinis, symbola poenitentiae, Daniel. 9. 4 Item vestis publice lugentium erat & animi tristitiam testabatur, vt vides Iona tertio. Et Psalmo vigesimono: Conuertisti planctum meum in gaudium, mihi dirupisti saccum meum, id est, abstulisti vestem luctus, & induisti me vestimento lætitiæ sempiternæ, pro mortalitate immortalitatis gloria me donasti, & pro luctu gaudio. Et Esai. 35. Dicit David humiliatum se fuisse & ieiunasse, hoc est, sordidiorē veste indurum & aspersum fuisse, & in terra quoque fuisse. Et eius ergo dissolutione & exuitione, luctus remotionem per Synecdochen intelligit scriptura. Psal. 30. Dirupisti saccum meum, & vnixisti in lætitia. Est dare sanitatē & lætitiā. 5 Saccos & Culeos induere, Hebræa loquutio est: Significat autem vilem & abiectum habitum gestare, atq; sine omni ornatu vestium incedere, quemadmodum illi faciunt, qui mœrent. Vnde pullati inambulant. Sic & Hieremias: Cælo (inquit) saccum induam, hoc est, tenebris & nubibus obducam. Et Apocalypsis sexto capite solemne cilicium permutatum esse dicit. Hunc in morem et inmenta reguntur saccis, hoc est, mœrere simul & videre toruum compelluntur. Quemadmodum panis & aqua cibum potuq; significat. Summa summarum. Quæcunq; vilia esculenta, poculenta, vestes, loca, habitus, per ea vocabula designantur. 6 Saccum consui super cutem, & infigere cornu in puluerem, poenitentiae quoq; symbola sunt, Iob capit. 16. Saccum accinxi super cutem meam, & infixi in puluere cornu meum. Testatur his sæpe intentum fuisse, etiam hæc poenitentiae symbola non tam accurate seruauit, hoc est, volutabatur in luto. 7 Sic & spargere cinerem super caput. Similiter, In puluere solebant iacere, qui vehementer lugerent, vt de David super mortuorum puero, & Niniuitis legimus. Hinc Psaltes Psalmo 102. versu 10. se puluerem velut panem edidisse, dum nimirum pronus in terrâ procumbere. Id in

Pſalmo vigefimofecundo lugere puluerem Vares dixit.
 8 Item in puluere inuolui, vel in medio pulueris, eſt poenitentiam
 agere & ſignum poenitentiae.

STARE

1 Familiari Tropo ſcripturæ, eſt perſeuerare, & in re aliqua multum
 eſſe, vt Stare in via peccatorum. Et hoc Helia: Viuit Dominus, in
 cuius conſpectu ſto. Oleæ capite decimo: A diebus Gabaa & Iſrael
 peccaſti. Ibi ſteterunt, hoc eſt, in eadem perfidia & malicia ſubſtite-
 runt, actis in altum impietatis radicibus, quo minus dimoueri ſuſti-
 nuerunt. 2 Nonnunquam verbum eſt caſtrenſe aut forenſe. Qui
 enim bello capri ſunt, hac conditione domum remittuntur, vt ſe ad
 certum aliquem diem ac locum precio redemptionis (quod Græci λή-
 ρων aut ἀπολύων vocant) ſtatuant, Genefis capite quadrageſimo tertio.
 3 Item pro tardare, diſſerre, moram neſtere capitur, Genefis 45. cap.
 Descende ad me, ne ſtes, ne cunſteris. 4 Item aliquando Em-
 phaticòs accipi debet in ſacris, Genefis 18. Ipſe verò ſtabat iuxta nos.
 Neque enim intelligendū eſt Abraham immotum fuiſſe, aut ceſſan-
 tem inſtar ſtipitis, ſed ſicut miniſtri menſe adſtant ad menſam, illi e-
 nim iam currunt, iā huc illuc reſpiciūt, quid deſit, quid parandū, quid
 adferendum, quid exportandum ſit, Genefis eodem cap. Et Abraham
 adhuc ſtabat coram vel ante Dominum. Vbi iterū ſtare Emphaticòs
 intelligendum eſt. Non enim ſimpliciter corā Domino ſtabat Abra-
 ham, ſed rogauit Dominum ſupplex ac pacis reconcilianda ſtudio-
 ſus. 5 Porro ſtandi verbum pro accedendi perinde capiunt, quo-
 modo Græci παρασσην. Eſaiæ quadrageſimoſeptimo: Sta cum incan-
 tatoribus tuis, vel tum quaſo adeas auxiliares & incantatores tuos.
 6 Sicque adire iudicem aut iudicio ſiſti, Hebrai per verbum ſtandi
 efferunt. 7 Stare in iudicio per Metaphoram, pro vincere iudi-
 cium cauſamq; approbare accipitur. Latini contrario huius vtuntur,
 caſtere cauſam, quanquam & Terentius dixit: Vix ſteti, pro, vix fabu-
 lam approbaui, id eſt, vix approbatus ſum à populo, Pſal. 1. Qui non
 ſtetit in iudicio. 8 Ad hæc ſtare interdum idem eſt quod in fide &
 charitate conſiſtere & firmum eſſe, Roma. 15. Domino ſuo ſtar aut ca-
 dir. Inde columna Hebraiſ & ſtando dicitur, ſicut Latinis ſtatua.
 9 Denique coram Rege ſtare, Schema eſt, hoc eſt, in aula vel regia
 regis aut principis eſſe, hoc eſt, regi miniſtrare & honeſtis fungi pro-
 uincijs, Danie. 1. Et dimenſum conſtituit illis rex &c. & quidam illo-
 rum ſtent coram rege. Gene. 41. Triginta annorum erat Joſeph, quan-
 do ſtetit coram Pharaone. Stare enim eſt miniſtrorum. Angeli enim
 dicuntur ſtare, Hebr. 1. capi. 10 Item, Stare, Ire, vitæ coniunctio-
 nem & morum conſpirationem ſignificat, vt Pſal. 1. Qui non
 ſedit, ſeu ſtetit: omnē penitus verſutorū conſuetudinem, ſocietatem,
 conuictum, commerciumq; denotat: & condēnat per Motonymiam

ſacræ

ſacræ linguæ peculiare. Et alibi Pſalm. 26. eiufdem Metonymiæ vſus
 eſt. Non ſedi cum hominibus vanis & diſſimulatoribus non ingre-
 diar. Odiui cœtum eorum, & cum improbis non ſedebo. Hic quiuis
 videt, ſedere, ingredi, cum malis poſitū, pro conſpirare cum eis & ſce-
 lerum inire ſocietatem. Obſeruauit Kimhi omnem hominis vitam,
 eundo, ſtando & ſedendo peragi. Nam iacere ſub ſedere comprehen-
 ditur, quanquam etiam iacendo nihil ferè geramus. 12 Item Stare
 pro habitare Hebraiſ. Sic Exod. 8. Hebraeus habet. In qua populus
 meus ſtans ſuper eam. 13 Stare autem ſuper ſpeculam et cuſtodiam
 mentis, de Eſa. 21. cap. loquitur, eſt vigilare et cuſtodire ſe ab omni in-
 quinamento. Nam qui ſuper cuſtodiam ſtat, is mentem ſuam ab om-
 nibus eam demigrare facit, cuſtodit, maxime à voluptatibus, à crapu-
 la, à diuitiarum congregatione, à faſtu et ambitione, & à cæteris huius
 mundi curis. Commendatur hoc Tropo vigilantia, qua virtute &
 concionatore opus eſt, vt ſemper ſit ſobrius, menſque ſecum habiter,
 ſpectans quæ ſit voluntas Domini, & quid nam reuelari velit.

14 Cæterum ſuper cuſtodiam ſtare die ac nocte, Eſt perſeuerare in
 proſperitate & aduerſitate. Paulus Timotheum admonet, vigila in
 omnibus, obdura in perſequentionibus. Sic & Hierem. 13. Stabis ante
 me, id eſt, imbueris prophético ſpiritu. Si Moſes & Samuel ſteterint
 ante me. 15 Atqui Stare ſuper pedes, Ezech. quoque, 2. Eſt firmi-
 ter, & imperio Dei, & vi quadam diuina ſtare ſuper ſpeculam, cuſto-
 diam, vt ſupra, 16 Stare in medio, eſt conuerſari & ſurgere more
 ſcripturæ, id quod legis ſubinde: Surrexit Propheta &c. Et Matth. 24.
 capite. Surgent Pſeudoprophetæ, id eſt, ſtabunt, in populo erigentur.
 Quem enim ſurgere dicis, eundem ſignificat & ſtare. Ita Deuter. 18,
 dicit Dominus: Excitabo vobis Prophetam de medio fratrum veſtro-
 rum. Huc videtur Ioannes reſpexiſſe, quum dicit: Stetit in medio ve-
 ſtri, id eſt, ſurrexit, conuerſatus eſt inter vos, non minus triginta an-
 nis, quem ob eius humilitatem non agnouitſis.

SEMPITERNVM.

1 עולם, Hebraica vox iſthæc non ſemper perpetuitatem, ſed lon-
 gum tempus ſignificat, & tempus indeterminatum & indefinitum: vt
 Exod. 21. vbi perpetuo vſque ad annum Iubileum ſignificat. Sic Exo-
 di. 12. Seruabitis hoc verbum mandatum tibi et filijs tuis perpetuo, Ge-
 ne. 13. Dabo eam tibi & ſemini tuo vſque in ſempiternum, id eſt, tam
 diu, ſcilicet, dabit hanc terram ſemini Abram, quandiu pactum cum
 patre initum ſeruauerit. Neque tamen hinc ſequitur perpetuum nuſ-
 quam perpetuitatem ſignificare. Nam Chriſtus dicit: Ite in ignem
 æternum: nihil aliud quàm æternitatem ſine fine intelligit, quum
 poſt extremum iudicium quo hanc ſententiam feret, nullum tempus
 erit vltra, vel ſeculum, vel æternitas. 2 Breuiter, In æternum, Semp-
 per, In ſempiternum, In ſeculum ſeculi &c. Hebraiſ ſignificat Tropo

linguæ,

DIVINAE SCRIPTURAE

linguae, propriae tempus incertae & indefinitae durationis, non autem ubique saltem, aeternitatem. Vnde in lege Moisaica saepius dicitur, legitimum sempiternum in generationibus vestris, quum tamen aliquando finienda essent omnia illorum. Quod non inepte dici videtur, perpetuo, perenniter.

SEMEN.

1 Naturalem sobolem mulieris, semen vocat scriptura suo more, vt Genesis tertio. Ipsum semen conteret caput tuum. Et more Hebraicae linguae sumitur pro ipsis filiis, Leuit. decimo octavo, & semen Iacob, semen Abraham, & alia infinita.

STILLARE.

1 Stillare, in scripturis pro loqui & pro praedicare accipitur: nam verbum Dei stillis comparatur, Deut. 32. vt Amos, 7. Tu dicis. Non stillabis super domum Idoli. Et Mich. 2. capite. Non stillabis super istos.

SALVARE.

1 Obserua verbum Saluare, non semper significare aeternam salutem consequi, sed saepius pro seruare, protegere, custodire, succurrere, et adiuuare sumi. Psalm. 35. Homines & iumenta saluabis Domine, hoc est, enutris, adiuuas & conseruas. Sic accipitur Matth. 24. Nisi decurrati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Item Matth. octauo. Salua nos, perimus, id est, adiuua ne submergamur. Deinde Matth. 27. Alios saluos fecit, id est, adiuuit multos, & seruauit incolumes. Sic Marci. 6. Quorquor tangebant eum, salui fiebant.

2 Alias autem Saluare, pro aeterna salute frui capitur.

SALVTARE.

1 Salutare, frequens est vocabulum in sacris literis, & ferè ad Christum refertur, recte, sed non satis aperte. Aliud enim sonat Saluator, aliud salus, aliud salutare. 2 Salutare enim Latinis, id dicitur, quo vsus saluator salutem confert, sicut cibum, potum, medicinam, & similia dicitur salutaria. Quae quum ita sint, Christus aptissime salutare vocatur, quum ipse sit remedium illud, quo nos saluamur. Ipse est panis qui dat vitam mundo. Et omnino idem medicus & medicamentum, quo sanantur peccata animarum, & liberamur ab omni malo. Sic ait David Psalm. 9. Exultabo in salutari tuo, id est, ego salutem neque in me, neque in vllis hominibus quero. Vana enim salus hominis, libens à me, & ab illis destituro, vt liceat mihi in Christo filio tuo saluum fieri ab omnibus peccatis malis. Ipse enim est saluberrimum vnguentum, ipse consolatio nostra. Et vt Apostolus. 1. Corinth. 1. Ipse sanctificatio, sapientia, redemptio nostra à Deo factus. Quibus verbis optime energiam huius nominis Salutare, & vsus Christi, & incorporationem nostri in Christum exposuit. 3 Ita verbum Salutare, quia vsus & vim salutis includit, aptius conuenit militanti Ecclesiae, quam Salus, quae potius futuri seculi res consummata erit.

4 Salus

PHRASES.

169

4 Salus non tam pro salute, sed etiam pro effugio Hebraeis accipitur. Esaiæ. 12. Et factus est mihi in salutem, Hebraice יְשׁוּעָה refugium. 5 Item pro ope & auxilio, Exod. 14. Hebraeus dicit: Vide te salutem Domini quam faciet vobis hodie. 6 Facere opem aut salutem loquutio est Hebraica. Latinus dicit ferre opem.

SALTARE.

1 Vbicunque hoc verbi סָלַח in scripturis legitur, saltare significat. 2 Regū. 22. & Psalm. 17. In Deo meo transiliam murum. Item Cantico. 2. Vox dilecti mei, ecce ipse venit, saliens, in montibus. Esaiæ. 25. Tunc saliet claudus sicut aries. Zoph. 1. Vltionem sumam in die illo de omni transiliente liuam: ministrorum alacritatem & sedulitatem significare voluit.

SACRIFICIUM.

1 Sacrificium in scripturis solet peccatum dici vt Hoseæ. 4. Peccatum populi mei comedent sacerdotes. 2 Sacrificij ac oblationis verbo, veteres pro laudis siue gratiarum actionis hymno, pro gratulatoria ac solenni memoria vsurparunt, vt apparet ex Cypriano et Tertulliano. 3 Sacrificium magnum, populi quoque prauaricantis eadem significat. Neque ociosa est illa Metaphora in sacris literis, praesertim Prophetis. De qua Metaphora & Zophonia. 1. differit: Parauit Dominus sacrificium, expiavit. Eritque in diem mactationis Domini, vltionem sumam de principibus &c. De hoc Tropo latius diximus in littera D. Nam dies festus, & sacrificium, idem sunt. Dicitur & victima Domini, Esaiæ trigesimo quarto. Victima erit Domini in Bozra, & interfectio magna in terra Edom. 4 Alias Sacrificium generale nomen est omnium, quae inferebantur altari, secundum legem, vt erat sacrificium martyrium et vespertinum, de quo dicit Psalm. 49. &c. 50. Siue panis & cibus Dei, praesertim ea quae ignis absumebat. Item alia secundum tempora & personas. 5 Sacrificium iustitiae est, dum nos ipsos sacrificamus, & exhibemus corpora nostra hostiam viuentem, non boues occidentes, sed terrena nostra membra mortificantes, & spiritum humiliantes. Item & Deum iustificare et laudare, seipsum peccatorem accusare, dignumque omnibus his, quae patitur, pronunciare. cum Psalm. 118. dicendo: Iustus es Domine &c. Et Danie. 3. Omnia quae induxisti super nos &c. Et Baruch. 1. & Psalm. 4. Insuper lege Epistolam ad Hebraeos de hoc sacrificio, praecipue capite quinto & sexto. 6 Sacrificium laudis est, dum non solum ore, sed etiam vitae innocentia Deum laudemus & sacrificamus. De quo Psalm. 49. dicit se honorificari, & ipsum esse iter ad salutare Dei videndum. Ephesiorum 2. Tradidit seipsum. Hoc sacrificium quod perenne esse voluit Dominus, vt legis Psalm. 40. adducto. 7 Sacrificium Christi, est quicquid patri obtulit pro nobis, oratione & opere, in nostri saluationem, ipsius enim, non nostra saluatione saluamur

8 Sacrifi-

DIVINAE SCRIPTURAE

8 Sacrificium & hostia fidei, est conuersatio Christianorum siue fidelium. Sic Paulus ad Philip. 2. vocat conuersationem Philippensium hostiam sacrificiumque fidei, significans eos esse bonum odorem Deo in omni loco. 2. Corinth. 2. capite. Quemadmodum de sacrificijs carnalibus, in veteri Lege saepe legis, vt Numero, 18. Et alibi Paulus ait. Quin etiam si immolor super hostia sacrificioque fidei vestrae gaudeo &c. 9 Sacrificia mortuorum, de quibus Psal. 105. loquitur: Et comederunt sacrificia mortuorum, id est, idolis immolarunt, quemadmodum fiebat, vt. 1. Corinth. 8. & 10. 10 Sacrificia pacificorum, quae rebus pacificis & gratia alendae quodammodo pacis, cum Deo, cum sacerdotibus, & cum familiaribus fiebant. 11 Holocausta verò hostiae erant, quae totae adolebantur, & offerebantur ferè ad emergendum Dei fauorem, & benevolentiam in rebus serijs ac periculosis. De his lege Leuit. 1. & 6. 12 Denique Sacrificium iuge illud ac nunquam intermissum sacrificium ἱεράκιον vocatur. Vnde dicitur ἱεράκιον non illa Aristotelis, Exodi. 29. Per singulos dies iugiter. Septuaginta clarius expresserunt. Duos, inquit, agnos sumes per singulos dies iugiter, oblationem continuationis.

SAGITTAE.

1 Sagittae Dei, poene sunt quas sumit de impijs, aut certe quibus terret conscientias, vt respiciant. Nam in scriptura non obscure vulnera conscientiarum, id est, verba quibus configitur conscientia, ob terrorem iusti iudicij Dei, & irae comminationis diuinæ contra nos. Vnde & fulmina dicuntur atque fulgura. Psal. 17. Et misit sagittas suas, & fulgura multiplicauit. De illis sagittis Hiob. sexto capite. Sagittae Domini in me, quarum indignatio ebibat spiritum meum, & terrores Domini militant contra me. Multa de sagittis eiusmodi passim legitimus, vt Psalmo septimo. Sagittas tuas ardentibus effecit. Et Psalmo trigesimo nono, & 145. Sagittae tuae acutae.

Hoc est enim bellum Domini virtutum, qui de caelo dimicat contra nos, sicut Iudith. 5. cap. dicit Delbora. Itē Psal. 126. Sagittae tuae potentis acutae. Nam etiam ministerio diaboli infliguntur. Et tunc proprie in scripturis solent ignite appellari. Inflammant enim ad concupiscentiam, iram, impatientiam, blasphemias & desperationem, atque accendunt ignem illum aeternū, nisi rursus extingatur aqua sapientiae salutaris, de qua supra, id est, charitatis operibus. Vnde Paulus ad Ephesios. 6. Scurus fidei sumentes, in quo positis omnia ignea tela iniquissimi hostis extinguere. 2 Est autem ista Allegoria arcus & sagittarum creberrima, non modo in sacris biblijs, sed quotidianis vulgi sententijs. De qua Allegoria in litera A, latius disserui.

3 Atqui Sagitta volans, est periculum quod viderur quidem, sed tamen non ferit, antequam amoliamur, quia in die quidem est, sed tamen sagitta volans est, quomodo autem tutus eris in medio sagittarum volantium,

PHRASES.

lantium, quamuis videas vt Psal. 90. A sagitta volante in die. Hoc periculum est illis, qui verbum quidem audiunt & cognoscunt, & quum scelerate viuunt & impie, non tamen ab impietate resiliunt, sed etiam videntes non vident, & audientes non intelligunt, quia scuto veritatis diuinæ non proteguntur. 4 Sagitta paruulorum, significat conatus resistentium verbo, quorum conatus comparantur paruulorum sagittis, quae ad occidendum alios inefficaces sunt, et saepe reuertuntur in capita, & in oculos ipsorum paruulorum, qui eas iaculati sunt, Psalmo sexagesimo tertio. Sagitta paruulorum factae sunt plagae eorum. Et supra disseruimus de eodem Tropo. 5 Porro Sagitta munda Christus dicitur, Esaia. 49. cap. Et posuit me in sagittam mundam, hoc est, non rubiginosam, vt sit sensus: Posuit me in sagittam, et misit me in hoc, vt essem sagitta munda, quae nihil admitteret falsitatis, qualia sunt eloquia Dei, purgata septuplum.

SECRETVM.

1 Secretum pro consilio, vt Gene. quadragesimo nono capite. In secretum eorum non ingreditur anima mea, q. d. Mens mea adhorret eorum coetu. Non est mihi voluntas in eis, nihil est mihi commune cum eis.

SEPTENARIVS NUMERVS

1 In scripturis factis perfectionis numerus est. Nam Hebræi per hunc numerum indefinitam multitudinem intelligunt, Psal. 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum, purgatum septuplum, id est, multipliciter & perfecte. Et ad Hebr. 4. pro plenario & indefinito numero accipitur. 2 Et communi loquendi Tropo, saepius totaliter significat, & prorsum: vt Leuitici. 26. Percutiam vos septies propter peccata vestra. Et Amos. 1. Super tribus scele ribus Damasci, & super quatuor non conuertam. Tria & quatuor septem sunt, Matth. 12. Et adsumit alios spiritus septem nequiores se, id est, saepe multos. Ec. 1. Reg. 2. Et quae fuit sterilis, peperit septem, id est, plurimos aut multos. 3 Summa, Hebraeus numerus multiplici tatis perfectionis & vniuersitatis symbolum est, & quieti consecratur. 4 Similiter & Denarius numerus vniuersitatis symbolum habet. Sic enim Christus decimam prouentuum partem offerre iussit. 5 Porro apud Michæam, Septem & octo. Sic intelligendum est de septem & octo, hoc est, de potenti & sufficienti. Hic enim numerus maxime si addas octo, significat consummationem, vt Prouerb. 11. Da partes septem, nec non & octo, id est, da quod satis est. 6 Denique illud Matthæi decimo octauo, vsque septuagies septies, ingentem numerum posuit pro infinito, quem Tropum euidenter indicauit Chrysofomus, quod probabile non sit, quenquam totius offensam repetiturum. Ita loquimur, trecentos inferre, pro innumeris, & milles audiui, 7 Ceterum Hebræi numerum septenarium suo ipsorum

DIVINAE SCRIPTURAE
SELAH נְלֹחַ.

- 1 Salah admodum varie enarratur. Septuaginta interpretes pro ea transulerunt Grece διαψαλλειν quod beatus Augustinus interruptionem, diuisionem, pausam & moram Psalmodiae interpretatur. Sicut & contra συμφωνια vocat compositionem seu continuationem Psalmodiae, quam Selah Hebraeis non significat, sed proprie insignem aliquem adfectum, quo Psallens pro mouente spiritu afficitur. Qui pro quoniam non est in nostra potestate non in omni Psalmo, nec in omni versu à nobis haberi potest, sed pro vt spiritus sanctus dar moueri.
- 2 Ideo Selah in Psalmis tam confuse, & citra vllam rationem ponitur, vt hoc ipso indicet, secretam & nobis incognitam, prouideri possibilem motionem spiritus: Quae, vbi venerit omisis verbis Psalmi, quierem & pausantem animam poscit, quae capax fiat, vel illuminationis, vel affectionis quae offertur.
- 3 De hac voce Selah Kimhi scripsit in Psal. 3. nimirum notam fuisse vocis exaltanda, eo que monitorium, cogitationes animi intendende.
- 4 Selah, Schalom, Amen, tres voces; quibus Hebraei precantur rebus suis felicitatem, de quibus supra in tropo Amen, Alij aliter, fit iudicium penes Christianum Lectorem.

SPE GAUDERE,

- 1 Est non praesentibus, aut temporali successu extolli, Romo. 12. Spe gaudentes, tribulatione &c. 2 Sperare contra spem in spem, est sperare in misericordiam, vt Abraham sperauit in spem contra spem.
- 3 Spes vitae Hebraismus est, nos spem viam dicimus, hoc est, in qua certo speramus, atque securi sumus aeternae vitae, quae modo abscondita est vel obducta, vt non videatur, nec in praesenti, nisi corde per fidem perficitur. Sicuti Ioannes in sua epistola scribit, 1. Ioan. 5. Nunc filij Dei sumus Et Rom. 12. 1. Pet. 1.

SECUNDVM VERBUM TVVM.

- 1 Secundum eloquium tuum, tantummodo significat, vt, secundum quod praescripsisti, & per promissionem nobis salutem dare. Sic Dauid frequenter adhaeret, dum suarum promissionum meminit, & praecipue in Psalmo. 118. Viuifica me secundum verbum tuum, secundum eloquium seruo tuo factum, id est, sicut promissum tibi tibi seruo tuo secundum eloquium tuum, id est, verbum promissionis tuae à me creditum Sic Maria aiebat ad Angelum: Ego enim secundum verbum tuum.
- 2 Similiter secundum nomen tuum, prouincit ad quod nomen tuum factum est, vt de re praedicatum, Psalmo 48.

SCANDALUM.

- 1 Scandalum est offensa, quae fit in fides aut charitas. Fides, si quis per aliquod doctar diuersum à sacris literis, offendit deum proximi. De tali scandalo dicit Christus: Si quis scandalizat unum ex pusillis

PHRASES.

192

- ex pusillis &c. Charitas laeditur, si quis egentem non adiuvat, non gratificatur in re aliqua, vel necessaria, vel commoda, interturbet pacem, quod exemplum alios ad imitationem mali, vel ad illius odium inuiter. De quo scandalo Christus dicit Matth. 17. de tributo persolueno. Ne scandalizemus eos. 2 Item σκάνδαλον à ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quis obster eunti, & σκάλω claudico, quod claudus in flectens se, videatur tendere ad ruinam. 3 Hinc scriptura videtur Scandalum pro obstaculo & impedimento, vt Matth. 16. Scandalum mihi es, id est, obstaculum seu impedimentum sonat.
- 4 Item Scandali vocabulo intelligitur contumelia, vituperatio, despectus, offensio coniuncta cum contemptu, Matth. 18. 5 Scandalizare, est remorari vel reuocari quempiam à pietate & salute. Nemo magis vnquam scandala cauit, quam Christus, cauere tamen non potuit, quin ex dictis & factis suis impij frequentissime scandala obijcerent 6 Et Scandalum aliud non est apud Matth. 18. quam occasio mali, quod contrahat, cum malo habes consuetudinem. Ad hunc sanè modum scriptura scandalon & scandalizare vbique videtur accipere.

SOLVERE.

- 1 Soluere apud libros sacros, est autoritate diuina peccata remittere, simulque à poenis aeternis quae illis debentur liberum facere. Quod prius fit in terris per sacerdotes Christi, quam in caelis. Ita docet Cyprianus libro primo, Epistola secunda ad Cornelium. Et Bernardus sermone primo, in die Petri & Pauli. 2 Est etiam Soluere in scriptura Euangelistae Ioannis capite 11. idem quod explicare aut intelligere, inquit Ioannes in hoc capite 11. Et non potuit solui scriptura, hoc est, non potuit explicari aut intelligi. 4 Apud eundem Euangelistam Ioannem soluere etiam significat diruere, vt quando Christus dixit: Soluite templum hoc, id est, diruite, demolimini aut euerite, Ioannis secundo capite. 5 Significat etiam soluere in sacris literis transgressionem mandatorum: Christus enim Matthaei 5. cap. dixit. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, id est, qui transgressus vel praeuaricatus fuerit vnum vel de minimis Dei mandatis.

SVBSTANTIVA VERBA.

- 1 Substantia verba omittunt nonnunquam Hebraei, vt Esa. Super omnem autem gloriam protectio, supple erit.
- 2 Item Hebraeis nullum est verbum compositum, praeter vnum aut alterum, cogit eos necessitas, vt simplicibus pro compositis vtantur, κατὰ ἁπλοῦς Esa. 8. Non dicetis, pro, non condicetis.

SVBICCI.

- 1 Subijci pro audire & morem gerere intelligit Paulus, 1. Corint. 13. Subditi estote talibus.

SERVVS.

- 1 Primum, Christus Iesus Dominus noster est in forma humanitatis

DIVINAE SCRIPTURAE

vis. Ecce servus meus, suscipiam cum 2 Item, Servus doctor fidelis & pius in Ecclesia est. Quis putas est fidelis servus & prudens. 3 Item in contrarium, doctor pravius & pseudopropheta. Quod si dixerit servus malus in corde suo. 4 Servus item est peccator obnoxius. Qui facit peccatū, servus est peccati. 5 Servi quoque sunt pij & sancti. Super servos meos & ancillas meas effundam de spiritu meo. 6 Sunt item & iustitiae & peccati servi. Liberati à servitute peccati servi facti estis iustitiae. 7 In Epistolis Paulinis Servus ministrum significat, adeoque officium & publicam Pauli conditionem et personam, nec est vocabulum cultus, quo quisque privatim sese appellare solet. CHRISTI possit, sed eius qui officio delegato à Christo fungitur. Sic ad Romanos. 1. cap. Servus Iesu Christi, vocatus ad munus Apostolicum. 8 Servus & Servitus apud Paulum, praefertim ad Galatas, est qui legem servat & non servat. Servat in operibus, vel timore poenae, vel amore commodi. Non servat in voluntate, qua mallet non esse legem, ac si iam intus odit iustitiam legis, quam foris simulat coram hominibus. 9 Servare legalia, est malum: **S**ervare legalibus, malum. 10 Servitus autem, qua timore servili aut amore puerili quid facimus. 11 Item Servus differt à filio in scripturis. Paulus Rom. 8. in hunc modum, Filios esse, in quibus spiritus adoptionis est: Servos esse, in quibus non est. Sicut & solus Isaac hereditatem patris consequutus. Ismael aliud ablegatus. Et Ioan. 15. ait: Iam non dicam vos servos, nam servi nesciunt voluntatem Domini. 12 Item, quemadmodum libertas Christiana proprie referenda est ad conscientiae pacem & gaudium, ita & servitus referenda est ad captivam & in tranquillam conscientiam, quae est in peccato. 13 Servire etiam scriptura vitur pro colere. 14 Item, Servi & ancillae pro sodalibus & domesticis ponuntur, Esaiæ capite decimoquarto: Et possidebit domus Israel super terram Domini in servos & ancillas.

SAL.

1 Sal nonnunquam Apostoli sunt & praedicatores verbi. Vos estis sal terrae. 2 Item salis natura infœcunditatem terrae significat. Posuit terram fructiferam in saluginem. Omnis siquidem locus (ut scribit Plinius lib. 31. ca. 7.) in quo reperitur sal, sterilis est nihilque gignit. Vnde quum Abimelech Sichein destruxisset, seminavit illic salem: quo perpetuo sterilem & desertum locum, vel reddere vel saltem fore talem significare voluit, Iudic. 9. Et Zophonia. 2. Propterea sicut vituo, inquit, dominus Zabaoth, Deus Israel, ita futurum est, ut regio Moab sit instar Sodoma, & filij Ammon sicut Gomorraha, squalidum senticetum & saline, et æterna vastitas. Periphrasis est extremæ vastationis, qualibus passim Prophetarum libri pleni sunt. Singulariter Hypotiposis elegantem & Hyperbolis admodum audentem legis Esaiam. 34. capite, de regione Idumæorum. **S**qualidam

PHRASES.

Squalidam terram intelligunt Hebraei, quorum sententiam confirmat illud Esaiæ. 33. Ablatio prædæ vestrae, ut depastio bruci, sicut **שׁוֹמֵר**, id est, vastatio locustarum, erit eius evacuatio.

SCIRE.

1 Sciendi verbo vtuntur Hebraei, pro vitare, cauere, & in huiusmodi locis Christus libenter vsus est, et eodem verbo ignorantiae ante occupatur.

SVLCVS.

1 Sulci adpellatione labor venit, ut triturae fructus laboris. Zach. 10. Per cupiditatem meam et castigavi eos, et congregati sunt contra eos populi, dum alligarent se duobus sulcis suis. Et Prouerb. 13. Multi cibus in sulcis pauperum.

SERERE.

1 Serere ad iustitiam, est bona opera ex fide viuua facere: quae dum faciunt Christiani propter fructus quos in se collecturos sperant, serere dicitur. Quia quemadmodum agricolae serunt semina, ut ex illis suo tempore colligant fructus, ita christiani dum opera charitatis faciunt, diuina semina serere credunt, ut inde suo tempore iustitiae & gloriae fructus colligant, Zachariae decimo capite. Serere ad iustitiam, metite iuxta beneficentiam: nouate nobis noualia, & cætera.

2 Serere ad iustitiam est, iustis & sanctis actionibus iustitiae coronam nobis parare. 3 Metere beneficentiam, est recipere mercedem. 4 Nouare nobis noualia, est mortificare carnem & renouari in spiritu. Paulus 2. ad Corinthios 9. Qui parce seminat, parce & metet: qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

SIMPLEX.

1 Gene. Et Iacob **שׁוֹמֵר**, id est, innocuus, simplex, minime vaser & versutus. Vide latius in vocabulo Integri. 2 Hinc Simplicitas pro innocentia, sinceritate & integritate capitur à Paulo, 2. Corinthio. 8. In multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum facit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum, &c. Sic Christus. Estote simplices sicut columbae, et prudentes sicut serpentes. Nam columbae non sunt versipelles, sed sine dolo sincere, &c.

SECVLVM.

1 Est verò solita scripturae Eclipsis Seculi, & vsque subaudiendum enim, seculum: ut saepenumero cernere est, praefertim in scriptis Davidicis, ut Psalm. 21. In seculum & vsque in seculum. Quibus tamē verbis nihil nisi longæuam vitam significat. 2 Cæterum **שׁוֹמֵר**, ut ait Aben Ezra, tempus duarum generationum complectitur, hoc est, centum annos, quod tempus Latinis seculum dicitur. Passim autē in scriptura pro longo tempore vsurpari solet. Hinc Hebraei frequenter vtuntur hoc vocabulo pro generatione siue ætate hominis, ut in Esaiæ. 38. ca. patet.

3 Item, Seculare pro mundano vsurpat Paulus ad Titum. 2. Secularia desideria,

DIVINAE SCRIPTURAE

desideria, id est, mundana. Alioqui Latinis seculare dicitur, quod centesimo quoque anno instauratur, vt Ludi seu seculares.

4. Secula seculorum, periphrasis est quaedam apud Hebraeos, qua vulgo exprimitur aeternitatem, sicut saepe videmus hunc Tropum in sacris literis. Ad Ephesios capite tertio: Sicut gloria in Ecclesia per Christum Iesum in omnes aetates seculi seculorum, id est, illius seculi, quod succedentibus perpetuo seculis nunquam habebit finem.

STYGMATA.

1. Graeca vox est, significat autem notam impressam. Solent autem serui notari a dominis, ne quis alienus illos pro suis possit esse ere. *ide Paul.* Sentit igitur Paulus se certas habere notas, quod sit seruus Iesu Christi, pro quo tam multa passus fuerat, ad Galat. 6.

SATAN.

1. **S** Satan Hebraeis sonat aduersarium, & qui obsistit atque obturbat, Satan enim aduersari significat. Vnde & nomen Satan, quem corrupto nomine appellamus Satanas, aduersarius vocatur: quia omnibus sanctissimis rebus se se opponit. Marth 4. Vade Satana. Ita & diabolus Hebraeis significat Satan, vt vtrunque autem aduersarium & calumniatorem. Ita dicebat Dauid, 2. Samuelis. 19. Quid mihi & vobis filij Zerula, cur efficiamini mihi hodie in Satan, id est, pro aduersario? Sua debant enim occidere Semei, atque ita funestum reddere Dauid reditum volebat. At quia veterator ille spiritus nusquam non aduersatur nobis ac pessima vbique suadet, tum ad vltionem postulat, peculiariter coepit Satan vocari. Vnde, 1. Paralip. 21. Consurrexit autem Satan contra Israe'l, & incitauit Dauid, vt numeraret Israe'l. Sed Iob 1. & 2. studia eius plenius describuntur, qui totus in hoc est, vt nobis aduersetur & noceat. Vnde Petrus ipsum vltimo capite Epistolae suae prioris, rugienti leoni obambulanti et quereanti quem deuoret, similem facit. Et Zacha. 3. capite: Satan stabat a dextris, vt aduersaretur ei, &c.

vide Paul.

2. Satanæ autem tradere, est in aduersitatem conijcere, ad interitum carnis, hoc est, ad mortificandū externum hominem, adeoque ipsum scelus designatum. 3. Proinde scripturarum more Satanæ tradere dixit Paulus, pro eo quod est adfigere, confundere, perturbare. Sic enim Iob Satanæ traditus est, & Paulo refertur datus angelus Satanæ, qui colaphizet ipsum. Augustinus in sermone Domini in monte ait, incertum esse qua vindicta punitus fornicarius ille, quem Paulus tradidit Sathanæ, 1. Corinthiorum 5. Chrysostom. docet, scelerosos homines ita traditos fuisse Sathanæ, vt Iob traditus fuit: vt scilicet, Sathan possit seruire in illos, hoc est, in carnem & corpus, in animas vero minime. Vnde tradi aliquem Sathanæ, erat potestatem diabolo facere, vt eum correptum vexaret in carne, quem Ecclesia excommunicabat & anathematizabat in spiritu. Quæ correptio & vexatio Sathanica in primitiua Ecclesia iuxta quorundam patrum

PHRASES.

194

rum sententiam, solebat esse mirabilis, vt fideles inde crederent diuinam potentiam & virtutem excommunicationis, & extimescerent eam, aliquando subire. Sicque à peccatis illis nepharijs sese temperarent.

SIMILITVDINIS.

1. Similitudinis nota saepe praemittitur, vt Genesis trigessimono scribitur: Iudas habitabit Leo, pro sicut Leo. Et Esaias: Accubabit affinus, pro sicut affinus. Et Psalmo vndecimo.

SIGNVM EXTERNVM

pro re spirituali.

1. Sacrae scripturae illud non infrequens est, quod Metonymyce scilicet transferatur signati nomen ad signum. Illud iam confirmabimus scripturarū locis, Gene. 17. Hoc est pactū meū quod obseruabitis inter me & vos, semē tuū post te: Circūcideret ex vobis omne masculinū, & circūcideret carnem praepitij vestri, vt sit signum foederis quod est inter me & vos. Infans octo dierum circūcideret in vobis. Omnis mas in generationibus vestris, tam vernaculus quam emptitius circūcideret. Primo videmus hic pactum siue testamentum adpellari symbolum testamenti, circūcisionem Metonymycōs scilicet, Circūcisio testamentum, transfertur enim signati nomen ad signum.

Secundo, videmus idem signum vocari signum foederis, quod iam pactum adpellatum erat. Tertio, est signum eius foederis, quod erat inter Deum & Abraham. Ergo infantes quoque erant in foedere: dabatur enim eis signum, vt esset indicio eos perinde esse in foedere atque Abrahamum. Igitur & nostri non minus sunt in foedere quam isti, Nos enim sumus promissionis filij, vt ex Galatis patet. Quarto circūciduntur etiam vernaculi atq; emptitij, vnde familiam quoque videmus adnumerari patrono siue domino.

SVBITVM.

1. Improvisum nonnunquam in sacra scriptura significat, quod caro non prouidet, Vnde Prouer. 36. Vnde impium exaltatum & eleuatum sicut Cedros Libani, &c. Et. 20. Extinguetur lumen eius in medijs tenebris, &c.

SUPERBI.

1. Superbi & impij, superbis ac insidiantibus bestijs conferuntur, videlicet Tigribus, Leopardis, Leonibus, Lupis. Iob 4. Rugitus leonis &c. In Hebreo habes quinque nomina, quibus leo significatur. Sic Esau leoni rapaci confertur. Et Edom superbis & de Ismaelitis ac filijs Loth latrocinantibus. Et Madianite sunt quadrinomines in feri pura. Madianita, Agareni & Cedareni vocantur Hiere.

2. Item, Superbus pro praefacto, ad Titum primo capite Paulus.

STATVERE.

1. Statuere verba, est implere, nec iacere permittere, sed perficere Dauidicis

b 3

DIVINAE SCRIPTURAE

mentis nono capite. Et statuit verba quae loquutus est super nos, id est, verba sua compleuit, nec iacere permittit: sed sicut minatus est, ita etiam perfecit. 2 Statuere legem, pro stabilire, falcire, Roma. 3 capite.

SCINDERE.

1 Scindere vestem siue pallium, tunicam, & tondere comam capitis, symbola luctus. Sic Iob capite, i. se suae gentis moribus accommodabat. Hunc autem lugendi morem fuisse praeficit, etiam sequenti capite Iob patet. Et testatur Iacob, qui nuntiata Ioseph scissis vestibus, indutus est sacco. Declarabat sane his signis suam gloriam a se alienatam. Sic in Threnis, Demiserunt capita sua in terram. Sic Pontifex discidit vestimenta, Matth. 26.

SICLVS.

1 Siclus interim in drachmam, interim in didrachmam in sacris literis est translatus.

SENSVS SPIRITVALES.

1 Spirituales res non corporalibus sensibus, sed spiritualibus rimandae sunt. Vnde in Deuteronomio: Videte, quonia ego sum Dominus. Et in Psalmo: Inclinate aurem vestra in verba oris mei. Et in Euangelio: Qui habet aures audiendi, audiat. In Psalmo: Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Et Apostolus: Bonus odor sumus. Et in Euangelio, Dominus mulierem fide se terigisse magis quam corpore ostendit, dicens: Teriguit me aliquis. Sic ergo diligenter obseruandum est, quid ad corporis sensus, et quid ad anime pertineat dignitate, ne ordo praeposterus veritatem confundat. Plura & quidem pulchriora Lactantius Firmianus diuinarum Institutionu lib. 6. cap. 20. 21. 22. 23. de quinque sensuum volupcratibus differit.

SVMVM.

1 Summum Moyses posuit Deutero. capite 4. pro extremitate, extremitate dico Ortus & Occasus, Septentrionis & Meridiei. A summo, inquit, caeli vsque ad summum eius. Hoc est, a fine caeli vsque ad finem caeli, a loco vbi terminus caelo est, vsque ad alterum terminum, ab Horizonte ad Horizontem.

SVPR.

1 Mos est Hebraeis, vt praepositionem על , quae supra aut propter significat, addunt voci על , Hoc est verbo aut rei, & loco aduerbij rotum proferri neque resoluti debet apud nos & Graecos in id quod est, propter verbu tuum aut sermonem tuum: sed, propter te. Sic & Deuteronomij 21. Propter sermones tuos.

STVLTVS.

1 בבל , id est, Stultus. Verum non quamlibet stultitiam, sed quae sit sum scelere coniuncta, hoc nomine significat. Nam dicitur בבל vitium oblatum Dinæ filiae Iacob, Gene. 34. stuprum virginis, Deu 22. sacrilegiu ex anathemate Hiericho, Iosue, 7. scelus admissum in vxo-

PHRASES.

rem Leuitae. Iudic. 19. Vis illa pudicitiae Thamar, 2. Reg. 13. Hec autem non tam stulticia, quam perditae nequiciae et peruersitatis facinora fuerit. Hinc & Abigail de viro suo, qui durus & maliciosus erat, dicebat: Iuxta nomen suum se habet, בבל vocatur & בבל , id est, nequitia & peruersitas cu eo. Sic et Hoseae secundo: Et nunc reuelabo בבל , id est, perditam superstitionibus & alijs vitijs vitam eius, coram oculis amatorum eius. Vt igitur folium, cui succus eius defecit: item cadauer, eo quod excesserit vita, בבל dicitur, sic puto & nihili hominem, cui desit recta ratio, verae vitae succus, בבל nominari. De quo & Psalmo primo in versu tertio. Et Deuteronomij trigesimo secundo capite sapienti opponitur populus בבל , id est, stultus & non בבל , id est, sapiens, Psalmo decimo quarto. Hinc stulticia summum scelus Hebraeis significat. Hieremiae vigesimo nono capite. Quo stulte peccauissent: Israel. Stultitiam supremum esse malorum omnium in Paradiso Tullius disputat.

SCRIPTURAE MOS.

1 Sic nonnunquam habet scripturae mos, vt dicat alicuius esse, & quod ipse facit, & quod ei sit ad alio. Ita dicitur diuina bonitas Dei, quod eam exhibeat: dicitur eadem hominis, quod eam percipiat. Ad hunc modum inducitur Deus dicere de Christo Psal. 2. Rex meus, eo quod illi dederit vt rex esset. Eundem vocat & Ecclesia regem suum, nempe quod ipsam regat. Psalmo quinquagesimo nono vocat Dauid bonitatem suam, qua Deus ipsum dignabatur, & erat adiuturus.

SEPVLCRVM PATENS.

1 Elegans & cum primis apta Allegoria est in impios, quam Psalmo quinto explicat Propheta his verbis: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguas suis dolose agebant. Na sicut sepulchra ideo aperiantur, vt mortuos recipiant, Ita impij semper hiant, & nihil desiderant aliud, nisi interitum & perditionem aliorum. Hac est charitas multorum Christianorum.

TACERE.



1 **TACERE**, in scriptura nonnunquam nihil aliud, est quam **QUIETAS** patientiam habere: qui Tropus frequens est in sacris literis. Sic Exo. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Quid est tacebitis? id est, quieti eritis, nihil ad rem facietis, sed agitis quasi negotium nihil ad vos pertineat. Esaiæ capite quadagesimo primo: Taceant ad me insulae, & gentes metuent fortitudinem. 2 Sed ex capite 30. eiusdem Prophetae patet, quid sit Tacere & tumultuari, nempe alterum pati & quiescere, alterum moveri & mouere omnia, & vt dicitur: Caelum & terram miscere. Hoc

racere & quiescere Psalmo quarto reperitur. 3. Breuiter, Huiusmodi verbis ocium & securitatem quā habent qui Deo fidunt, significat. 4. Item verbum Tacendi positum nonnunquam reperimus pro aufcultandi verbo, per Metalepsim, Qui enim silentium postulat, aufcultationem quarunt Eisaia. 41. Taceant ad me insulae, & 26.

TIMOR DEI.

1. Videtur Hebraeae linguae proprium esse, vt timorem Dei vocet id quod nos cultū, merū Dei, seu pietatē dicimus, Graece *θεοσεβείαν* pietatem Dei que venerationem, declarantes nihil esse aliud Deum in sacris literis timere, quā apud gentes cum venerari, pieque colere. Sed talis timor est, qualis filij erga parentes dilectos, non seruitutis iugum sub tyrannide. Tali reuerentia seu timore cum amore coniuncto coluerunt sancti patres Deum, vt Gene. trigesimo primo. Et Moses duo illa coniungit, timorem & obseruantiam praeceptorum, Deuter. sexto. Vt timeas Dominum, &c. 2. Vnde Timere Deum nihil aliud est, quā Deum colere. Sic coluerunt omnes pii: nam talis timor seu cultus est fiducia in Deum, & conuersatio coram Domino recta, ac ei seruire: quando impij secrete agentes suisque libidinibus seruientes, deum contemnunt ac negligunt. 3. Timor ergo Dei, cultum significat. Nam vbi Deus meruitur, ibi vere colitur. Sic & Tremor saepe cum timore solet coniungi, vt Psalmo secundo, & Paulus facere consuevit. 4. Item Terror quoque accipitur in scripturis interdum pro religione, 2. Corinth. 3. cap. Terrorem illum Domini, &c. Et illud quoque in scriptura frequens est, vt quas sumit Deus de improbis poenas, per terrorem significat, vt Psalmo secundo. Et in indignatione sua terreat eos. 5. Hinc duplex Timor oritur. Timor reuerentiae seu filialis, est quo filius patrem timet, id est, reueretur. Hunc timorem latini reuerentiam vocant. De quo timore Ecclesiastes vltimo capite: Time Deum, & serua mandata eius. De illo timore plena est scriptura, & admonet commendatque nobis hunc summa charitate.

Alter est Timor poenae seruilis, qui. 1. Ioannis quarto capite describitur: Timor poenam habet, id est, adfligit et cruciat. Romano. 8. Vos enim non accepistis spiritum seruitutis. De quo spiritu seruitutis in litera S, diximus. ~~Sunt etiam qui timorem Dei, non per se, sed per poenam, adiuuant. De quo timore, Romano. 8. Vos enim non accepistis spiritum seruitutis.~~

6. Nocturnus porro Timor est, vbi omnia aguntur in mala conscientia, in dei ignorantia, in meris tenebris, tali obliuione & contemptu Dei, quali non sit aliquis Deus. Vbi fit iusto Dei iudicio, vt impius semper sibi mali conscius, quum Deum sancto & filiali timore non timeat, tamen omnia vel tuta timeat, velut Cain qui proprie hoc timore nocturno adiciebatur. Vnde in Psalmo: Non est timor Dei coram oculis eorum, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Et in Prouerbijs: Fugit impius nemine persequente. De quibus iterum

rum

rum Psalmo. Fiat via illorum tenebrae. Hoc nimirum est, quod Deuteronomij vigesimo octauo, dicitur: Quod si audire nolueritis vocem Domini, palpabitis in meridie, sicut palpare solet caecus in meridie.

TENEBRAE.

1. Sanè per Tenebras fermè tribulationem, miseriam, aduersitatēque intelligunt, sicut per lucem felicitatem, vt post tenebras spero lucem. *Esaia* quinto capite: Adspiciemus ad terram, & ecce tenebrae, id est, quærent vbi que auxilium, & nihil præter tenebras occurret. Hæ nimirum tenebrae illæ exteriores, quas interminatus est Iudæis Dominus *Esaia* decimo tertio. Quia stella caeli & succula eius non facient fulgere lumen ipsorum, hoc est, nulla refocillabitur consolatione, sed aduersa erunt omnia. 2. Item sunt Tenebrae ignorantiae, iuxta illud: Tenebris obscuratum habentes cor. Demique peccatores & impij omnes tenebrae sunt. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Item Ioan. 3. vocantur Christi ignorantia, et quicquid præ Christo homines seculi amant. 3. Item Tenebrae nonnunquam supplicia, & damnatorum desperationem, vt est in Euangelio: Mitte eum in tenebras exteriores. 4. Item Tenebrarū nomine vocat Paulus commensationes, lasciuias, simulachrorum cultum, & similia.

TELOS.

1. Finem nonnunquam Latini exponunt, nonnunquam consummationem ac perfectionem sonat, non interitum, vt Rom. 10. capite: Finis enim legis Christus. Nam Graeci quod absolutum & omnibus quæ solent requiri perfectum est, *τέλειος* adpellant. Quod & Augustinus explanans Psalmo quinto indicauit.

TENTARE.

1. Tentare Latinis significat exasperare, irritare. Sic Exodi decimo septimo capite, patientiam & longanimitatem Dei irritant ac contemnunt. Et in Actis: Quis tentatis Dominum, vt imponatis iugum super ceruices discipulorum? 2. Breuiter, Est Deo obstrepere, seu murmurare vel indignari, & cum vel contemptu Dei, adeoque ex infidelitate audere, & omnino experimentum de aliquo sumere. Exodi. 17. 14. Esa. 8. Num. 14. 21. 22. Heb. 2. Matth. 4. clarissime patet. Nam id scriptura vocat murmurare aduersus Deum.

3. Tentatio Hebraeis non modo probationem quandam significare, verumetiam afflictionem, vexationem. Deu 7. Tentationes magnas. 4. Hinc Tentatio est, à dextris & à sinistris. A dextris tentamur, quū abundant carnis felicitates, sanitas, diuitiae, maiestas, gloria. Tentamur & à sinistris, cruce, afflictione, & id genus malis.

TRANSIRE.

1. Transire, verbum est nonnunquam forense, & idem est quod in potestatem venire seu redigere & conditionem mutare, vt quum serui sunt qui liberi erant, quemodo in rebus Aegyptiacis in Genesi ha-

b 5

berur,

Detur, capite 47. Et populum ipsum transire fecit ad civitatem de termino ad terminum: quasi dicat Moses. Non solum tellus ipsa facta est Pharaonis, sed & populum ipsum oppidatim proprium fecit Pharaoni, de suo iure in ius Pharaonis fecit transire, idem quod capite dimini. Sic Exodi capite decimotertio: Separabis omne quod aperit vulvam Domino. Hebraeus legit *תפריע*, transire facias, id est, Māncipi facias Domino omne primogenitum. Hęc loquutio figurata quę Hieremię decimoquinto capite reperitur: Transferā te in terram hostilem ignotam tibi. 2 Item Pertransire gregem, pro recensere, numerare vsurpatur, vt alibi tractauimus.

3 Transire Dei, elegantissimus Idiotissimus linguę sacrę, est vim atque energiam suam declarare, iuxta naturam casus adiuncti, vt Dominus transiuit per Aegyptum, nempe occidendo primogenita. Transiit super faciem Moisi, cum cognitione sui aliqua illustrando, & id genus alij. Sic Hoseę decimo: Ego transij super bonum collum eius, hoc est, iugum induxi collo. 4 Transiit Dominus, quando se patet, sicut contaminato populo in Aegypto, per Molen & Aaronem se aperuit. Ezechielis 16. capite. Et transiui prope te.

T A V R I.

1 Per Tauros nonnunquam doctores intelligimus, vt quorum est colere terram sua eruditione. Sicut & Paulus 1. Corinth. nono locum Deuteronomij addacit: Non obligabis os boui trituranti. Nunquid cura est Deo de bobus? Esaia trigesimo capite. Et tauri & pulli colentes terram. 2 Porro apud Dauidem vocantur plerunque fortes, potentes, diuites, & de suis viribus praesumentes.

3 Vaccę autem siue vituli populorum, id est, plebei & subditi, vna tamen impietate contra Dominū, & verbum eius coniuncti. Sic Psalmo vigesimo primo Christus conqueritur, dicens: Circumderunt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me. Et Psalmo 67. Congregatio taurorum in vaccis populorum.

T A B E R N A C V L V M.

1 Non vacat mysterio, quod scriptura sancta similitudine eorum vtitur, qui in tabernaculis habitant. Nam peregrini in hoc seculo sumus, nec habemus hic manentem civitatem. Vide Basilium Magnum in Psalmo 14. annotauit terrenā hanc habitationem, quam ceu hospites in prociuctu colimus, tabernaculi nomine siue tērorij significari. Olim autem Hierusalem & Iudęa erant tabernaculum, nunc verō totus mūdus, vaticinio Esa. 54. Dilata loca tabernaculorum tuorum &c. 3 Item Tabernaculum testimonij: sic vocatū est, quod illic conueniret coetus Israel ad adorandum & sacrificandū. Significat enim *בית*, conuenire & contestari. Capitur etiam saepe pro diuina promissione, iuxta illud Psalmi 119. Testimonium Domini fidele, id est, ed quod lex Domini iustus sit testimonium ad vitam, & impijs ad mortem.

3 Item,

3 Item, Tabernaculum vocat protectionem gloriofarum domuum, cuius vsus erit, vt custodiant ab estu in persecuotione, ita vt per diem sol non vrat nos. Hoc aestu solis sponfa denigratam se fateatur. At spiritus sanctus venit super pios, & virtus altissimi obūbrabit ipsis. Vnde & dicunt: Dominus protexit me in abscondito tabernaculi sui. Similiter defenduntur in die irę, quę sicut tempestas erumper super caput impiorum. 4 Itē, ciuitatem munitā, vt Psal. 30. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarū. 5 Ad hęc Tabernaculum Ecclesia dicitur militans Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? 6 Itē, corpus ipsum & vas fragile vniuscuiusq; animę fidelis, siue animę pij in hac mūdi peregrinatione degens, subinde absoluti & esse cū Christo cupiens, 2. Petri 1. Admodū extenuans, dum non domū (corpus suū) sed tabernaculum, tuguriū appellat, vt pastores habitare solent. 7 Hac eadē forma loquendi & D. Paulus corpus domiciliū, vas testaceū seu fictile nuncupat, 2. Cor. 4. duasq; facit habitationes, & duas peregrinationes &c. 8 Tabernaculum pro domo apud Iob 5. apparet: Et tabernacula impiorū non compareant. More Orientalium, habitant enim magna ex parte in tabernaculis.

9 Sic & Psalmo 91. versu 10. vxorem intelligit & liberos, qui domi agere solent. Hinc quum scriptura vellet Iacob Patriarcham a studio vitę tranquillioris & vmbrae commēdare, testatur eum versatum in tabernaculis. 10 Et pro familia, vt Iob 11. *κατωμμικτός*, quamuis nonnulli referant ad corpus, quod animę domicilium, vt infra patebit. 11 Porro hoc interest inter Festum tabernaculorū vetus & nostrum, quod illi memoriam celebrāt singulis annis tabernaculorum olim in deserto habitatorum. Nos autem spe salui facti, gemimus adhuc in tabernaculis agentes, vt absoluamur quandoq; a corruptione, 2. Cori. 5. Roma. 8 Atque eiusmodi spirituale festum olim quoque non ignorabant patres sancti. Vnde Esaia 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine. Hęc tabernacula Dei sunt, conuentus & congregationes populi, quę est pulchra & sancta Ecclesia. Numeri. 24. Quā pulchra tabernacula tua. Et Proverb. 14. capite. Tabernacula iustorum.

T E S T I S.

1 Testem Hebręi pro praedicatorē nonnunquam accipiunt, Esa. 55. Ecce dabo testem populis. Quomodo & in actis: Eritis mihi testes in omni Iudęa, &c. hoc est, praedicabitis & testabimini de Iudęis, Samaritis, & cunctis gentibus. Nam testari vsū scripturę idem est quod verbum Dei annunciare, vt Psalmo 80. Audi populus meus, & contestabor te. Et Psalmo 121. Illuc enim ascenderunt tribus Domini testimonium, hoc est, populus Dei ascendit ad templum Dei, ad audiendum verbum Domini, & annuntiandum de Israēle suo.

2 Hinc verbum Dñi in scriptura testimonium appellatur. Et ob hęc causam, quod Deus solet verbum suum per homines eloqui, qui testes sunt

sunt ad populum ut ex superioribus patet. Nam id quod testatur, non videtur, sed auditur, & tantum creditur.

3 Hinc Testimonium nihil aliud est, quam verbum Domini per angelos vel homines eloquutum, quod fidem requirit. 4 Et promissa Dei simul & iussa, testimonia Dei dicuntur, quae nobis scilicet, de eius voluntate testantur. His itaque dum studemus, dum incumbimus, & testimonia & foedus observamus: tunc & sentimus atque experimur, ut verè nihil nisi bonitas sit & fides, quicquid nobis Deus praecipit, quicquid à nobis poscit, hoc est, cuncta eius via, in quibus postulat ut gradiamur. 5 Alias Testamenta sunt, quae aliquid testantur, siue alicuius rei memoriam faciunt, ut est Sabbatum, Pauca &c.

6 Testimonium ferre aut testari, Hebraeis annuntiare, & exacte exponere significat, confiteri etiam, non solum in iure, sed in omni sermone, Exodi vigesimo. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium, hoc praecipit veterum, ne quis aut mendacium in proximum confingat, aut proximi dicta calumnietur, quod ex capite decimonono Levitici facile deprehenditur. 7 Testimonium, 1. Corinth. 1. Paulus capit pro eo quod sibi à Deo demandatum erat.

8 Testimonium Dei, mandatum & praecipitum Dei, testem ergo esse, aut testimonium ferre Hebraico more, significat id quod alicui demandatum est, strenue & constanter exequi. 9 Testificari quoque capitur in scriptura pro apparere, loqui, exhortari, aut convenire eum, cum quo loquaris, Exodi 29. Testificabor quoque ibi filijs Israel.

10 Item, Inclina cor meum in testimonia tua: nihil aliud est, quam voluntatem meam, cogitationes meas, desiderium meum inflerte ad ea quae loquutus es, ad tua oracula, praecipita tua, in quibus vita & animi & corporis posita est. Apparet in hoc loco testari nonnunquam sumi, pro eo quod est loqui Deum cum homine, & testimonia Dei esse eius oracula, eius voces, eius eloquia, Numeri 17. Vbi testificabor vobis, aut testimonium mei vobis exhibebitur, ubi mei conestatio vobis fiet.

TURRES.

2 Turres & muri in scripturis allegorice significant duces & protectores et maiores in populo. Sic Psalm. 121. Fiat pax in muris tuis, id est, in maioribus, & abundantia in turribus tuis, id est, in rectoribus Ecclesiae. Et Psalmo quadagesimonono. Ecce muri tui in oculis meis semper. Sic etiam Psalmo 17. In Deo transgrediar murum, id est, omnem potentiam huius mundi, in qua fortis ille custodit atrium suum, donec fortior veniat, & vincat eum. 2 Porro turris nomen Domini est. Turris fortissima, nomen Domini. 3 Turris item Ecclesia est.

TRIBVS IOSEPH.

1 Quod si alicubi in scripturis reperimus tribum Ioseph, intelligimus eum

tribum Manasse & tribum Ephraim. Nam Ioseph per se nullum tribum constituit.

TYPORVM RATIO.

1 Typi & figurae non usque adeo omnibus numeris quadrant veritati, & in omnem (ut aiunt) angulum, ut nihil desit, nihil superfit. Semper vero in typo quiddam est, quod veritati respondeat, licet non per omnia. Haec autem non sunt in quibus fidei cardo versatur, quare in hisce rebus nequaquam contendere, Spirituales sunt deliciae, quae mentem piam oblectant & recreant, quas impia mens rejicit & contemnit.

TEMPORIS REDEMPTIO.

1 Cum dies seculi huius mali sunt, peccandi occasionem ubique obijciantes, est nobis circumspecte conservandum, benefaciendi occasio, ut res pretiosa velut emenda, hoc est, omni studio, et posthabitis rebus alijs omnibus quaerenda, id quod Dominus in Euangelio, & item Paulus vigilare vocat. 2 Validissimum itaque est praecipitum, redimere occasionem, id est, ut quisque suae vocationi seruiat. Ea est enim cuiusque occasio. Hac de re praecipit Paulus Romanorum duodecimo, & 1. Corinthi. 12. ut suum quodque membrum officium faciat. Sape & in Proverbijs praecipitum est, ut per occasionem laboremus, hoc est, ut suum quisque officium faciat. Idem fere totus Ecclesiastes docet, debere vnumquemque suo officio fungi, in fide & timore Dei. Consule ad hoc Paraphrases Erasmi Roterodami.

TRITVRARE.

1 Triturare est idem quod praedicare. Apostolus prima Corinth. nono probat: Non obligabis os boui trituranti. Sic apud Michae quartio pictur: Surge & tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum. & vngulas tuas ponam areas, & comminues populos multos &c. At cornu ferreum & vngulae areae, quid sunt, nisi illud Christi: Ego dabo vobis os & sapientiam &c. 2 Triturare ferreis plaustris, est conculcare, Quae metaphora est ducta à bobus paleas triturantibus, & frumenta excutientibus, Amos primo capite. Trituravit plaustris ferreis, hoc est, rotis dentatis. Quae usus est Esa. 25. Triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleae plaustro, 4. Regum 8.

TORCVLARIA.

1 Torcularia significant mystice passionem, ut Esaiae 49. Torcular calcavi solus. Quod omnes sacri patres de Christi passione intelligunt. Verum Beatus Augustinus satis erudite, per Torcular intelligit ministerium verbi Dei in Ecclesia, in quam sententiam plures scripturae consonant, ut Esaiae 5. Et torcular extruxit in ea. Sicut enim boves in area terentes significant praedicatores, 1. Corinthiorum 9. Ita & calcantes in torculari eosdem significant. Hinc vinacia & palea triticum & vinum in scripturis passim significant populos verbo Dei vel eruditos, vel induratos.

DIVINAE SCRIPTURAE
TERRA.

1 Genesii primo capite. Terra vniuersaliter appellata simul cum ipsa aquis, terra adhaerentibus, sicut appellata est in isto Psalmo, ubi caelestium laudibus terminatis, ad terram facta est conuersio sermonis & dictum: Laudate Dominum de terra, dracones &c. Nec postea dictum est: Laudate Dominum de aquis. Ibi enim sunt omnes abyssi, quae tamen de terra laudant Dominum. Ibi etiam reptilia & volatilia pennata, quae nihilominus de terra laudant Dominum, secundum istam vniuersalem appellationem terrae, secundum quam etiam de toto mundo dicitur: Deus qui fecit caelum & terram, siue de arida, siue de aquis, quaecumque creata sunt, de terra creata, veraciter intelliguntur. Augustinus de Genesi, ad literam, libro nono, capite primo.

2 Sapius dicuntur terreni homines, ut sit terra *συσταδοχικός*, pro agentibus in terra, Gene 6. cap. Corrupta est autem terra coram Deo, id est, adeo peruerse vivebant homines, ut ne Deum quidem reuerentur. Nam corruptum esse coram Deo, est illius mandatis repugnare.

3 Sic Esai. 1. Quum surrexerit ipse ad concutiendam terram, hoc est, terrenos homines, indigni qui nominentur homines: sed vti terra sunt, ita terrena sola sapiunt. Sic Esai. capit. vndecimo terrenos homines, qui praeter terram sapiunt nihil, & non caelestis vocationis participes: Terram vocat nimirum illos ipsos, quos & impios vocat.

4 Terra pro regione nonnunquam capitur, quomodo sexcentis scripturae locis est videre. Itali quoque & Galli in loco terram pro regione ac patria capiunt, Hieremi. 4. Consummationem non faciam &c. Deutero. 4. In hac humo: vel iuxta Septuaginta: Ego enim morior in terra hac, id est, hac regione.

5 Et Aben Ezra, per extremum terrae, quemlibet terrae locum intelligit.

6 Item Terra fatigata dicitur, quando perpetuo radijs solaribus aduritur, ideo & nullum fructum adfert & deserta est, Esai. quinquagesimo secundo capite.

7 Item Terra nonnunquam usurpatur pro potentibus, sapientibus, in terra & mundo viuentibus, quorum corda, mentes & sensus & animi nihil nisi qui terrena sunt sapiunt. Quae quidem terra nunquam non mouetur, ubi Dei verbum vigere sentit, eo quod illud caeleste, & omnino spirituale sit, Psal. 17. Et Paulum ad Galat. 3. lege de hac Allegoria. Nam semper aduersatur spiritui.

8 Similiter legimus in Euangelistis, in resurrectione Christi terram commotam fuisse.

9 Item Terra pro habitaculo, domicilio, vel conuersatione, Esai. 26. negat quod habitationem iucundam scilicet habitaturi sunt impij tyrani.

10 Porro Terra Domini, terra Israel, & montes eius, sicut montes Hierusalem. Esai. 14. Ut conteratur Assur in terra mea, & super montes meos edulcetur eum. Sic etiam eod. ca. populus per terram exprimitur, reges vero & principes per abietes & cedros Libani: Contingit omnis terra, etiam abietes laterati sunt tibi Cedri Libani.

11 Terra

PHRASES.

799

11 Terra Israel decor Jacob dicta, Psalmo 47. 12 In terram longinquam manibus proijcere, id est, in terram distantem longo intervallo. 13 Terra siue caro in scriptura filere coram facie Domini, non in vno loco dicitur, quod idem est dicere: Domini est omne regnum, hoc est, nomini eius honorem det omnis mundus tanta reuerentia, ut coram ipso fileat, & plane Dominum fateatur, Zachariae capite secundo. Siluit omnis caro.

TERRA VIVENTIVM.

1 Simplicissimo Tropo scripturae nihil aliud est Terra viuentium, quam haec praesens vita, in qua nos viuimus & habitamus. Esai. capite quinquagesimo tertio describens mortem & passionem Christi, sic ait: Abscisus est de terra viuentium. Et adhuc clarius Ezechias explicat, ut illud ex sua Cantione videre licet, quum ait: Ego vadam ad portas inferi: Non videbo Dominum in terra viuentium. Hieremiae vndecimo capite. Et excidamus eum de terra viuentium. Sic David Psalmo 124. Placebo Domino in regione viuorum. Item Psal. vigesimo sexto, &c. 141. Credo videre bona Domini in terra viuentium, factis indicat de fide dici, quae est in hac vita sanctis. Eodem Tropo vsus est Christus Matthaei quinto. Beati mires, quoniam possidebant terram.

2 Terrae columnae, Terra nulla re sustentatur, nisi manu Dei, quemadmodum Job 26 dicitur: Qui appendit terram suam super nihili. Tamen Psal. 74 Ego confirmaui columnas eius. Sumitur Metaphora ab aedificijs nostris, quemadmodum et Job 9. Qui commouet terram de loco suo, & columnae eius concutiuntur. Et Job cap. 16. Columnae quoque caeli dicuntur.

TEMPVS.

1 Tempus, Gen. 1. Et erunt signa & tempora, non id est, quod a Philosophis mensura motus vocatur, et de quo Plato. De hoc tempore intellexit inferius cum dixit, erunt in dies & annos: sed hic tempora vocantur, dies, statim, ac solennes, quos Hebraei a contestatione atque admonitione *מיוערי* appellant à verbo *יער*, id est, testatus est: quarum dierum frequentissima est mentio in sacris literis, earum itaque Sol & Luna indices sunt: ad solis enim a lunae cursum, huiusmodi dies celebrantur, ac repetuntur.

2 Tempus & tempora apud Danie. 7. tradentur, inquit, in manus eius, vsque ad tempus & tempora et dimidium temporis, hoc est, ad annos tres cum dimidio. Sic etiam metaphrasae Ioannis: Et data est ei potestas ut faceret bellum menses quadraginta duos. Ecce totidem menses faciunt annos tres cum dimidio. Et tanto quidem tempore prophatum erat sub Antiocho templo, qui et ipse Antichristi figura. Et cap. 12. Ad tempus & tempora & dimidium Ioannes claram paraphrasim posuit, dicens: Ad modicum tempus, quo modo loquendi frequenter vitur quoties breuitatem huius vitae indicare vult. Nam quia hebdomada plenus numerus est, dimidiata hebdomada, abbreviati temporis symbolum est. Sic Ioannes Apocal. cap. 11. dicit corpus

tempora Prophetarum per tres dies & dimidium, non poni in momentum. Item capite decimotertio describit per menses quadraginta duos, qui & ipsi tres annos cum dimidio reddunt. Et infra dies mille ducentos nonaginta, & iterum dies 1235. circiter tres annos cum dimidio constituunt. 3 Tempus nouissimum, in scriptura omne illud spacium à natiuitate & ascensione Iesu Christi, vsque ad consummationem seculi, quicquid interim gestum est, aut fieri adhuc, dicitur fieri in nouissimis diebus. 4 Tempori seruientes. Dicitur est Pauli, quasi dicat, omnibus omnia factus sum. Si quicquid vlli hominum facis, tanquam Deo ipsi facias, aded non licet tuæ glorie, voluptati, auaritiæ inferuire, Matthæi vigesimoquinto capite. Quam diu fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Cogita te Domino inferuire, non hominibus. 5 Tropo sacræ scripturæ extrema tempora Apostoli vocant, quibus Deus misit filium suum, Galat. quarto capite. Quibus Christus ipse docuit, quibus nihil præter Christum doceri vult. Sicut in Epistola ad Hebræos inquit: Loquutus est patribus per Prophetas, extremis autem diebus loquutus est per filium. Vocant enim hæc vltima tempora ab ascensione Domini, ad extremum vsque iudicium. 6 Item Termini ætatum, 1. Corinth. decimo capite. quoque vltima ætas est à Christo ad consummationem seculi. Prophetæ nouissimum tempus, Ioannes nouissimam horam vocat: vt alibi explicatum est. 7 Tempus in loco significat oportunitatem & occasionem *καιρὸν* pro quo vsurpat *ὥρα*, Roman. 14. 8 Item Tempora, modus loquendi est, cum annorum multitudinem & longa tempora significant. Dimidium vero temporis signat ablationem & euerisionem. 9 Mos scripturæ est, Tempus exactum ac finitum dicere impletum, Actorum secundo capite. Cum impleri essent dies Penthecostes, id est, evoluti iam ac transacti. Ita Lucæ primo: Cum impletum esset tempus Elizabeth pariendi, vt Exodi vigesimoquarto capite. Implebo dies tuos, pro eo quod est, non abbreuiabo eos, sed faciam diuturnos. Sic ad Galatas 3. capite. Vbi autem tempus fuit completum. Et ad Ephesios, Plenitudinem temporis vocans, quod Hebræi Statutum, nam Hebræi *מִצְוָה* quod militiam significat, & tempus statutum ac exercitum. 10 In quibusdam scripturæ locis vocantur nouissimi dies, in quibus nasci & debebat Christus, per quem dimissa sunt peccata nostra.

TEMPLVM DEI.

1 Significat quemvis locum, in quo populus Dei conuenit ad verbum, qui cum sit vere templum Dei à se non inepte denominatum. 1 Sic Ecclesia & populum & domum significat. Hinc Paulus vocat Christianos homines viaa Tempa Dei spiritui sancto consecrata, Psalmo decimo. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius, Sedes Dei, est anima pia, ac sancta & coelestis. Arque sic in spiritu

spiritu cælum & terra conueniunt in vnum, & nihil differunt, nisi fide & spe. 4 Templum Dei prophanare & perdere, sunt hi qui pro Euangelio humana docent, Et illi vocantur Prophanatores. Est autem vnice delectatus Apostolus figura templi Dei, de qua, 2. Corinthio. 6. & Ephes. 4. 5 Porro Templum Dei, tabernaculum, Sanctum Dei, et huiusmodi voces nunquam sine magna Emphasi ponuntur, & significant omnia illa fieri in spiritu quæ fiebant in templo coelestialiter. Ezechielis capite trigesimo septimo. Et erit tabernaculum meum cum eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus &c.

TRADI IN MANUS DEI

Est Deo vindicantè puniri, qui punit æterna vindicta, Psalm. 9. Vt tradas eos in manus tuas. Regius propheta loquitur de his, qui extremo iudicio apprehenduntur, in fine mundi, postquam impietas eorū præualuerit per orbem, in desperatam vsque emendationem. Nam corrigibiles non tradit in manus suas, sed vt Psalm. 88. dicitur: Visitat in virga inquiratres eorum, et in verberibus peccata eorum. Horrèndum est autè incidere in manus Domini viuientis, vt Apostolus Hebr. 10. intonat, Quia hic non est qui eripiat, & Psalm. 49. eodem tropo & Psalm. 120. dicitur: Inueniatur inimicis tuis. Et sumptum viderur ex lege Mosi & alijs veteris testamenti libris, in quibus sæpissime legimus, Hostes tradidi in manus filiorum Israel, & rursus, Israel in manus hostium, quoties vindictam sumptam, aut sumendam legimus.

TVBA EXTREMA.

1 Paulus 1. Corinth. 5. Per tubam extremam, eam vocationem intelligit, qua per angelos euocabit mortuos Christus. In Epist. ad Thes. 1. *κλειθρον* vocat. Ioã. 6. Vocem filij Dei vocat Christus. Et Psalm. 49. dicitur: Aduocauit cælum defursum, id est, angelos è cælis, et terram, id est, homines è terra, Matth. 24. Et mitter angelos suos cum tuba & voce magna, omnia enim idem significant, & aliud alio exponitur.

AD TVM VLOS.

1 Velut semimortui senes, Esaiã. 59. Est Proterbiūm, offendere dicimus ad sepulchra senes ac decrepitos capulares, hoc est, vicinos esse morti.

TRANSITIVA VERBA
apud Hebræos.

1 Vtuntur Hebræi transitiuus verbis in alium, non tantum vt in alio quid fieri significet: verum vt eius rei quam verbū significat magnitudinem ostendant, vt apud Esaiã. 1. cap. videre licet *מִשְׁרִיפִים*, id est, corrumpere facientes, ponuntur pro tam corruptis vt alios corrumpere possint, hoc est, pro perditissimis et corruptissimis. Quemadmodum & Latini quoque perditū adpellant eum, qui non tantū ipse perditus est, sed alios quoque perdit: & corruptissimum, qui non solū ipse

corruptus est, sed alios quoque corrumpit.

TESTAMENTVM.

Vide. 25. ca-
pit. Augu-
sti. libr. de
Spiritu &
Verba.

1 Testamentum in sacris aliquando accipitur pro ordinatione aliqua, metaphora sumpta à morientibus, qui testamēta condant, id est, ita res suas disponunt ordinantque vt volunt. 2 Aliquando pro certa ponitur promissione, & per metalepsim nonnunquam pro ipsa peccatorum remissione testamētū vocauerunt. 3 Testamentum abusive interdum accipitur pro signo aut symbolo testamēti, quem admodum instrumenta dicuntur testimonia, qui tamen nec spicant, nec loquantur, sed signa sunt dictorum & factorum eorum, qui aliquando spirabant. Aliud exemplum & clarius: Accipiuntur nonnunquam instrumenta pro testamētis, vt apud Ciceronem sapenūmero, apertum est testamētum &c. At literæ non erant testamētum, sed bona legata. Quid enim profuisset literas legatas esse? sed in literis continebatur quid cuique legatum distribui oporteret.

4 Sic & in Euangelistis, Testamentum est mors & sanguis Christi. 5 Testamentum proprie est vltima & irreuocabilis morientis voluntas. Qua ille suorum bonorum hæredes instituit. Sic Testamētum siue fœdus Christi verba Dei sunt, quibus dicit: Hoc est corpus meum, hoc facite in meam commemorationem &c. & quod nos per Christum in filios Dei coaptati sumus.

6 Hoc Testamentum pro verbo Dei interdum accipitur, quod verbum Dei veritas æterna est &c.

7 Item pro pacto & promissione, Chrysolomus in caput ad Hebræos decimum, Homilia decima nona.

8 In Testamento manū ad fœmur ponunt Hebræi, dum iurant, in cæteris rebus eleuant manū, quod ea ratione fieri puto, quod fœmur principium est pro seminandi et gignendi. Quandoquidem igitur saluator omnium hominū Christus semē illud benedictum ex illis nasciturus erat corporaliter, et omnes homines in fide Abraham collecturus, ponunt manū ad fœmur, quoties huic rei admonere volebant. Ideo tam anxie & Iacob adiurabat Ioseph filium charissimum, & cui maxime fidebat à iuramento & externo signo liberum esse non voluit. Ardua enim res erat, & maximum mysterium.

TORRENS.

1 Torrens propter transitum siue decursum, simul autem & propter hyemem, quam habet diuersarum tentationum atque tribulationum, recte nominatur præsens vita, ita vt Danid de Christo diceret: quia & ipse de mundo et de eius tribulationibus, vt pote similis nobis effectus gustauit Psalm. 119. De torrente bibens.

2 Torrentes Belisjaal, metaphorica loquutio, intelligitur per eam vehemens tyrannorum persecutio, quæ vndationi comparatur aquarum, 1. Samuelis 22.

THRO-

THRONVS.

1 Thronus siue sedes, imperij, regni symbolum, sic & sceptrum à virgarum ratione (vt Cælius dicit in antiquis lectionibus) haud ita distinctus est signū, veteribus censabatur imperij siue regni, nec non orationis & iustitiæ quoque. Proinde Agamemnoni late imperitanti et Telemacho, apud Homerum concionanti datur, adeoque & pro ipsa regni administratione iusta & sancta vsurpatur. Nam & Achilles per sceptrum, ceu iustitiæ symbolum iurat. 2 Hebr. 1. Consedere in throno maiestatis in coelis, hoc est, vere filius Dei est et equalibus cum patre bonis potitur & summo honore conspicuus. Nam hoc sibi modus iste loquendi vult. 3 Per thronum autem maiestatis, Deitatem intelligit scriptura, sicut nos per imperatoriam maiestatem, Cæsarem.

VERBUM, ΛΟΓΟΣ.



ERBVM & Sermo, rationem, rem significant ex 727. Sic Ioannes orsurus à diuina Christi natiuitate atque ad humanam ab illa descensurus. Sic ergo inquit. Ea res, ille Dei filius, aut quomocumque numē istud, de quo dicturus sum, adpellandum est, erat in principio. Et λογος Græcā vocem posuit pro 727, qua Hebræi longe latius quam λογος Græci vtuntur. Sic dicit, verbum est Deus, pro, Est illa res de qua loquor.

2 Et Gene. 19. Facere verbum. Septuaginta. Non enim potero facere rem. ~~Quædam in libris Regum dicitur, quod factum est in libro hebreorum dicitur, Regum Iudæ, sed in libro septuaginta.~~ Et illud: Excepto sermone Vriæ Ethæi, id est, excepto facinore, in Vriam Ethæum perpetratum. Et illud, 2. Regum. 3. Quod est verbum quod factum, dicendum enim fuerat, quod factum est. Idem loquendi mos est & apud Græcos aliquando, vt *αὐδὲν κερδὲς ἐπὶ*.

3 Verbum interim nonnunquam significat causam narrabilem & factum aliquod. Verbum quod vidit, Esa. 2. Vt & Luca. 2. dicunt pastores: Videamus hoc verbum quod factum est ad nos, id est, rem ipsam, de qua nobis dictum est. Nam mos est Hebrææ linguæ, quodlibet negocium, causam, aut factum, verbum dicere, eò quod verbis soleant complecti & narrari. Sic etiam Hieremiæ. 33. cap. Non erit tibi difficile omne verbum. Sic & in libris Regum sæpe inuenies. Luca. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 4 Summa. Verbi significatio angusta est apud Hebræos, sumitur enim 727, pro toto negotio, causâ, totaque historia, patet in sacris literis, Luca. 1. Per omnia montana Iudææ vulgabantur omnia verba hæc. Vnde & Ioannis sexto. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt, hoc est. Hæc causâ quam vobis exposui, cœlestis spiritus est, ac vitam par-

DIVINAE SCRIPTURAE

rit eis qui ei credunt . Et Daniel, secundo . Verbum significavit , hoc est, negocium . 5 Mos quoque scripturæ est diuinas leges, & præcepta & prophetias verbum appellare . 6 Item ponitur pro religione, vi & veritate Dei, i. Ioannis primo cap.

VERBUM DOMINI.

1 Si quis prophetarum dicit, ostendit se non esse ex Pseudopphetis, qui currunt etiam non vocati, magnamque interim autoritatem distis conciliat. Quis enim Dominum creatorem cœli & terræ, Dominum angelorum & regem gloriæ audire dedignabitur ? Hinc est, cur semper Prophetæ addant: Verbum Domini, vel: Hæc dicit Dominus . 2 Verbum æternum, Hebraismus esse dicitur, quo res æterna significetur, atq; adeo diuinas aut huius consilium. Nihil est enim verbum æternum aliud quam res æterna, Vt sint verbum æternum ac res, hoc est, Deus ipse eadem res, hoc est, res, verbum æternum Deus sunt, Deique consilium & quicquid est . Est autem verbi significatio amplior ac splendidior apud Hebræos quam rei apud Latinos.

3 Verbum reddere, est de negotio respondere, Nehemias. 2. Et reddidi eis sermone . 4 Verbum abbreviatum & consummans faciet Dominus (ait Esaias. 10.) super terram, et consummata abbreviatio inundabit, iustitia credentes implebit, vt habentes charitatem, nulla re alia ad iustitiam opus habeant.

VERBUM QVOD

reuelatum est.

1 Mos est Hebræis vt familiarius inserant Dei personam, quo videlicet & maior fides distis haberetur, & Pseudopphetarum fastus minus cresceret . Vnde & Moses crebro dicit: Hæc dicit dominus, hac oratione sæpissime vtuntur Prophetæ, Esaias 2. Verbum quod reuelatum est Esaiæ &c. & Tituli formam præ se ferunt.

VERBI DIVINI NOMINA.

1 Aqua vocatur, eod quod in actu persecutionis, quæ vel à carne, vel à diabolo, vel à mundo nos refrigeret, nam qui humiliati lege, sicut ceruus qui desiderat ad fontes (vt Psaltes ait) aquarum, Euangelion fitire incipiunt . 2 Vinum quod exhilaret ac lætificet cor pacificans contentiam, quæ cruciabarur, sciens coram se abominalem, sed vinu diuinæ sapientiæ detergit tristitiam illam . 3 Lac, eod quod nutrit, crescereque faciat paruulos, vsque in mensuram Christi . Venitur ad aquas, & emuntur, & bibuntur fide, prout ampla & feruens fuerit, Esaiæ quinquagesimo quinto capite. & i. Pet. 2. 4 Lucerna, quod citra hoc verbum omnia caligine sunt, & quod qui hoc verbum sequitur in errorem impingere non possit . Vnde Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitarum mearum . 5 Lumen, quia lucet in medio prauæ & peruersæ nationis : vt Psal. 119. Lumen semitarum tuarum . 6 Pabulum, quo fovendatur & seruetur secum,

PHRASES.

rum, Placetque Deo, quicquid inciderit quod operetur . 7 Vox, vt Ioan. 10. Illas quoque oportet me adducere, & vocem meam audient. Adpellatur autem Euangelium vox, vt discrimen Legis quæ muta, in tabellis muris inscripta fuit . Euangelium autem vox viua cordibus nostris inscribitur. Hinc vox prædicatorem signat, id est, non nisi illa quæ Deus, quæ Christus illi in os dederit effari debet, Marc. 1. Vox clamantis in deserto, hoc est, sum vox clamantis, ego nihil aliud doceo quam quod Dominus suggerit, non meum, sed Domini verbum doceo, Vox enim Domini sum . 8 Dextera Domini, vt Psal. 79. Perfice vineam istam quam plantauit dextera tua, id est, verbum tuum, 9 Calciamentum, quod nos dirigere debet, ne erremus, ne impingamus: & huc spectat Numeri nono. Per verbum figebant tentoria, et per verbum illius proficiscebantur, & Ephe. 6. cap. Calciati pedibus, vt parati sitis ad Euangelium pacis . 10 Panis viuus, qui de cœlo descendit, Ioannis. 6. Hoc est, verbum Dei est, quod viuificat, Deuter. 8. vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod de ore Domini egreditur . 11 Margarita dici potest, quia nihil pretiosius . Ideo verat Christus has margaritas non esse projiciendas ante porcos . 12 Carbunculus, Chrystallus, Saphyrus, quia ardens & lucens est, lucidum & cœlestia nobis tradit, apud Esaiam reperies has Metaphoras . 13 Folium, vt Psalmo. 1. Et folia eius non defluent. Folium nanque in sacris literis signat verbum & doctrinam.

14 Sermo crucis à Paulo adpellatur, eod quod carnem offendat & mortificet . 15 Deinde stultitiam vocat, quia pugnat cum sapientia carnis . 16 Nuncupat & potentiam siue virtutem dei, quod sit organum quo Deus potentes facit eos, qui credunt, i. Corinth. 1.

17 Brachium, vt Psalmo. 25. Parauit Dominus brachium suum, id est, verbum sanctum in oculis omnium gentium, & videbit omnis terra salutare tuum . 18 Pluuia voluntaria vt Psalmo. 67. Pluuiam voluntariam segregabis hereditati tuæ. Et ad Hebræos quarto capite: Viuus est enim sermo Dei & efficax . 19 Mensa, Psalmo. 22. Parasti in conspectu meo mensam . 20 Item, verbum Christi acutum esse gladium & salutare, ex multis scripturæ locis perspicuum est vt Ephe. 6. cap. 21 Virga ferrea, Psalmo. 2. Reges eos in virga ferrea, Apocal. 19. Esaiæ. 11. Psal. 44. 22 Item, Lex Domini, Psal. & alibi explicatum est . 23 Sagitta munda & Scutum, sapienscule in Psalmis, vt Psal. 44. Sagittæ potentis acutæ, cadent in corda inimicorum regis . 24 Spiritus oris & verbum Dei, idem. Psalmo. 33. Per verbum Domini cœli firmati sunt, & per spiritum oris eius omnis ornatus eorum, vbi Psalmo praphus pro eodem accipit, nimirum pro virtute, potentia & efficacia Dei, qua creata omnia sunt & consistunt.

25 Item Prophetæ Visionem vocarunt, nec minus recte verbum Dei ad se factum, quo Idiorisæo serè semper vtuntur, pro eo quod est, Lo

quatus est Dominus, vt Gene. 15. Factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens. Et Luca. 2. 26 Onus item commode dixerunt, quam molestam onerosamque Dei iram praedixerunt.

VERITAS.

1 Ex varijs scripturae locis colligitur אמת Hebraeis significare nunc sinceritatem & integritatem, nunc certam & plenam beneficentiam, nunc certitudinem & firmitatem, fidem. Haec enim omnia significat vna eademque vox Amen & Ameth. Hinc Hebraei sunt fidelis sermo, pro certa indubitataque, ratio, res, consilium, &c. Sed ad institutum, 2 In primo significato vsus ea voce est Ezechias rex, quum orabatur Recordare Domine, quod versatus coram te fuerim in veritate et corde perfecto, egerimque tibi quod probatur. Hic veritas quid aliud est, quam sinceritas & integritas. 3 In altero creberrime in vsu est, & iungitur serè אמת, quod benignitatem significat. Dicebat ad familiam Bethuelis seruus Abraham: Si libet facere cum hero meo benignitatem & veritatem, quod idem pollet ac si dixisset: Si liber hero meo iustam & plenam benignitatem exhibere. In hac significatione coniunctum אמת, deo identidem tribuitur, cuius solius bonitas plena & certa existit. 4 In tertio significato vsus illa voce fuit idem Abraham seruus, quum gratias ageret Domino, quod iter suum secundum & prosperum fecisset. Deduxit me, dicebat, per viam veritatis, id est, viam veram & optatam. Sic & Ezechias gratulabatur sibi, quod suis diebus futura pax esset et veritas: vbi in Veritatis nomine intellexit certum ac firmum regni statum, quemadmodum Pacis nomine secundum & prosperum. 5 Item Veritas, Iustitia, Pax, Verbum Dei, communis scripturae vsu soli quidem Deo ascribuntur, quod solius Dei beneficia sunt, quae in nobis operatur, & nobis largitur & concedit. 6 Veritas Evangelij, est ipse Christus quem pater aeternus Ecclesiae suae promiserat ante secula. Dicitur veritas Evangelij quia veracem fecit patrem aeternum, siquidem praestitit, quod promisit. 7 Misericordia, est beneficium gratis exhibitum. Misericordia gratis promittit, Veritas promissionem implet. Veritate fortiter irget Iacob Deum, Gene. 32. Ita misericordiam & veritatem interpretatur Paulus Roma. 15. Psalmo. 24. Omnes viae Domini, misericordia & veritas, &c. 8 Via veritatis apud Verum, 2. Pet. 2. est via vera, & absque villo fuco ac hypocriti sincera conuersatio, secundum verbum Dei instituta, quae nimirum fides est charitate viuam, in qua omnes vere Christiani ambulant, 2. Pet. 2. per quos via veritatis blasphematur. 9 Veritatem autem facere, est id quod audis aut profiteris, re ipsa praestare.

VISIO אמת

1 Hazon, quam vocem omnes visione sunt interpretati eo quod visio diuersimode apud Prophetas accipitur. 2 Aliquando pro spectro, vt quum Elaias vidit speciem Babylonis nocte expugnatae, Hieremias

mias virgam amigdalina, ollamque seruentem, & Petrus linteam omnigenis quadrupedibus refertum caelo demitti. 3 Aliquando autem pro reuelatione interna, qua mens citra omne spectum illustratur, vt quod prius ignorabar, videat: quemadmodum, 2. Regum. 7. David dicit auriculam sibi a Domino esse reuelatam, hoc est, menti ac cogitationi inspiratum, vt ad aedificationem templi materiam contrahat. Omnes propheticae visiones Dei sunt Ezechiel. 1. Sic montes Dei, ignis, flamma Dei, & id genus loquutionum pro extrinsecis in suo quodque genere. Quod enim excellit, id esse Dei dicitur. 4 Visionem cordis loqui, est quod sibi bonum videretur, & non quod a spiritu Dei, vel alijs quoque Prophetis reuelatum est. Hieremiae. 23. Neque Hebraei tantum eam visionem adpellant, quae nota sit, sed omne prophetiae genus, vt auditum est. 5 Hinc in Hebraeo prophetae Videntes aut Contemplantes adpellantur, quod antea in spiritu videant & contemplantur futura. Vnde et Elaias volumen suum visionem super Iuda & Hierusalem nominat, quod de futuris, quae ipse spiritu praeviderit, agat. Abdias item librum suum, visionem Abdiae inscribit. Amos praeterea scribit, quod Amazia iusserit eum, incedere hisce verbis. Tu videntem seu contemplatorem, amoue te hinc in terram Iuda, &c. 6 Item ideo Videntes vocati sunt, 1. Regum. 9. propter certitudinem verbi divini, quod visus tantum rerum certissima probatio & demonstratio est. Huiusmodi verborum figuris nos adhaerere oportet, nempe quod Hebraice propheta Videntem sonat, veluti qui futura & occulta, quae alijs sepulta sunt, videat.

VANITAS.

1 Vanitas est, quicquid non est Deus, vt Ecclesiastes per totum copiosissime definit. Nec enim inueniri potest salus aut vllum bonum, nisi in Deo: caetera omnia sunt afflictio spiritus, & irritatio ac titillatio ad consolacionem verius quam consolatio, & salutis ac boni potius incitabulum quam reuera salus & bonum.

VIVIFICARE.

1 Verbo viuificandi Hebraei vtuntur pro seruandi et liberandi verbis, vt Gene. 12. Et interficient me, te autem viuificabunt. Quasi diceret: Tu salua euades, ego morti tradar. Prius enim vivebar Sarai antequam veniret in Aegyptum, quomodo ergo ab Aegyptijs viuificari potuit, nisi viuificare pro seruare accipias? 2 Sic Gene. 20. Propheta est, & orabit pro te, & viues, id est, vt serueris, Similiter Exodi. 1. de obstetricibus, quod viuificauerint mares, hoc est, seruauerint: frequensque est istud verbum in Psalms & Euangelijs. 3 Item Viuificare est mira facere & auxiliari, vt Abacuc. 3. Opus enim tuum in medio annorum viuificas, quod nihil aliud est, quam in afflictione opem ferre: qui enim in tribulatione constitutus est, ille serè mortuo similis est, atque dum est succursus est, perinde est ac si reuixerit, ac recens iterum genitus sit.

4. Innotescere autē est auxilium experiri, vt inde gaudium exoriatur.
VIDERE.

1 Videndi verbum in scripturis saepenumero accipitur pro intelli-
gendi verbo, quod tum in sacris literis, tum Latinis fit. Sic: Iesus autē
vt vidit cogitationes eorum, hoc est, vt intellexit aut sensit. Vide quā
in litera S, de quinque sensibus adducta sunt. Et Ioan. 6. Videns ergo
Iesus, &c. 2 Item, Videre pro habere vel accipere, & Demonstrare
vel Ostendere pro dare, & aliā scriptura usurpat. Sic Dominus Moysi:
Ostendam tibi omne bonum, pro dabo dixit, Exodi. 33. Et Ioannis
tertio capite Christus negavit visurum regnum Dei non renatum,
pro, non ingressurum vel possessurum, Psalmo vigesimo septimo.
3 Videndo vidi, Hebraismus est quo & Graeci saepe vtuntur: Eundo
iuit. Exod. 3. Insuper & aquam hausit nobis. Hebraeus dicit: Haurien-
do hausit nobis, id est, diligenter ac magna cum fide multoque sudore
hausit, Significat autem haec verborum geminatio, aut vehementiam,
aut certitudinem, aut celeritatem. De quibus superius tractatum est.
4 Item, Videre pro comparere, vt apud Esaiam. 38. Non vltra vide-
bo Dominū, id est, non visitabo, non comparebo coram domino Deo
vltra, &c. 5 Item, vox Videndi pro beate viuendi verbo per Anto-
nomasiam ponitur, Esaiā. 26. Sicut sanandi verbū pro saluandi, &c.
Item pro verbis execrandi & inueniendi loco Hebraei vtuntur,
6 Hebraeae linguae Videre interdum significat vori factum compositē,
& voluptatem capere, oblectari, probare, iamq; videre quod quis diu
oprauerat. Ira Psal. 54. In hostes meos vidit oculus meus, id est, ocu-
lus meus vidit in hostibus quod volebat, quod optabat, nimirū iam
oppressos & veritatem stare firmam. Psal. 7. vbi peccatores interie-
runt, videbis nimirum quod videre cupiebas. Et Psal. 75. Aperuerunt
late os suum & dixerunt: Eia, eia, viderunt oculi nostri, hoc est, o quā
benefactum, hoc pridem libenter vidissemus. Sic & Esaiā. 60. Tunc
videbis & flues & formidabis. 7 Sic illa quoque Hebraica phrasi
dicta sunt. In inimicis despexit vel vidit oculus meus, significat se vlei-
onem vidisse in inimico, vt Psal. 111. Donec despiciat super inimicos
suos &c. Et Psalmo alio: Veruntamen oculis tuis considerabis, & re-
tributionem peccatorum videbis. 8 Similiter, Videre mortem,
Videre corruptionem, Hebraismus vulgaris est in scriptura. Videre
corruptionem, pro corrumpi. Sicut Videre mortem, pro mori. Non
videre mortem, pro non mori, vt est apud Lucam capite secundo, &
apud Ioannem capite octauo. 9 Vide. Hoc Imperatio non raro
vtuntur Hebraei pro Aduerbio demonstrandi. 10 Videat Do-
minus ac iudicet, Hebraismus est, quo Hebraei rem ac vindictam Deo
committunt. Nam iudicare nō raro pro vindicare accipitur, vt supe-
rius ostensum est. Et Videre pro agnoscere, vt sapissime in Bibliis
libris videre licet.

VISI-

VISITARE.

1 Verbum בָּרַח visitare proprie significat, aut augere aut instituire
perfectum, transumitur pro in memoria habere, potissimum si de Deo
sermo est vt Genesis. 21. visitauit Deus Saram, &c. hoc est, illius recor-
datus est, prestiteritque quod pollicitus erat, fecundam eam reddendo,
Sic Hosea secundo capite, Deus, inquit, visitabo, hoc est, memor ero
vel imputabo. Nam & in malam partem accipitur, vt audiemus iam.
Et in Euangelio: Visitauit & fecit redemptionem plebis suae, quod
nihil aliud est quam ad nos venire & proponere & adferre saluta-
re verbum per quod seruamur. Ideo Zacharias de Ioanne in hanc vo-
cem prorumpere: Benedictus Dominus Deus Israel, &c. 2 Inter-
rim etiam hoc verbo insinuat cura & providentia Dei erga genus
humanum, Luc. 19. Non cognouerunt tempus visitationis. Et Ose. 4.
Non visitabo super filias vestras, quum fornicatae fuerint, 3 Non-
nunquam est velle finem facere laborum & afflictionum, Exodi ca-
pite tertio: Visitando visitauit vos, et vidi afflictiones vestras. Lucē pri-
mo capite: Visitauit nos ex alto. Visitare vias est obseruare, vt episco-
pi solent, num in aliqua re operari peccent. Iob 36. capite: Quis visi-
tauit coram, quis reprehendere illum potest? 4 In malam verbō
partem punire, multare, numerare, censere, castigare & vindicare sig-
nificat passim in scripturis. Exodi. 32. Ego autem in die ultionis visi-
tabo & hoc peccatum. Sic etiam diuinam punitionem exprimit. Esai-
ā. 10. Visitabo super fructum magnitudinis cordis regis Assur.
5 Visitatio impiorum in scripturis, est eorum iudicium & castigatio
sive poena. Esaiā. 13. Visitabo per orbem mala, id est, affligam eos. Et
in Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, hoc est, eos aduersis
puniam & castigabo. Et Psalmo. 58. Intende, vt visites omnes gentes,
id est, castiges, punias. Gentes verbō vocat more scripturae, qui alieni
sunt à Deo sive Iudaei nomine, siue gentiles, id est, omnes qui operan-
tur iniquitatem.

VOCARE.

1 Vocandi verbum inter alias significationes, enuntiare predicareque
significat, et Prophetae vtuntur hoc verbo vocadi, vt discamus omnia
ad solum nutum Dei, sicut serui domino obedire, qui mox vt accersan-
tur praesens sunt, & obediendo respondeant. 2 Sic Vocationis voca-
bulum frequens est in scripturis pro quacunque occasione quae alicui
obuenit non quaesita aut sperata, quemadmodum salus per fidem in
Christum gentibus per Apostolos est praedicata, quam sibi solis Iu-
daeis pollicebantur. 3 Vocari ad munus Apostolicum, est segregari,
id est, eligi ad praedicationē Euangelij. Rom. 1. Vocatus ad munus A-
postolicum. 4 Item, Vocandi verbo pro existendi et constituendi
verbis virtute Metalepsos vtuntur Hebraei. Pro existendi, quia quae
talita existunt, talia vocantur, vt Filius altissimi vocabitur, hoc est, erit.

6 5

Consti-

DIVINAE SCRIPTURAE

Constituendi, quia qui vrbes aliasque res constituunt, nomē quoque imponunt, vt Vocauit Oriona, hoc est, condidit atque in ordinem suū constituit. Pro Sunt, vt Principes gentium benefactores vocantur, id est, in hoc instituti sunt reges, vt benefici sint.

VOX CLAMANTIS.

1 Idiotismus est Hebraeae linguae, Exo. 10. vbi dominus dicebat Mose; Azron erit os tuum, id est, pro te loquetur. Et Iob 31. Eram caeco oculus, claudo pes. Ita Ioan. 1. quod dicit: Vox clamantis ego, perinde est atque ego sum clamans, vocisque nomine vocor ab officio clamandi, sicut ab orandi officio Aaron dictus fuit os Mose. Itaque; quod Hebraice mo dicitur Vox clamantis, Latine reddi poterat, vox clamans. Eadem loquendi forma siue figura Pauperes sanctorum pro pauperibus sanctis dixit Rom. 15. cap. 1. Tim. 3. Mysterium pietatis pro mysterio pio, vt si dicam: Lingua Germanorum, pro lingua Germanica. Huiusmodi formae loquendi non infrequentes sunt apud Hebraeos.

2 Item, ex Genesis capite tertio certum est voce Domini horrendam illius maiestatem, & ad plectendum noxios, potentiam omnibus humanis viribus maiorem significari. Ait enim, postquam in legem Dei commississet Adam, & ab illo vocatus esset in Paradiso: Vocem tuam Domine audiui, & timui, &c. Sic Psalm. 28. Vox Domini super aquas, Deus maiestatis insonuit, dominus super aquas multas, id est, Dominus potentiam suam plurimarum ostendit in aquis &c.

3 Vox, cordis formidantis nuntia est, quemadmodum & Esai. ait cap. 21. Humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum. Vbi exilis vox animum metu percussum esse arguit, Hiere. 26.

4 Item, Vox nonnunquam fremitum ac turbationem significat, interdum verò non bellum, sed felicitatem coeuntis turbæ sonat, vt Ezech. 23. Et vox multitudinis felicitas in ea.

VNICVS SEV VNIGENITVS.

1 Vnigenitum dicit Latinus, Hebraeus Vnicum: quæ dictio Latine non modo solum vnum, sed & pretiosum significat, dilectum, super omnia charum. Sic etiam vox Hebraea ambo habet significata: וְיָחִידִים enim & vnigenitum & summe dilectum significat, Gene. 22. Tolle filium tuum vnigenitum. Septuaginta transtulerunt ἀγαπητόν, quasi dicant: Vnice adamatum, vt de Isaac non de Ismaël intelligas.

2 Vnigeniti luctus. Scriptura, quum vnigeniti luctus meminit, maximum luctum & horrendos dolores minatur, vt Amos 8. Et ponam eam quasi luctum vnigeniti, & posteros eius quasi diem amaram. Nam parentum tunc maximus luctus est, quum moritur vnigenitus ipsorum filius: & dies amarissima, quum vident vnus occubitu omnem suam posteritatem intrerit. Ad quem etiam Hieremias Hierosolymitanos vocat, cap. 6. Luctum vnigeniti fac tibi, &c. Et Zach. 12. Denique quum nullius rei alterius studio tenentur pij, nihilque curant præter animam, vt illam

PHRASES.

vt illam fide & benefactis commendent Deo, recte animam quoque vnicam licebit credentibus appellare. Sic Psalm. 21. Erue me de ore leonis, & de manu canis vnicam meam. Et Psalm. 34. Domine quando respicies, restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.

VT ERVS.

1 Vterus Metaphorice Deo tribuitur in scripturis, Esaiæ. 46. Qui portamini ab utero meo. Psalm. 109. Ex utero ante luciferum genui te. Vt sit vterus arcanum naturæ & secretum consilij Est ergo sensus Psalmi, iuxta enarrationem Rabani, id est, ex arcano (substantiæ meæ, ex ipsa scilicet Deitate, totum ex toto, id quod nullus sensus adsequi poterit, sed sola fides ad firmandum cor syncerum sufficit. Rursum in Iob scriptum est: De cuius utero egressa est glacies.

VENIRE.

1 Venire in scripturis pro conuersari, vt Matth. 7. Qui veniunt ad vos in vestitu ouium. Et Ioan. 1. In sua venit, Et, 1. Ioan. 4. Qui confiteretur Christum in carne venisse. 2 Venire in dies, est maximo senio obrui & plusquam conulescere. 3 Venite, apud Hebraeos non semper ambulantis sed et exhortantis est. Esaiæ. 1. Venite obsecro, et probemur &c. Hier. 18. Venite, Ire, si probe obseruatur, eo loquedi Tropo insinuatur alacritas in scriptura, sicut apud Esaiam: Venite ascendamus in montem Domini. Et Iob primo cap. Ibant & faciebant conuiuia.

VOS.

1 Apud Hebraeos non absque Emphasi dicitur: acuit enim sensum & reprehensionem, vt apud Haggæum. 4. Nonne tempus vobis ò vos, quasi dicat, ò increduli & obmurmurantes Deo, qui dicitis: nondum venit tempus, &c.

VULTVS.

1 Vultus nonnunquam in scripturis Prophetarum pro honore & auctoritate ponitur apud Esaiam. 3. capite: Auferet omnem honorabilem vultu, & consiliarium &c. 2 Item pro indignatione sæpe in sacris.

VESTIS.

1 Vestis pro autoritate, splendore, substantia & opibus. Esaiæ. 3. Vestem habes, vel vestimentum tibi est, princeps esto noster. Et eodem capite: Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum. Tam raras isti habent Synecdochas vt in eodem Prophetæ 43. capite: Aere tuo non emisti calamus, odoratum scilicet. Vbi calamus pro vniuerso condimento isto pretioso, quo & sacra vasa & sacerdores ipsi vngentur, accipitur. Cui simile fieri nefas erat Exodi trigesimo capite, propterea quod calamus odoratus vna ex preciosis speciebus eius esset. Sic & in adducto loco vestis pro habitu, honore, opibus & autoritate ponitur. Et Esaiæ quarto constat. 2 Panis et Vestis nominibus omnem substantiam aut rem venire. Sic ait: Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur.

3 Et, Vestis abiecta dicuntur omnes increduli, Esai. 50. Ecce omnes illi sicut

illi sicut vestimentum veterascent. Bene autem populus non adhaerens Deo, vestimento abiecto comparatur: quandiu enim a domino gestatur, bene habet, & hominem ornat ac vicissim ornatur, abiectum vero à tineis deoratur.

4. Piorum vestis gemina est: interior & exterior. Interior vestis est charitatis innocencia, quam Deus in sacramento fidei vt ipsi placeamus, nobis induit. Qua carentes, vestem nuptialem non habemus. Sine hac veste nemo vnquam erit dignus, qui cum sanctis diuino accubabat consortio in illa sacra gloriae caena, nec in hac vita veniet vnquam quis computandus inter filios Dei: sine hac veste charitatis. Isai. 41. Exultauit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis. Psalm. 44. Gloria filiae regis ab intus: vestimentum salutis, & gloriae filiae regis, id est, animae, est charitas. Vestis exterior filiorum Dei est, ipsius charitatis in anima existentis splendor externus ex Sanctarum virtutum exercitio oculis intuentium coruscans. Sancti viri habentes internam vestem charitatis in anima, diuinis suis virtutibus ceteris hominibus praeuolant: Sicut lux in tenebris, ita charitas inter cupiditates carnis & mundi luget. Et sicut sol inter stellas, ita sanctissimi viri inter sanctos solent fulgere. Haec lux siue splendor est vestis exterior iustorum, quae relucet in simbris aureis, in vestitu deaurato. De hoc splendore aut veste exteriori dixit Christus Matthaei sexto capite, suis filiis. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Nam iustus seruando legem Dei, intus iustificatur in corde coram Deo, cui seruit in sanctitate & iusticia: & foris coram hominibus, qui nihil damnationis in ipso videntes glorificant Deum, qui talibus ornamentis internarum & externarum virtutum suos filios solet decorare.

6. Consueverunt porro Iudaei vestimentum expandere, dum rem claram, perspicuam, manifestam ac explicatam volebant facere. Sic Deuteronomij capite vigesimo secundo praecipitur: Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis. Excitare vero solebant vestimentum, dum minabantur, vt Nehemias fecit capite septimo.

7. De Vestimentorum Allegoria sic memoriae prodidit Tertullianus: Habemus etiam vestimentorum in scripturis mentionem, ad spem carnis allegorizare. Quia & Apoca. Ioan. Hi sunt, ait, qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus, virgines scilicet significas, qui seipos castrauerunt propter regnum caelorum. Itaque in albis erunt vestibus, id est, in claritate, in nube carnis. Et in Euangelio indumentum nuptiale, sanctitas carnis agnosci potest. Itaque Esaias dicens quale ieiunium elegerit dominus, quum subiicit de mercede bonitatis: Tunc, inquit, lumen tuum temporaneum erumperet, & vestimenta tua citius orientur, non subscribam vique nec pallium, sed sarnem volens accipi ortum carnis resurrectionis de mortis occasu.

Haec

Haec ille in libello de carnis resurrectione. 8. Conscisio vestium plangentium habitus signum, & summam testatur indignationem ex blasphemia conceptam, & dolorem maximum pro gloria nominis Dei contempti: & signum tristitiae seu comparentis animi. Sic Caiaphas scindebat vestimenta sua. Simulabat enim ob gloriam contempti nominis dei facere illud. Et Gene. trigesimo septimo. Similiter in alijs multis locis.

VRI.

1. Paulus dicit se discrucari quociens cuiquam scandalum obijceretur, hoc est, quociens praua doctrina vel exemplo fides alicuius laederetur. De quo scandalo plura Rom. 14. scripsit. Recte autem quum non posset scandalizari, cum patientibus scandalon, vt infirmari cum infirmatibus, dixit se vri quum quis scandalizaretur, hoc est, magnopere sibi dolere, eaque causa se plurimum discrucari. Eiusdem dilectionis & curae fratrum fuit, quod vrebatur, hoc est, misere discruciabatur. 2. Corinth. 11. 2. Sed alibi vsurpat Vri pro libidinis incendio molestiaque corporis non se continentis, vt cernere licet, 1. Corinth. 7. Melius est nubere quam vri. Palam hic de vitione Venerea loquitur. Ambrosius inquit quod Vri sit, quum voluntas calori carnis consentit.

VENDERE.

1. Vendere in sacrosanctis literis nihil aliud est, quam liberaliter & hilariter officium praestare his, quicunque opus habuerint, quomodounque, vbicumque, qualitercunque res fratris poscat, prompto animo relinquendi omnia, si sic postulat Christi gloria. Luc. 12. Vendite quae possidetis. Vendendi vocabulum exponit Christus per hoc quod dicit: Date elemosynam. Item vitur Hebraismus verbo Vendere, quod ea res quae venditur tota in ementis transat potestatem, 1. Reg. 21.

VENTI.

2. Venti significant prudentiae humanae speciosa & varia consilia: & quia non sunt ex Deo, irrita sunt, vana sunt. Sicut Achab consilium, quum ab Assyrijs opem imploraret. Comparat etiam Paulus Eph. 4. doctrinam humanam ventis. 2. A quatuor Ventis. Scripturae non infrequens est per quatuor ventos sub caelo, vel per quatuor terrae partes, videlicet per Meridiem, Occidentem, Orientem, Aquilonem, rotum terrarum orbem intelligere. Ad hunc modum & Christus à quatuor ventis electos congregandos adfirmat, hoc est, vndique terrarum: quemadmodum & primo Euangelium omni creaturae praedicatum est, Marci ultimo capite, ab Apostolis, quorum vox in omnem terram est diuulgata. Et Zach. cap. 2. Quoniam in quatuor ventos caeli dispersi vos. 3. In ventum abire, prouerbialis sermo est pro auferri aut euanescere, sicut Latinis ventos pascere aut in aërena loqui, pro frivole ac inaniter blatterare. Hieremae quinto: Prophetarum in ventum abibunt, Et capite. 22. Pastores tuos pascet ventus, dixit

pro

DIVINAE SCRIPTURAE

pro nulli aut inutiles erunt. 4 Ventum pascere aut seminare, Proverbium Hebraeis celebre pro inaniter laborare. Osee 12. capite. Ephraim pascit ventos, et sequitur tota die mendacium, & vastitatem multiplicat. Quibus verbis Propheta impiorum vanitatem, deinde & inquietam conscientiam & ineptitudinem ad bonum depingunt quisque suo Tropo. 5 Ex his apparet Ventum & spiritum pro vanitate accipi, & idem esse atque parere ventum aut pascere, Iob capite decimoquinto. 6 Vel ventum parere dicitur, quando vna tribulatione superata, mox aliam quae nos incessat, expectamus. 7 Item, Ventus splendidus apud Hieremiam dicitur fortis ventus. Venti enim in deserto, praesertim in locis eminentioribus ubi nulla habent obstacula, importuniores sunt, splendent, quia omnia inundant sua vehementia.

VENTRES.

2 Ventri servire, est impia doctrina animas perdere: Idem & Apostolus ad Titum foedissima Tapinosis eos ventres appellat. Ita Psalmodigraphus Psalmo 5. videtur eos guttur appellare. Sepulchrum patens est guttur eorum. Q. d. Vos toti guttur estis, & aliud nihil, idque velut sepulchrum patens quum in aliud non incumbatis, quam ut voratis hominum substantias: quo Tropo dicimus non malus, sed malicia: sic guttur, pro gutturis studio. De quo schemate superius diximus.

VOLUNTAS DEI.

1 Dei voluntas velut filium est vniuersae iustitiae ac bonitatis, nunquam errans. Quod rectum bonumque videtur, id propterea & rectum & bonum est, quod sic diinae voluntati consultum videtur. 2 Humana voluntas, error est, quam conformem ac subiectam esse diinae voluntati oportet, in qua rationalium creaturarum perfectio sita est. Sic & oramus: Fiat voluntas tua. Ad hunc modum & Christus orat: Pater, fiat voluntas tua. Si Christus optimam rectissimamque suam voluntatem in patris sui coelestis voluntate coniecit, quid non miserrima ac sordidissima lues homuncio in omnibus operaret non suam, quae error est, sed Dei voluntate, quae veritas est, fieri? Apud Hierem. inquit spiritus Dei humanum cor prauum ac inscrutabile esse. Cor hominis omnium adfectuum & voluntatis humanae domicilium est: ex te verum sine gratia Dei, non nisi malum conaris. Et alibi: Et dabo eis cor ve scient me, quia ego sum Dominus. Psalmo 14. Non est qui faciat bonum, nec vnus quidem. Philippens. secundo. Et Deus est, qui agit in vobis, &c. 3 Item saepe est, non potentia, habitus aut actus ex ijs elicis, sed est purum illud beneplacitum cordis, ac voluptas quadam & spiritus spontaneus. Sic Psalmo 1. Et in lege Domini voluntas eius. Unde & populus Christi, spontanei, voluntarij & liberales vocantur. Cor enim & animum paratum ante omnia Deus exigit. 4 Sic Volens pro desiderans. Psalmo 5. Quoniam non Deus volens

iniqui-

PHRASES.

107

iniquitatem, tu es: vt sit idem voluntas & desiderium.

VIVERE.

1 Verbum וַיִּחַי Hebraeis non solum viuere significat, sed etiam in vita seruare, vitam instaurare, Genesis quadragesimo quinto, cap. Ad vitam misit me Deus ante vos, Q. d. praemisit me Deus in hanc terram ante vos, vt per me multi in vita seruarentur. Ita saepissime accipi videmus in Psalmis, & in Euangelijs, in aliena lingua frequens est. 2 Hebraei nonnunquam accipiunt pro iucunda, & ociosa viuendi ratione, in qua nihil desideratur. Id est, quod Latini dicunt, genialiter viuere, & bene viuere. Sic Terent. Vixit, dum vixit bene. Et Proverbio dicunt Latini: Sibi vixit. Hoc vocabulo viuendi vitur etiam Christus in Euangelio, Lucae cap. 10. pro commode agere, non solum vita esse praeditum, Hierem. 21. 3 Viuet, dicunt Hebraei pro saluus erit, saepe enim viuendi verbo pro saluum, sanum & incolumem existendi verbo vtuntur. Sic in viuificandi verbum vsurpant.

VIVIT DOMINVS.

1 Viuit anima, iurantis erat apud Hebraeos et veteres, quasi dicas: Per Deum viuentem, sic iurabatur in gloriam Dei. Cum Gentiles iurarent per deos, qui certe non viuebant, Hierem. 16. & 23. Ita vetus Dei Ecclesia aliud non praescripsit iuramenti genus, quam, Ita me Deus adiuet. Lege Gellium in libro. 7. cap. 18. Nonnunquam non iurantis, sed gratias agentis, vt Psalmo. 17. Viuit Dominus & benedictus Deus, & exalteretur Deus salutis meae. Viuit Dominus, sicut nos dicimus: Deus adhuc viuuit, cum videmus deijci impios, & causam iustorum adparere iustam, id quod curante Deo fieri non dubitamus. 2 Viuo ego, Domini est iuramentum. 3 Viuere in conspectu Dei, est in iudicij Dni in se peccatorem exhibitis agnoscere veritatem, iustitiam, atque bonitatem Dei, quia sentiunt illum eundem percutere & sanare. Sic valet humiliatio sub cruce ad gloriae sublimitatem, & sic conuincatur, qui commoritur Christo. Nam in contemplatione operum atque iudiciorum Dei, melius proficit electus, donatus spiritu. Mortui alienique a spiritu, & si electi, tamen non sufficiunt dicere. Venite, Ipse rapuit, ipseque sanabit &c. vt Ose. 6. inquit, Reuertamur ad Dominum &c.

VITA.

1 Ioannes Euangelista ponit vitam pro habitu siue sustententia, & esse rerum, Ioan. 1. In ipso vita erat. 2 Et mox eodem capi. sumitur per Metastasim, pro doctrina & conuersatione vitae Christi. 3 Vitam quoque reperimus in scripturis, vt dicit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitae habes. Et Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia videmini vobis in illis vitam habere aeternam. In peregrinis autem literis mors est: Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, 1. Corinth. 5.

VIRGA.

1 Virga in scripturis varie capitur, nunc potestate significat, qua capi-

tini

eiui ducuntur & caduntur, Esaia 9. capite. Iugum enim oneris eius &c. 2 Nunc imperium, vt apud Mich. 7. Palsee populum tuum in virga tua. 3 Nunc auctoritatem administrandi, vt Psalmo secundo. Reges eos in virga ferrea. Et Esaia 9. cap. Virga humeri, &c. 4 Virga, sceptrum significat symbolum iustitiae. In his locis virga, flagrum seu flagellum significat. 5 Nunc pro virtute, Esaia 14. Virgam impiorum. 6 Virga virtutis, ipsum verbum Dei, & sacrosanctum Christi Euangelium, de qua virga, Psalmo secundo, 44. centesimo & nono, Esa. 11. Romanorum 1. vbi virtus Dei nominatur. 7 Virga directionis, virga regni diuini, hoc est, regnum Christi & sedes ipsius non obliqua, sed recta & iustissima, faciens iudicia, Psalmo quadagesimo quarto. Secundum quod Basilius Magnus enarrat, 8 Virga Dei immanem & ingentem iram Dei significat. Sicut montes Dei Cedri Dei, vt saepe dictum est. 9 Virga panis pro sustentatione panis, Psaltes Psalmo 105. versu 16. Ducta inde Metaphora, quod gradientes baculo nitantur. Sic Esaia מִשְׁעוֹדֵי־לֶחֶם, id est, gubernaculum panis dixit.

VIR. אִישׁ.

- 1 Vir in scripturis tripliciter dicitur: Aetatem, sexum, virtutemque significat. Aetatis nomen est, 1. Corinth. 13. Cum factus sum vir, euacuauit quae erant paruuli. 2 Sexus, Matthaei primo capite. Iacob genuit Ioseph virum Mariae. Ioan. 4. Vade, voca virum tuum. 3 Virtutis, 1 Regum 16. ait Dauid ad Abner: Nunquid non vir tu es? Hic significat virum praecipuum, virtuteque singulari praeditum. Et Iudicum septimo capite, Gedeon filius Ioas, vir Israel. Sic Psalmo 1. Beatus vir dicitur. 4 Proceres & Heroës, gigantes, impauidos, strenuos viros, Esaia 15. appellat. Et Iudic. 7. Gedeon &c. 5 Sicque viri nomine nonnunquam nominati, qui sibi turpibus factis nomen magnum parant. Quos Latini famulos, Gene. sexto. Potentes a seculo viri famosi, scilicet, violentia & viribus corporis freti, qui ceteros opprimebant, rapiebant, grassabantur, libidinabantur. 6 Item pro militibus saepe ponit Hebraeus, Exodi 17. Elige nobis viros, id est, delectum habe. Vir significat amicum, non cum quo maxime fidis, quemque integrum credis amicitiae cultorem esse. 7 Et apud Hierem. tertio capite. Proximus vel socius thulieris. 8 Vir in scripturis non solum pro quolibet homine, sed etiam pro re qualibet, identidem accipitur, Genesis 31. & Psalmo primo. 9 Vir sanguinum frequens in scripturis appellatio est, & significat qui sanguini fundendo, caedi que pro viribus intentus est. Hebraei solent etiam per viros, etiam foeminas numerare, vt Matth. 1. Numeri trigesimo sexto capite. Scribuntur omnes viri. 10 Viri propinquitatis sunt proximi cognati, qui demortui fratris aut propinqui semen excitare debsant, vt in Ruth praecipue Eze. 11.

Fili

Fili hominis fratres tui, viri propinquitatis tuae propter captiuitates &c.

VIR SPIRITVS, ET

vir Dei differunt.

- 1 Prophetæ falsi, habitum omnem veterum referebant, nisi quod non ex ore Domini ad diuinam gloriam prouocarent, sed proprijs commentis, sua causa conuincantur. 2 Contra vero quanta praediti sapientia Prophetæ Domini, carpentes idololatriam, qui nihil per amentiam designant, qui apud se tranquillissimi & sani per omnia, mundo furere videbantur. Qui viri Dei & habentur & sunt, non priuari spiritus, quo qui ad se respiciant, & ad adulationem compositi sunt, adstantur in poenam, vt non minus peruicaciter in mendacio, quam nostri in veritate constanter consistant. Solet enim Dominus in abnegatis animis verbum suum loqui. In carnalibus autem, sed pietatem simulantibus permittit vim erroris, vt & ipsi seducantur, & seducant alios. Profecto non sine spiritu. Quis enim spiritum in Zedekia Michæam verum Prophetam verberantem fuisse pernegabit, 1. Regu. 12. Et spiritus planè Saulcum exagitauit, lancea Dauidem ex inopinato transfossurum &c. 3 Est autem vir & vir Hebraismus, pro vniuersisque, vel pro quis: & viri viri, cuiuscunque viri, quae fecit virtutem eorum, pro quae fecit exercitibus illorum. Sic Exod. 11. Commodo accipit vir à proximo אִישׁ. Vir pro quisque, & mulier à proxima sua potulex אִשָּׁה, mulier pro quaque ponitur. 4 Vir vel homo, pro eodem vsurpat scriptura, est gloria & imago Dei. Eiusdem generis sunt & ista, vt: Iurat in caelo, pro eo quod erat, Fiduciam habet in illo, & confitetur in eo, confitetur in illum, in hoc cognoscent, in gladio percussit, ero illi in patrem, erit mihi in filium, ero illi pater, erit mihi filius &c. 5 Duos & duos, pro binos. Magis fortior est nobis, fortior est nobis. Mulier si fuerit viro alienigenae, quod erat, si nupserit viro alienigenae. Bonas bonas, pro valde bonas. Maria Cleophae, pro Maria vxor Cleophae. Iacobus Alphae, pro Iacobus Alphae filius. 6 Vir terrae, Hebraei vocant colendae terrae deditum, sicut virum mendacij, mendacem, virum veritatis, veracem. Vir benedictionis, id est, benedictus vir &c. 7 Item Vir in scripturis non solum pro quolibet homine, sed etiam pro qualibet, identidem accipitur, vbi de componendis inter se hostiarum virtutibus Deus praecipit.

VIRTUS.

- 1 Virtus ponitur interdum pro fortitudine, siue potentia, vt Psalmo 131. Domine virtus salutis meae, hoc est, tu es mea fortitudo, & salua mea. Psalmo quadagesimo quinto. Deus adiutorium nostrum, & virtus nostra, id est, fortitudo nostra & auxilium. Et Psalmo vigesimo secundo & 146. & 149. 2 Et ad Hebraeos capite secundo,

d

pro

DIVINAE SCRIPTURAE

pro potentia, maiestate, autoritate, & dicendi libertate ponitur. Et Act. quarto cap. non pro potentia miraculorum, sed pro autoritate & libertate cum agendi tum dicendi. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis. 3 Virtutes verò interdum ponuntur pro exercitiis, vel ornatu &c. videlicet, vt stellæ & lumen, vt Psalm. 148. Laudate eum omnes virtutes eius.

4 Hinc virtutes cœlorum scriptura bifariam capit. Vno modo, vt intelligas per virtutes cœlorum, cœlos virtute præditos, vel potentes, vt qui virtute omnes creaturas superent. Omnes nanque reliquæ creaturæ, quæ sub cœlo sunt, à luce, calore, & motu cœlorum mouentur, & virtutem accipiunt.

5 Eadem ratione scriptura & principes & magistratus Virtutes appellat, nimirum quod regunt, et sua velut virtute subditos gubernant atque gnauos ad opera reddunt. 6 Alio modo Virtutes cœlorum tantundem significat, atque cœlorum exercitus vel ornatus, iuxta illud Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus, hoc est, omnis exercitus eorum. Et Gen. 1. cap. Perfecti sunt cœli & terra, & omnis virtus, hoc est, omnis exercitus eorum: & hac ratione ferè in scripturis virtutes cœlorum appellantur. 7 Neque obcurum est vel parū exercitatis, his duobus locis, exercitus vel virtutes cœli & terræ significare, quæ in cœlo & terra continentur: quæ in cœlo, vt sol, luna, stellæ, & quicquid præterea in terra continetur, & is est modus communis in scripturis de virtutibus cœlorum loqui. In li-
tera M, in vocabulo Militiæ fusius quoque reperies.

VISCERA.

1 Viscera dicuntur omnia interiora hominis, vt sunt præcordia, cor, pulmo, iecur. Quia verò in præcordijs (vt Platonici quoque volunt,) adfectuum sedes est, hinc vsurpantur viscera pro rebus ipsis quas continent, concupiscentia, ira, dolore, gaudio. 2 1. Ioan. 3. pro misericordia. 3 Item, in scripturis pro adfectu. Et per viscera misericordiae suæ, id est, per adfectum seu commotionem animi.

4 Sic in historia Solomonis de matre, cuius viscera, id est, animus commotus erat. 5 Sic viscera pro vitalibus visceribus atque intellectualibus accipi Hebræis nouum non est. Hier. 31.

VMBILICVS.

1 Umbilicus significat cupiditates, delectationes, quæ verbo Dei, seu timore Dei sanantur, non inuentionibus humanis. Proverbiorum tertio: Time Deum, & recede à malo. Id tuis umbilicis salubre est, & rigat corpus, id est, cupiditates tuas, vt Ezechielis decimo sexto, Umbilicus tuus non erat præcisus.

VÆ.

1 Damnationem imminere Hebræico more per Væ intelligitur, vt 1. Corinth. 9. Væ mihi si non euangelizem,

VMBRA

PHRASES.

VMBRA.

209

1 Umbra Hebræi pro fouendo, protegendo, defendendo perpetuo vntur. Vel pro Asylo & confugio familiariter capiunt, sub quo quis protegitur, id passim quidem obuium est, Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protegi te. Et alibi David: Sub umbra alarum tuarum &c. Et Aegyptiorum umbræ fidere possint. Umbra fidere, non in malam partem, hoc est, rei friuolæ fidere, illis accipitur, sed pro refugio. 2 Umbras in sole à corporibus procedentes, promouere quidem suis spacijs scimus, at nemo hoc sentit. Denique vesperi, quando sunt longissimæ, subito pereunt, & vertuntur in tenebras. Talis profecto est vita nostra, vt qua senectam aduenisse intelligimus, temporis lapsus & spacia illa quibus accedit, non percipimus. Sic Psalm. 101. legitur: Dies mei sicut umbra declinauerunt. Et Psalm. 143. & centesimo octauo. 3 Porro sicut umbra sequitur ex sua natura corpus, illoque plerunque apparet esse maior, quàm prorsus nihil sit, & res omnium vanissima, ita pericula huius vitæ semper conduplicant metum. Hinc factum, vt Vmbra pro figura rei accipiamus, vt Psal. 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala &c. Psalm. 43. & 87.

VIA.

1 Via in scripturis est, quicquid agimus, conuersamur, viuimus, omnia denique quibus studemus siue bona, siue mala. 2 Sic & apud Hier. secundo capite, pro vitæ ratione capitur, mox pro ipso terrestri itinere ponit. 3 Via peccatorum, mores eorum sunt, & instituta negotia, incepta opera, in quibus quasi via gradientes versantur. Metaphora est, qua non solum ratio certa viuendi, aut negocij gerundi, aut successus, sed & rerum quarumlibet conditio & adfectus significatur: nusquam non in scripturis occurrit. 4 Viæ eius prosperantur, Psal. 10. id est, instituta iuxta Paraphrasten Chaldaum, vel placita animi venient illi, hoc est, iuxta Rab. Mosen Cohen potierur cupitis. Quæ impij institunt ferè semper eis secundant. 5 Sic e contrario, Via instituti iustorum. Hos Deus vt suos cognoscit fouetq; ideo et vita & omnes actiones eorum ei curæ sunt. Contra autem reprobis dicit: Non noui vos, hoc est, inter meos nunquam habui, tunc necesse est, vt vita horum, omneque quod instituerint, tandem dispareat, vt cunctæ ad tempus videantur florere. Psal. 1. Et pereatis de via. 6 Multipharia autem nominatur, iam enim dicitur via Domini, Et sunt viæ Domini, in quibus obseruantes eius mandata ambulamus, & ipse vicissim in nobis: eæ iam viæ sola ipsius misericordia & veritate nitantur oportet, non nostris viribus & industria. Psalm. 24. Omnes viæ Domini misericordia & veritas. Et Psalm. 67. Vt cognoscantur in terra, vtique passim viæ tuæ, hoc est, consilia, instituta, opera quibus tuis consulis tam amanter, benefacis largiter, defendis tam potenter.

d 2

7 Via

DIVINAE SCRIPTURAE

7 Via Domini nihil aliud sunt, quam bonitas & fides, Psalmo vigesimo quinto, & mandata. 8 Estque Via bona, Psal. 35. Christus scilicet & verbū suum: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ec Psal. 119. Lucerna pedibus meis verbū tuum, & lumen semitis meis. 9 Via pacis fides est quae per charitatem operatur, Roma. 5. quae facit, ut in cunctis nostris actionibus ita Deo placeamus, ut operando per viam pacis ad ipsum eamus, & ipse semper nobiscum pacem habeat. Hanc viam pacis non cognouerunt impij. Psalmo 13. Viam pacis non cognouerunt. 10 Via & semita vitae, est permanere in Christo, quod fit quando charitatem retinemus. Christus Ioannis octavo capite dicebat ad eos qui crediderunt ei Iudaeos: Si vos manseritis in me, vere discipuli mei eritis: quod nunc non estis, quia et si me credidistis vera vobis dixisse, veramque esse doctrinam meam, & credidistis me esse Christum, non tamen fidei accessit charitas, quae vos apud me relicto patre, ac matre, mundo atque omnibus rebus ipretis, retinuisse. Si igitur vultis viam vitae tenere quam ingressi estis, in me manere: quia amando itur ad Deum. Hæc est via de qua Esaias prædixit, Erit tibi semita & via; & via sancta. Charitas enim est sancta, & omnia quæ facit sunt sancta. 11 Via iudiciorum Dei, adfectio & crux est, quæ à peccatis nos auerit. Nam in aduersariis via iustorum dirigi solet, vnde sancti super afflictione gloriantur, Rom. 5. Sic Esa. 26. Quin etiam in via iudiciorum tuorum expectauimus te, sustinuiimus & sperauimus in te, non solum à te beneficijs affecti, sed etiam adstricti & castigati. 12 Via Christi, vita est Christo rege maximo digna, nimirum Christiana & Evangelica. 13 Denique Hebraei Vias nonnunquam pro quaqua versum, quomodo istud dictum est: Ite ad exitus vtarum, pro, ite quacunque via est, qualibet, quoquo versum. Et de omnibus vijs vociferare Hierem. 22. cap.

VNGERE.

1 Vngere per Tropum Synecdochen significat in regem constituere, inaugurari. Sic Psal. 2. Et ego vnxi regem meum super Zion montem sanctum meum, hoc est, constitui illum in regem super vniuersum populum Zion, metonymicòs. Caterum quia montuosa est terra Chanaan, montis nomine & tota et partes eius saepe in scripturis vocantur. 2 Vnguendi voce Hebraei omnem cultum ciuiliorem & humaniorem intelligunt. Id quod manifestum fit. 2. Reg. 12. Surrexit Dauid & vnctus & lotus est. Et Lucæ 9. Vnxit oleo caput. 3 Vnctos etiam sanctos, sacerdotes, & reges appellari in scripturis inuitatum non est. 4 Vnctio spiritum sanctum significat, de quo Tropo supra. 5 Ita Vngere Dei, Hebr. i. capit. Vnxit te Deus, id est, dignitatis maioris te iudicauit, euexitque, seu exaltauit in summam sublimioremque maiestatem,

VASA.

PHRASES.

VASA.

210

1 Vas Hebraice generali vocabulo significat omne instrumentum, omnem suppellectilem. Sunt enim arma vasa, sunt instrumenta vasa, sunt pocula vasa &c. & omnium rerum. Psalmo septuagesimo: Confitebor in valis, id est, instrumentis musicis. Et Ezech. cap. 6. Vnquitque vas interfectionis habet in manu sua, id est, instrumentum mortis seu ad interficiendum. 2 Sic Acto 9. Paulus vas electionis dicitur, hoc est, organum electum, quod scilicet Christus eo voluerit vti ad conuertendas gentes præ cæteris Apostolis. In hunc sensum etiam accipiuntur vasa, Psalmo. 7. Et parauit vasa mortis. 3 Vasa belli, arma, sic Hebraei nominant. Hierem. 21. Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris, quibus vos bellatis contra regem Babel. 4 Sic vasa peregrinationis, sunt baculus, calcei penula, pileus, & quæ ad iter pertinent. 5 Aliter autem Apostolus ac Propheta vocat Vasa iræ, nempe quæ Deus propter sua peccata dānat, sicut vasa gloriæ, quæ honesto loco habet Esaias autem capite 15. instrumenta dicit, quibus iratus Deus populos punit. 6 Vas fictile & testaceum, Apostolus allegorizans, 2. Corinth. 4. corpus, imò hominem in corpore significat &c.

VSQVE.

1 Donec, quid iuxta proprietatem scripturæ significet, supra ostensum est. Sic etiam Vique, & si temporis alicuius terminum circumscribere videtur, vere tamen infinitum aliquod præ se fert, vbicunque à Domino verbum hoc memoratur: Ecce, inquit, vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Post seculum dicere non erat necessè. Non enim cum sanctis vnquam Dominus esse desinet, Nec præsentium promissio, futurorum est ereptio. Basilii Magni de humana Christi generatione. Vique in hodiernum diem &c. in litera D.

VINVM.

1 Vinum, in sacris plerunque nihil aliud est, quam verbum Dei. Proverbiorum nono. Vinum quod miscui vobis Canticoꝝ quinto. Bibi vinum cum lacte meo. Et capite septimo. Mane surgamus ad vineas. Sic etiam in Deuteronomio trigesimo tertio. Lauabit in vinostolam suam. 2 Vini & calicis nominibus quoque afflictiones, tribulationes, calamitatesque veniunt.

VRSVS.

1 Vrsus in scriptura propter infidias & crudelitatem Leoni saepe iungitur. Proverb. 18. Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps. Amos. 8. Si fugiat homo à facie leonis, & occurrat ei vrsus, Thren. 2. Vrsus infidiosus factus est mihi in via.

VVLNVS.

1 Vulnura etiam leuia, aliquando sunt letalia, nō tam ex alia causa, quam

DIVINAE SCRIPTURAE

quàm quia negliguntur, & sic ad vicina quæque serpit mali contagio; quo verbo aptissime peccatû in scripturis significatur. Nisi enim poenitentia huic malo medearis, medicum accersens illum, qui non ad recte valentes missum se ait, sed ad languidos, actum est de salute tua. Id quod non obscure Esaias cap. 1. indicat: Væ genti &c. Vultus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Et Psalmo 86. Christus seruator peccatorum nostrorum onere pressus: Factus sum inquit, sicut vulnerati dormientes in sepulchris, &c. Et Psalmo 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.

VIDVAE.

1 Viduæ in sacris literis absolute nonnunquam citra sexus significationem ponuntur pro egenis & calamitosis, vt videre est in Prophetis, qui quoties monent viduis & pupillis esse subueniendum, calamitosos, et humano presidio destitutos quosque intelligunt. Et Dominus in Evangelio dicit: Væ vobis, quia comeditis domus viduarum; non sexum notauit tantum, sed miseræ simplicisque plebeculæ census ac facultates intellexit, quas illi religionis prætextu in sua colligebant ratiocinaria.

VENTILABRVM

1 Est instrumentû quo grana in area discutiuntur in ventum à paleis, vt grana recidentia maneant in area, & palea volando separètur. Hoc ventilabrum per similitudinem in scripturis sacris significat discretionem diuinam vltimi iudicij: quando oues ad dexteram, hœdos verb ad sinistram discretos Christus est collocaturus. Vt excutiendo cum illo ventilabro grana caelestibus horreis inferantur, & paleas, hoc est, hœdos, æternis ignibus adiudicet. Matthæi tertio. Et ventilabrum in manu sua, id est, potestas iudicandi discretiua erit in manu sua in iudicio, Matthæi vigesimo quinto capite.

VNVS, VNVM.

1 Vt enim Vnum in numeris est minimum, ita quando de modico scriptura loquitur, plerumque Vnum vsurpat. Vide D. Kimbi in radicibus Genesis. 29. 2 Dies pauci, id est, vni. Et. 27. Diebus paucis, id est, vnis. 3 Apud Hebræos autem Vnus etiam ordinis est. Primus ergo, vnus in ea lingua dicitur, atque ita Gene. 1. cap etiam est intelligendum, Dies vnus, id est, primus. Quod loquendi genus etiam in Evangelistis reperitur, quorum phrasis tota Hebraica est. 4 Vna enim sabbati, sicut & Theophylactus exponit, primam sabbati sonat, id est, primam hebdomadæ: & vna mensis, primam diem mensis.

5 Item, septem sabbata, apud Hebræos hebdomada. Exodi. 23. Vnde est quod secunda sabbati, id est, prima dies hebdomadæ.

6 Item Vnus pro altero in Hebraica lingua reperire licet.

VIR

PHRASES.

VIRGO.

1 Scriptura adoleſcentiæ vel puellæ nomine, Virginem appellare consuevit. Idque non solum in fœminis, verum etiam in viris saepe figuratum est, Iuuenes, inquit scriptura, & virgines, senes cum iunioribus. Ac rursus de puella loquens, quæ virginitatem corporis violenter oppressa, perdidit: Si, inquit, proclamauerit aduleſcentula, id est, virgo.

VERMIS.

1 Vermes in latebris terræ diliteſcunt, animantibus alijs qui cœlo, terra, marique continentur viribus longe inferiores. Præterea à prætereuntibus facile conculcantur, si prodeant in lucem: omnino tale vile animal est vermis, vt vix liceat ignobilius aliud cogitare. Quo magis gratos nos esse conuenit Christi morte seruatos, in qua ille tam misere à Iudæis est deiectus, & omnium ludibrio expositus, vt non poruerit pressius deprimi. Itaque in hanc sententiam recte per Prophetam hunc statum rerum verbis huiusmodi explicat Dominus Psal. 21. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, reiectamentum plebis &c. 2 Item Vermis conscientiarum remorsum, & lucem miseriarum & calamitatum significat, Esa. 66.

VESPERVM.

1 Vbicunque dominantur impij, & boni premuntur istorum potentia, illic haud dubie est illa tenebrarum potestas, cuius meminit Seruator Luca. 22, dum à Iudæis ad supplicium raperetur. Cæterum in eo statu, cogitanda est rerum vicissitudo. Neque enim semper durat vespera, sed succedit illi nox, & noctem finit dies. Ita ne insoleſcimus rerum felicitate, Deus permittit regnare tenebras. Et ne profusus in aduersis desperemus, consolatur suos, & respicit miseriam cui ferat auxilium. Sic Iob capite. 7. Rursus post tenebras spero lucem, Et Psalmo 29. Ad vesperum demorabitur sterus & ad matutinum latitia. 2 Vespertini lupi, Iudices insigni auaricia corrupti dicantur, vt Zophonia vltimum caput testatur.

VITVLI.

1 Vitulorum nomen non absurde ad petulantem & indomitam iuuentutem referri potest, que ab impijs patribus in delicijs et ocio educata, lasciuendo bonos lædit viros, mox enim ab vnguiculis, vt dicitur, irridere, & etiam laceſſere audet pietatis studiosos. Sic Psal. 71. per Prophetam accusat dominus ludibria Iudæorum, qui illum in cruceum adigere sunt agresi: Circundederunt me, inquit, vituli multi &c.

VVLPE.

1 Impij in rem suam oculati, & in aliorum viuentes perniciem, aptissimo vocabulo scripturæ Vulpes appellantur. Sic Christus seruator Luc. decimo tertio capite, de Herode sanguinarioloquens: Ite, ait, & dicit illi vulpi: Ecce eicio dæmonia &c. Et Psal. 62. impios indicare

DIVINAE SCRIPTURAE PHRASES.
volens suis ipsorum telis interire: Tradentur, inquit, in manibus gladij, partes vulpium erunt.

ZELVS.



ZELVS more scripturæ non significat iram, qualis est inter inimicos, sed eam, quæ ex ardenti amore proficiscitur, veluti quum parentes ob aliquam offensam liberis succent, non quod eis male velint, sed eo ipso ostendit se erga eos amantiore esse animo. Nam inhibentes correctionem præcauent, ne rursus in flagitium aut crimea incidant, vnde grauius possint puniri. 2 Zelus itaque in scripturis sæpe vsurpatur pro ea ira quæ inter amantes versatur: nam quemadmodum ferrum diu intactum à rubigine absumitur, ita mutuus amor si nunquam incesserit quedam iracundiæ species, intercidit. Et vt Comicus ait: Amantium iræ amoris reintegratio & renouatio est &c. 3 Et in summa, Zelus aliquando inuidiam, interdum furorem, aliquando honestissimum & accensum amorem significat, quali exarsit Phinees, Num. 25. Quia zelo meo commotus est. 4 Zelum autem excitare, apud Esa. 42. cap. est vindictam sumere.

FINIS.

INDEX

INDEX HV.

IVS OPERIS.

| | Folio | | |
|-------------------------------|-------|-----------------------------------|--------|
| A B | | Ah | 11 |
| Abstractum pro concreto | 6 | Ait Domiaus | 3 |
| Ab hominibus esse | 92 | Alæ | 4 |
| Aboluta verba | 6 | Alma | 13 |
| Abyssus | 9 | Alienigena | 16 |
| Abcondere | 13 | Amen | 3 |
| Abnegare semetipsum | 14 | Ambulare | 9 |
| Abire | 16 | Annunciare | 3 |
| Abies | 16 | Angelus | 4 |
| Abbreviare | 17 | Anima | 7 |
| Ablactatio | 17 | Antichristus | 10 |
| Abominatio | 17 | Antichristi & pseudochristi diff- | |
| Accedere | 11 | crimen | 10 |
| Accelerare | 12 | Anathema | 12 |
| Accipere | 16 | Annus | 12 |
| Accerum | 17 | Animalia | 16 |
| Actiua verba pro impersonali- | | Apparere | 5 |
| bus | 18 | Apostoli | 5 |
| Adam | 64 | Apponi ad patres | 10 |
| Ad | 1 | Aper | 12 |
| A Domino pluere | 1 | Aperire | 14 |
| Adorare | 1 | Appellatiua pro proprijs pone- | |
| Aduocare | 6 | re | 18 |
| Adeps | 9 | Apostrophe personarum | 19 |
| Aduena | 12 | Aqua | 3 |
| Adferere | 13 | Aquilo | 11 |
| Adulterium | 14 | Arcana verba | 6 |
| Adherere | 18 | Argentum | 6 |
| Aemulari | 14 | Arbor | 9 |
| Aedificare | 14 | Arcus | 11 |
| Aenigma | 16 | Ardentes | 12 |
| Aër | 17 | Arca | 13 |
| Aegyptus | 17 | Argui & corripì differunt | 14 |
| Aeternum | 18 | Arundo | 17 |
| Aethiops | 18 | Argumentum | 17 |
| Affligere | 11 | Araneæ opus | eodem |
| Affluere diuitias | 12 | Arena | 18 |
| Agnus | 18 | Aspicere | 13 |
| | | d 5 | Asper- |

I N D E X.

| | | | |
|----------------------------------|-------|----------------------|-------|
| Aspergere | 15 | Cantare | 34 |
| Ascendere | 16 | Capilli | eodem |
| Atpis | eodem | Canes | 35 |
| Atramentum | 11 | Cadere | 36 |
| At | 16 | Caminum paupertatis | eodem |
| A vitta capitis ad calcei corri- | | Calciamentum | 37 |
| giam. | 1 | Caluitium | eodem |
| Aurum | 6 | Cauponari | 40 |
| Auus | 9 | Caprea | 41 |
| Auertere | 13 | Carhedra pestilentia | eodem |
| Audire | 15 | Captare | eodem |
| Auferre | 17 | Causam suscipere | 41 |
| Azuma | 16. | Catuli leonum | 42 |
| | | Cacare in castra | eodem |
| | | Captiuitas | 43 |
| | | Carbones | 45 |
| | | Calor | 46 |
| | | Canaan | eodem |
| | | Cedar | 32 |
| | | Cera liquefcens | eodem |
| | | Censere | 41 |
| | | Ceremonia | 42 |
| | | Cedri | 43 |
| | | Cesfare | eodem |
| | | Cete | 46 |
| | | Charitas | 31 |
| | | Charitatis officia | eodem |
| | | Christus | 39 |
| | | Christi nomina | eodem |
| | | Chorban | 46 |
| | | Circuitus | 31 |
| | | Cicatrix | 32 |
| | | Cibi | 33 |
| | | Circuncifio | 35 |
| | | Ciuitas | eodem |
| | | Circumueniri | 45 |
| | | Clerus | 31 |
| | | Clamare | 24 |
| | | Clauis | 38 |
| | | Clauum figere | 40 |
| | | Clypeus | 44 |
| | | Clibanus | 46 |
| | | Corpus | 25 |
| | | Coelum | |

B

C

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------|-------|-----------------------------|-------|
| Coelum | 26 | Consternari | 46 |
| Cornu | 28 | Configi spinam vel sagittas | 46 |
| Cor | 29 | Cremium | 31 |
| Congregari | 31 | Cras | 42 |
| Concritio | eodem | Credere | eodem |
| Contra | eodem | Creare & facere | 45 |
| Columba | eodem | Custodia noctis | 32 |
| Coruorum pulli | 32 | Curuatus | eodem |
| Communio | eodem | Cubile | 36 |
| Commune | 33 | Currere | 37 |
| Compita | 35 | Cymbalum | 38 |
| Concretum | 36 | | |
| Conferre | eodem | | |
| Cogere | eodem | | |
| Confreri | eodem | | |
| Corona | 37 | Dare | 54 |
| Coram | 38 | Demonium meridianum | 58 |
| Cognoscere | eodem | Deus | 46 |
| Consummare | 40 | Dextera | 49 |
| Comedere | eodem | Declinare | 50 |
| Consilium inira | 41 | Derisores | 53 |
| Consolari | eodem | Decaluare | eodem |
| Commorientes | eodem | Dentes | 55 |
| Concisio | eodem | Deficere | eodem |
| Colles | 42 | Debitum reddere | eodem |
| Coniunctiuus | eodem | Decem millia | 56 |
| Colaphu labijs infringere | eod. | De | eodem |
| Colere | eodem | Decernere | eodem |
| Conquirere | 43 | Deuotio | 57 |
| Comparare | eodem | Denarij mysterium | eodem |
| Colligere | eodem | Decimæ | 58 |
| Confidentia | eodem | Desertum | eodem |
| Condicere | eodem | Derrahere | 58 |
| Comparandi modus apud He- | | Dei esse | 59 |
| bræos | eodem | Detestari | eodem |
| Coniunctio | 44 | Denominatio pro denomina- | |
| Compensare | eodem | to | eodem |
| Conscientia | eodem | Despicere super inimicos | eod. |
| Conuocare | eodem | Delictum | 60 |
| Concubina | eodem | Denudatio | eodem |
| Conculcare | 45 | Dij | 49 |
| Coniuratio | eodem | Dies | 50 |
| Cogitatio | eodem | Dimidiare dies | 53 |
| | | Dilectio | eodem |
| | | Diuites | |

INDEX.

| | | | | |
|---------------------------|----|-------|------------------------------|-------|
| Aiuites | | eodem | Ephraims | 69 |
| Dicere | 53 | | Equus | 69 |
| Discere | 55 | | Eremus | 65 |
| Disputare | | eodem | Erumpere | 66 |
| Dimittere | | eodem | Erucere | 67 |
| Digitus Dei | 56 | | Eruflare | 70 |
| Diabolus | 57 | | Esurientes | 68 |
| Diaboli appellationes | | eodem | Ec | 65 |
| Diuitiæ | | eodem | Ethnicus | 70 |
| Dilatari | 58 | | Euangelium | 60 |
| Difficile | | eodem | Euangelij nomina | 61 |
| Diaconia | 57 | | Euigilare | 67 |
| Diffuere | 60 | | Eurus | 68 |
| Domus | 49 | | Eunuchi | 68 |
| Docere | 53 | | Euanesçere | 69 |
| Doctrina sana | | eodem | Excelsa inhabitari | 65 |
| Dorsum | 54 | | Expectare | 66 |
| Dormire | 56 | | Exatiari | eodem |
| Dolus | | eodem | Execratio | eodem |
| Dunec | 58 | | Excidere | eodem |
| Doctrina literæ | 59 | | Exultare | eodem |
| Donum Dei | | eodem | Exaltare | eodem |
| Draco | 59 | | Exire | 67 |
| Duntaxat | 58 | | Exurgere | eodem |
| | | | Expergeri | eodem |
| | | | Excommunicatio | eodem |
| | | | Existendi verba apud Hebræos | 68 |
| | | | | |
| Eburnea domus | 70 | | Exactor | 69 |
| Ebrietas | 66 | | Exterminatio | eodem |
| Ecclesia | 62 | | Exinanire | eodem |
| Ecclesia nomina | 63 | | Expellere | 70 |
| Ecce | 64 | | | |
| Efficacia potentiarum | 68 | | | |
| Effundere | 69 | | | |
| Egredi | 66 | | | |
| Eijcere ossa & cadauera | 70 | | Facere | 74 |
| Eloquia Dei vel Domini | 63 | | Facies | 72 |
| Eleemosyna | 65 | | Farius | 75 |
| Electio, vocatio | 67 | | Fallere | 81 |
| Elementa | 68 | | Festinare | 73 |
| Enos | 64 | | Feruor | 74 |
| Epiphonemata apud Hebræos | 64 | | Feria secunda | 75 |
| | | | Ferrum | 76 |
| | | | Feruor | |

INDEX.

| | | | |
|-------------------------------------------|-------|-------------------------------------|-------|
| Feruor spiritus | 78 | Futurorum & prætentorum per- | |
| Fermētuna | eodem | mixtio | 76 |
| Ferre | 82 | Fulmina | 78 |
| Fides | 70 | Fundaro | 80 |
| Fidei nomenclatura | 71 | Funes | 81 |
| Fidelium appellationes | 72 | Fumus | 82 |
| Filiæ | 74 | | |
| Firmare | 77 | | |
| Filij Dei | 79 | G | |
| Filij hominum | 79 | Genitiuum substantiuum epithe | |
| Filij Abrahamæ | eodem | to Hebræi addunt | 85 |
| Filij Prophetarum | 80 | Genitiui pro adiectiuis positi, eo. | |
| Filius, filij | 80 | Genus pro numero | 86 |
| Finire | eodem | Generatio | eodem |
| Finis terræ | eodem | Genes | 87 |
| Fingere, formare, creare | 81 | Gentium nomina | eodem |
| Flumina | 78 | Gehenna | eodem |
| Flatus | eodem | Germen | eodem |
| Formula iurandi | 101 | Gigantes | 85 |
| Forma Dei | 74 | Gloria | 82 |
| Fœdus | eodem | Gladius | 86 |
| Fœtere | 75 | Gratia | 83 |
| Folium | eodem | Gratis | 85 |
| Fontes | 77 | Græcus | 88 |
| Fornicari | 78 | Gramen | eodem |
| Fortitudo | 80 | Gustare mortem | eodem |
| Fortis | 81 | | |
| Fœminino genere vtuntur Hebrai pro neutro | 81 | H | |
| Fœnum rectorum | 82 | Habitare | 90 |
| Fortificari | eodem | Habitaculum | eodem |
| Fouca | eodem | Haha | eodem |
| Fruementum | 74 | Hæresis | 89 |
| Fraus | 75 | Hæreditas | 90 |
| Frater | eodem | Habere | 93 |
| Frangere | 67 | Heu | 90 |
| Fraxear | 78 | Heah | eodem |
| Frons anca | 81 | Hebdomadæ | 92 |
| Fremitus | eodem | Hebræorum mos | eodem |
| Fructus ventris | eodem | Hinnire | 89 |
| Furari | 74 | Hierusalem | 91 |
| Fures | eodem | Hic, iste, ille | 92 |
| | | Honor | 88 |
| | | Homicida | |

| INDEX. | | |
|-----------------------|---------|-----------------------------|
| Homicida | eodem | Infantes 789 |
| Hora | 89 | Infirmare eodem |
| Hofiana | eodem | Interrogationes eodem |
| Hodie | eodem | Inueterare eodem |
| Homo | 91 | Ingredi, Ire. 110 |
| Hominis appellationes | 92 | Inebriari eodem |
| Hofia fancta | 93 | Inclinare eodem |
| Holocauftum | eodem | Indurare eodem |
| Humilitas | 91 | Incolarus Dei 111 |
| Hyfopus | 92 | Increpare eodem |
| | | Inuilere 112 |
| | | Inarefcere eodem |
| | | In Præpofitio eodem |
| | | Induere eodem |
| Indefiniti | 81 | Inducere eodem |
| Idem fapere | 109 | Incola eodem |
| Idolum | 108 | Iniquitas 113 |
| Ieiunium | 104 | Ira 111 |
| Iecur | 112 | Iudicium 95 |
| Ignis | 107 | Iudicare 96 |
| Illufores | 106 | Iuftitia 97 |
| Imber | 107 | Iuftus 99 |
| Impersonalia verba | 111 | Iuftitia Dei 100 |
| Imperatius modus pro | Indica- | Iuftificare eodem |
| tio | eodem | Iuftificatio 101 |
| Imputari | 110 | Iuramentum 102 |
| Implere | 111 | Iurare Domino vel per Domi- |
| Imago | 112 | num eodem |
| Impellere | eodem | Iudaus 108 |
| Impius | 113 | Iugum 110 |
| Iniuftitia | 100 | Iuuenes eodem |
| Incedere in iuftitijs | 101 | Iubilare 112 |
| Innocentia | eodem | |
| Integer | 102 | |
| Infernus | 103 | |
| Inferni nomina | eodem | Lacus, Puteus 118 |
| Inuenire | 105 | Latitudo eodem |
| Infule | 106 | Labium 119 |
| Innocare | eodem | Lac 120 |
| Integrum | eodem | Lapis 121 |
| Intrare, Ire. | 107 | Lafciuita 122 |
| In idipfum | 108 | Laquei eodem |
| In quo | eodem | Laborare 123 |
| Intelligens | eodem | Labor & dolor eodem |
| | | Lauare |

| INDEX. | | |
|--------------------|-------|------------------------------|
| Lauare manus | 124 | Mane 137 |
| Laxari | 125 | Maturinum eodem |
| Lex | 113 | Malus eodem |
| Legis nomenclatura | 114 | Malitia eodem |
| Sub Lege effe | 115 | Maior 139 |
| Lex literæ | eodem | Magis eodem |
| Leuiathan | 120 | Mæfifis 132 |
| Lepra | 121 | Meridies eodem |
| Leo | eodem | Merus eodem |
| Lectulus | 123 | Meditari eodem |
| Leuare | 124 | Mel 133 |
| Litera | 115 | Merces eodem |
| Libertas | 116 | Meretricari 134 |
| Lingua | 119 | Mentiri 135 |
| Lignum | eodem | Menfa 136 |
| Liber | 122 | Mens eodem |
| Libani | 124 | Medium 138 |
| Lingere terram | 125 | Militis 129 |
| Loqui | 117 | Militia 129 |
| Longanimitas | 124 | Militia cæli 129 |
| Lutum | 120 | Minifter 133 |
| Lumen | eodem | Mires 138 |
| Lux | 121 | Mifericordia eodem |
| Lucerna | eodem | Mittere 139 |
| Lumbi | 122 | Minor eodem |
| Lupus | 125 | Minha eodem |
| Lugere terra | eodem | Millia eodem |
| Luna | eodem | Mna eodem |
| Ludere | eodem | Mori 129 |
| | | Mortificare 130 |
| | | Mortificatos effe legi eodem |
| | | Mortificatio 130 |
| | | Montes 131 |
| Manus | 125 | Moueri 135 |
| Man | 123 | Modicum eodem |
| Maran atha | 128 | Mofes legitur 139 |
| Mammon | 129 | Molam tollere eodem |
| Mandare | 132 | Mæchari eodem |
| Manuferi | 133 | Multi 127 |
| Macellum | 143 | Mundus 128 |
| Mater | eodem | Mulier 132 |
| Mare | eodem | Murus 135 |
| Maceria | 135 | Munera 138 |
| Magnificare | eodem | Mufica |

M

| INDEX. | | | |
|--------------------------------|---------|--------------------------|--------|
| Musica Christianorum | instru- | Obscurati terra | eodem. |
| menta | 139 | Oculus | 144 |
| Mysterium Dei | 134 | Odor | 146 |
| | | Odire | 147 |
| N | | Offerre | 149 |
| | | Offendiculum | 150 |
| Natum | 140 | Oleum | 147 |
| Naturæ | 141 | Oliua | eodem. |
| Nauis | 143 | Olus | 147 |
| Nescire literas | 141 | Omne | 148 |
| Negotium perambulans | in te- | Onus | 149 |
| nebris | 142 | Oportet hæreses esse | 89 |
| Negationes duæ | 143 | Opprobrium | 146 |
| Nidus | eodem. | Opus | eodem. |
| Nix | 140 | Opera | eodem. |
| Nox | 140 | Obsonium | 140 |
| Non esse | eodem | Opinio | 150 |
| Nomen | 141 | Oratio | 145 |
| Non | 142 | Oriens | 146 |
| Nosse Domini | 143 | Ordo | 147 |
| Nonacula veluti acuta | noce- | Ornatus | 150 |
| re | eodem | Os | 148 |
| Nonabitur | 144 | Ossa | eodem |
| Novissimum tempus | eodem | Osculum | eodem |
| Numeri variatio | 142 | Ostendere | 149 |
| Numerus singularis pro plurali | 142 | | |
| Nubere | 143 | P | |
| Nubes. | eodem. | Participia pro præsentis | 155 |
| O. | | Panis | eodem |
| | | Palma | 157 |
| | | Paulus | eodem |
| Obliuisci | 146 | Pauli mos | eodem |
| Obedientia | 149 | Paruuli | 158 |
| Obsequium | 150 | Pastores | 159 |
| Obuiare | 147 | Paxillus | eodem |
| Obsignare. | 150 | Pax | 160 |
| Obtenebrare | eodem. | Pacifici | 161 |
| Obligare | 151 | Pater | eodem |
| Oblatio | eodem. | Pauper | eodem |
| Obdormire. | eodem | Pauperum nomina | eodem |
| Obumbrare | eodem | Par. bola | 164 |
| Obturare aures | eodem | Pars | 165 |
| | | Palea | |

INDEX. PALEA PARARE PARS PRO TOTA PARACIUS PARIET INCLINATUS, & MACERIA DEPULSA PASSER PASCERE PERSONA PRO RE & CONTRA PERIODES SIUE PASUC PERSONA SECUNDA PRO QUACUNQUE PES PESTIS PEREGRINUS PECCATUM PETRA PERSONA PERUERSI PERCUTERE PERIRE PERSEQUI PENNA PERNOSTARE PERFODERE PINGUIS PISCATORES PLURALIS NUMERUS PLUIUA PLENITUDO GLORIE PLACERE PLANTARE PLANGERE POSSESSIO VNO POSTERIORA PER PRIORA PENITENTIA POTARE PORTARE PORTA PONERE POPULUS SEMPERCERNUS POSSE PROPHETARE

| INDEX. | | | |
|------------------------------------|-------|--------------------------|-----------|
| Palea | 166 | Primatum nomina | Ecclesiae |
| Parare | eodem | Christi | 152 |
| Pars pro tota | eodem | Prophetarum mos | eodem |
| Paraciis | 167 | Pronomina possessiuæ | 153 |
| Pariet inclinat, & maceria depulsa | eodem | Præteritum pro præsentis | 154 |
| Passer | eodem | Præteritum pro futuro | eodem |
| Pascere | eodem | Præteritis | eodem |
| Persona pro re & contra | 153 | Profundum | 157 |
| Periodos siue Pasuc | eodem | Primogenitus | 158 |
| Persona secunda pro quacunque | 154 | Proicere | 159 |
| Pes | 156 | Præuenire | eodem |
| Pestis | 160 | Præcipitantes | eodem |
| Peregrinus | 162 | Profundare | 163 |
| Peccatum | eodem | Præuaricari | eodem |
| Petra | 164 | Propitiis | eodem |
| Persona | eodem | Proximus | eodem |
| Peruerfi | 165 | Properare | 165 |
| Percutere | 165 | Prophanum | eodem |
| Perire | eodem | Propitiatorum | eodem |
| Persequi | 167 | Principes | eodem |
| Penna | eodem | Principum nomenclatura | eodem |
| Pernostare | 167 | Probare | 167 |
| Perfodere | eodem | Prolongari | eodem |
| Pinguis | 155 | Psalterium | 157 |
| Piscatores | 158 | Puluis | eodem |
| Pluralis numerus | 155 | Pupilli | 162 |
| Pluuiæ | 158 | Puer | 163 |
| Plenitudo gloriæ | 168 | Pudesceri | 166 |
| Placere | 164 | Pudere | eodem |
| Plantare | 165 | Puteus | 167 |
| Plangere | 167 | Purgare | 167o |
| Possessio vno | 153 | | |
| Posteriora per priora | eodem | Q | |
| Penitencia | 154 | Quæso | 168 |
| Potare | 156 | Quærere | eodem |
| Portare | 158 | Quadragenarius | eodem |
| Porta | 159 | Quietere | eodem |
| Ponere | 160 | Quisquillæ | eodem |
| Populus sempiternus | 159 | Quis | 169 |
| Posse | 167 | Quia | eodem |
| Prophetare | 151 | Quadrigæ | eodem |

INDEX.

| | | | |
|----------------------------------|--------|---------------------------|-----------|
| R | | Sanctus Dei | eodem |
| | | Sanctimonia | 182 |
| Racha | 170 | Sapere | eodem |
| Rapina | 172 | Sapientia | 183 |
| Rapere de ara | eodem | Sapientes | eodem |
| Racemare | 174 | Sanguis | 185 |
| Resurrectio | 169 | Sanguinem operiri à terra | eod. |
| Res per signa | 170 | Sacerdos | 186 |
| Religio | eodem | Saccus | 187 |
| Terribuere | eodem | Saluare | 188 |
| Respectus Domini | ibidem | Salutare | eodem |
| Respicere | 171 | Saltare | 189 |
| Respondere | eodem | Sacrificium | eodem |
| Reliquiæ | eodem | Sagittæ | eodem |
| Recordari | eodem | Sal | 192 Satan |
| Recordatur Deus | eodem | Scabellum | 182 |
| Renes | 172 | Scribæ | 183 |
| Rectum | eodem | Scribere | eodem |
| Requiescere | 173 | Scapulæ | 184 |
| Requirere | eodem | Scientia | 186 |
| Regnum cœlorum | eodem | Scire | 192 |
| Res pro persona | eodem | Scandalum | 191 |
| Regere | eodem | Scindere | 194 |
| Reges | eodem | Scripturæ mos | 195 |
| Reptilia | 174 | Secundum hominem vel Deum | |
| Relatiua post duo aut etiã plura | | viuere | 179 |
| subiecta ponunt Hebræi | eod. | Secundo | 186 |
| Relatiua | eodem | Sedere | eodem |
| Referte | eodem | Seruare mandata | 180 |
| Regulam tenere | eodem | Sermo fidelis | eodem |
| Remissio | 175 | Segregare | eodem |
| Reducere | eodem | Seditiosi | 182 |
| Riuus | 170 | Sentire | eodem |
| Ros | eodem | Sensus spirituales | 194 |
| Robur | 175 | Serpens | 185 |
| Rora | eodem | Sempiternum | 188 |
| Ruina | eodem | Semen | eodem |
| | | Secretum | 190 |
| S | | Septenarius numerus | eodem |
| | | Semita | eodem |
| Sanitas | 180 | Selah | 191 |
| Sanctum | 181 | Secundum verbum tuum | eodē |
| Sanctum sanctorum | eodem | Seruus | 192 |
| | | Serere | |

INDEX.

| | | | |
|-------------------------------|-------|--------------------------------|-------|
| Serere | 193 | Subitum | 194 |
| Seculum | eodem | Superbi | eodem |
| Seputchrum patens | 195 | Summum | eodem |
| Signare | 177 | Supra | eodem |
| Signa | 178 | | |
| Similia | eodem | T | |
| Simul | 184 | Tacere | 195 |
| Si non | eodem | Tauri | 196 |
| Si | 185 | Tabernaculum | eodem |
| Silere | 191 | Tenebræ | 196 |
| Sinus | eodem | Telos | eodem |
| Simplex | 193 | Tentare | eodem |
| Similitudinis nota | 194 | Testis | 197 |
| Signum externum pro re spiri- | | Temporis redemptio, | 198 |
| tuali | eodem | Terra | eodem |
| Siclus | 194 | Terra viuientium | 199 |
| Sol | 184 | Tempus | eodem |
| Solis obscuratio | eodem | Templum Dei | eodem |
| Somnus | 186 | Testamentum | 200 |
| Soluere | 192 | Thronus | 201 |
| Spiritus | 175 | Timor Dei | 195 |
| Spiritus sanctus | 176 | Torcularia | 198 |
| Spiritualia iam omnia | 177 | Torrens | 200 |
| Species pro genere | 190 | Transire | 196 |
| Spe gaudere | 191 | Tribus Iosephi | 197 |
| Statutum | 184 | Triturare | 198 |
| Studia | eodem | Tradi in manus Dei | 200 |
| Stellæ | 186 | Transitiua verba apud Hebræ- | |
| Stare | 187 | os | eodem |
| Stillare | 188 | Turres | 197 |
| Stygmata | 193 | Tuba extrema | 200 |
| Statuere | 194 | Tumulus | eodem |
| Stultus | eodem | Typorum ratio | 198 |
| Stimulus in carne | 180 | | |
| Sufurrones | 182 | Y. | |
| Supplantare | 184 | | |
| Surgere | 186 | Vanitas | 203 |
| Subannatores | eodem | Va | 208 |
| Suscipere | 190 | Vasa | 210 |
| Subiunctiuis Hebræi carent | eod. | Verbum | 204 |
| Substantiua verba | 192 | Verbum Domini | eodem |
| Subijci | eodem | Verbum quod reuelatū est eodem | |
| Sulcus | 193 | Verbi diuini nomina | eodem |

| INDEX. | | | |
|-----------------------------------|-------|-------------------------------|-------|
| Veritas | 201 | Virtus | 208 |
| Vermis | 211 | Viscera | eodem |
| Venire | 205 | Via | 209 |
| Vestis | eodem | Vmbilicus | 208 |
| Vesperum | 211 | Vmbra | 209 |
| Vendere | 206 | Vngere | 209 |
| Venti | eodem | Vnicus, seu vnigenitus folio. | 204 |
| Ventilabrum | 210 | Vnus, Vnum | 339 |
| Ventres | 206 | Vocare | 204 |
| Vinum | 210 | Vox clamantis | eodem |
| Visio | 202 | Vos | 205 |
| Vinificare | 203 | Voluntas Dei | 206 |
| Videre | eodem | Vri | 206 |
| Vidua | 210 | Vrsus | 210 |
| Visitare | 204 | Vsque | 210 |
| Viuere | 207 | Vterus | 205 |
| Visit Dominus | eodem | Vultus | eodem |
| Vituli | 211 | Vulnus | 210 |
| Vita | 207 | Vulpes | 211 |
| Virga | eodem | | |
| Virgo | 211 | | |
| Vir | 207 | | |
| Vir spiritus, & vir Dei differunt | 208 | Z. | |
| | | Zelus | 211 |

FINIS.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE,
AMATVS TAVERNERIVS,
ANNO DOMINI
M. D. LXXI.

